ZABYTKI DZIEJOWE
WYDAWNICTWO TOWARZYSTWA NAUKOWEGO WE LWOWIE.
TOM III.

ACTA
OFFICII CONSISTORIALIS
LEOPOLIENSIS ANTIQUISSIMA

EDIDIT

GUILELMUS ROLNY

VOLUMEN II

CONTINET ACTA ANNORUM 1490—1498



LEOPOLI
SUMPTIBUS SOCIETATIS LITTERARUM
EX TYPOGRAPHIA UNIVERSITATIS JAGELLONICAE CURANTE J. FILIPOWSKI
1930.

ZABYTKI DZIEJOWE
WYDAWNICTWO TOWARZYSTWA NAUKOWEGO WE LWOWIE.
TOM III.

ACTA
OFFICII CONSISTORIALIS
LEOPOLIENSIS ANTIQUISSIMA

EDIDIT

GUILELMUS ROLNY

VOLUMEN II

CONTINET ACTA ANNORUM 1490—1498



LEOPOLI
SUMPTIBUS SOCIETATIS LITTERARUM
EX TYPOGRAPHIA UNIVERSITATIS JAGELLONICAE CURANTE J. FILIPOWSKI
1930.

ZABYTKI DZIEJOWE

WYDAWNICTWO

TOWARZYSTWA NAUKOWEGO WE LWOWIE

TOM III

NAJSTARSZE AKTA KONSYSTORZA LWOWSKIEGO

CZĘŚĆ II

1490—1498

WYDAŁ

WILHELM ROLNY



WE LWOWIE
NAKŁADEM TOWARZYSTWA NAUKOWEGO
Z ZASIŁKIEM FUNDUSZU KULTURY NARODOWEJ
DRUKARNIA UNIWERSYTETU JAGIELLOŃSKIEGO POD ZARZĄDEM J. FILIPOWSKIEGO
1930.

Dubl do Vol II l. 260.666 i 262.223
12.4.52
9.Cr.
36

ACTA
OFFICII CONSISTORIALIS
LEOPOLIENSIS ANTIQUISSIMA

EDIDIT

GUILELMUS ROLNY

VOLUMEN II

CONTINET ACTA ANNORUM 1490—1498



LEOPOLI
SUMPTIBUS SOCIETATIS LITTERARUM
EX TYPOGRAPHIA UNIVERSITATIS JAGELLONICAE CURANTE J. FILIPOWSKI
1930.

D.15.125

BIBLIOTEKA

33694/2

Przedmowa.

Tom niniejszy obejmuje drugą część najstarszej księgi sądu konsystorskiego archidyecezyi lwowskiej, a mianowicie Acta acticata z lat 1490—1498 oraz nieliczne Acta obligationum z lat 1488 do 1493. Bliższe szczegóły o tych ostatnich podano w przedmowie do tomu I (str. IV i V), które sprostować jednak należy o tyle, że na 109 zapisek tej kategoryi aktów przypada 66 na r. 1488, 36 na pierwszych 5 miesięcy r. 1489, z pozostałych siedmiu 3 pochodzą z r. 1490, 2 z r. 1491, a po jednej z r. 1492 i 1493.

Na końcu tomu umieszczono tak samo jak w tomie poprzednim trzy indeksy: wykaz osób i miejscowości, indeks rzeczowy i słowniczek wyrażeń polskich.

Wydawca.

Acta acticata.

1490.

[323]

I. Acta acticata coram venerabili dno Stanislao de Trzebochow canonico vicarioque in spiritualibus et officiali ecclesie Leopoliensis gli anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo, indicione octava, pontificatus sanctissimi in Cristo patris dni Innocencii divina providencia pape octavi moderni anno ipsius sexto, die vero Lune IIII[a] mensis Ianuarii (4 stycznia 1490).

II. Veneris XV mensis Ianuarii prima iuris post Epifaniam Domini proxima (15 stycznia 1490).

1. In causa venerabilis dni Iohannis Myskowski prepositi Leopoliensis et gsi dni Iohannis Czurylo de Hvykowycze datur terminus infra hinc in una septimana cum media post festum sancti Adalberti proxime venturum, tali tamen condicione, quod dnus Myskowsky debet apud dnum Andream fratrem germanum | Czurylo instare, ut solvat fideiussoriam marcas triginta [323v] dicto Iohanni Czurylo fratri, pro quibus extitit dnus Myskowsky fideiussor cum suo socio Lipnyczsky, et alias si dictus dnus Andreas noluerit evincere, extunc in eodem termino dnus Iohannes Myskowsky prestabit iuramentum, quod non solus fecit caucionem fideiussoriam, sed cum duobus fratribus germanis Lipnyczskye, quo iuramento prestito medietatem, videlicet quindecim marcas, in instanti sub excommunicacionum penis dare et solvere obligatur, nullis excepcionibus, appellacionibus et quibusvis dolis, cautelis seu regalibus literis se tuendo, que eum possent iuvare et huiusmodi solucionem impedire, procul motis et penitus exclusis. Presentibus venerabilibus et honorabilibus

dnis Kiliano canonico, magistro Georgio, Nicolao in laworow plebano, Iohanne vicario, testibus circa premissa.

2. Hanusch vitricus de Cosczeyow petit ab discreto Leonardo plebano de ibidem mediam marcam minus tribus grossiculis sibi debitam, petens eundem ad solucionem cogi et compelli, et si negatum fuerit, offert se probaturum pro omnibus dilacionibus. In presencia Gregorii ministri eclesie de eadem Cosczeyow tanquam nuncii ad hoc destinati et eius nomine petentis ad deliberandum ad quindenam, et obtinuit. Presentibus.

3. Discretus Andreas Bochnya procurator et nomine procuratorio honeste dne Dorothee matris Iacobi Luce vita functi petit marcas undecim occasione dampni piscium in via prefato Iacobo per gsum dnum Iohannem capitaneum Haliciensem in via libera receptorum, quos ut recognovit pro sua parte sibi ibidem inscripta recepit, et alias nobilis dna Petronella de Pszary detulit, si prefatus dnus Iohannes recognoscet eosdem pisces recepisse, extunc dicta Petronella promisit se dictum damnum sibi Iacobo et suis successoribus solvere, quod si negatum fuerit, offert se probaturum. In presencia nobilis Iohannis familiaris dicte dne Petronelle petentis ad XV, et obtinuit. Presentibus.

4. Dorothea consors olim dni Luce relicta constituit in suum procuratorem magistrum Andream Bochnya in causa, quam movet nobilis Petronelle Pszarska, dans *etc.*

5. Andreas procurator substitutus nomine honeste Katherine relicte olim circumspecti Pauli[1] appotecarii Cracoviensis. petit a gso dno Andrea Swyrsky gladifero Leopoliensi tanquam a successore in bona fratris sui germani dni Nicolai Odrowasch dapiferi Leopoliensis florenos undecim pro rata ipsius dni An-
[324] dree pro receptis | de appoteca ipsius dni Pauli vita functi mariti sui in infirmitate prefati dni Nicolai Odrowasch iacentis, que summa receptorum extendebatur ad XXXIII florenos, petens ipsum dnum Andream gladiferum ad solucionem prefate sue rate undecim florenorum tanquam tercie partis dicte summe compelli. In presencia discreti Pauli Geruch procuratoris dicti dni Andree, qui deliberatus in quindena respondebit. Presentibus.

[1] Niżej w zap. 20 nazywa się Maciejem.

III. Mercurii XX mensis Ianuarii (20 stycznia 1490).

6. Magister Andreas Bochnya procurator et nomine procuratorio ingeniosi Iacobi scolaris de Leopoli proponit querulose contra magistrum Petrum Italicum assertum medicum, quomodo de anno presenti recepta licencia dicto scolari a magistro scole eum evocavit extra portam civitatis in vallum, voluit eum percutere et occidere evaginata daga et percussit eum post collum atque maxillavit, usque sibi manum arripuit et se moderata tutela protexit, quod sibi daga debuit infigi. Et item secundo in presencia dni Stanislai vicarii maxillavit et alias insidias eidem pro percussione per suos complices posuerat et subordinaverat, et sic idem actor non venit ad metam, ubi insidie locate fuerant, sed in civitatem effugit, quam iniuriam et percussionem bono animo et intencione ad ducentos florenos hungaricales puri auri et iusti ponderis, mallens tantum et plus ammittere, quam huiusmodi molestiam pati et sustinere, prout ad presens patitur et sustinet. In presencia eiusdem Petri animo litem contestando negavit narrata prout narrantur, petens petita fieri non debere, et actor probabit pro omnibus dilacionibus. Et hincinde partes prima die iuris prestabunt iuramentum de calumpnia vitanda. Presentibus venerabilibus et honorabilibus magistris Michaele, Georgio, Iohanne, Stanislao vicariis, testibus circa premissa.

7. Iacobus scolaris constituit in suum procuratorem magistrum Andream Bochnya in causa, quam movet seu movere intendit Petro asserto Italico medico, dans *etc.* Presentibus.

IV. Veneris XXII mensis Ianuarii in crastino sancte Agnetis virginis (22 stycznia 1490).

8. In causa ingeniosi Iacobi scolaris cum magistro Petro Italico asserto medico iuxta dependenciam termini partes prestiterunt iuramenta corporalia de calumpnia vitanda, et dominus instante procuratore actoris decrevit citacionem contra testes inducturos. Presentibus venerabilibus et discretis dnis Kiliano, Gregorio canonicis, magistro Michaele, Iohanne vicario, testibus.

V. Lune XXV mensis Ianuarii (25 stycznia 1490). [324ᵛ]

9. Testes in causa inter Iacobum inducentem actorem ex una et magistrum Petrum Italicum medicinam ministrantem

parte ex altera, videlicet honorabiles Stanislaus et Iohannes eclesie Leopoliensis vicarii, inducti citati iurati iuxta dependenciam termini. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Leonardo in Podhaycze plebano, Michaele vicario et domino Aynolpho suppario, testibus.

10. Paulus clericus de Busko in causa cum Heduigi muliere de hospitali ex invencione bonorum hominum sopiendo omnes inter partes controversias quoquomodo exortas, dictus Paulus pro festo sancti Bartholomei proxime venturo sub excomunicacionum penis solvere obligatur, ipsa autem Heduigis silencium perpetuum habere debet, pro qua media ipse Paulus per magistrum Andream Bochnya est monitus et citatus, ut pro dicto termino dictam solucionem sub eisdem penis exolvat. Presentibus.

11. Honorabilis dnus Nicolaus in Gologori plebanus recognovit, quod pro debito nobilis Stanislaus Iaryczowsky a nobili Aynolpho de Thedaldis satisfactionem iuxta priorem obligacionem superius factam recepit realiter et cum effectu levavit. Presentibus.

12. In causa comissaria Sedis apostolice [inter] gsos dnos Procopium et Andream de Strzelcze iuxta dependenciam termini citati et comparentes ad instanciam discreti Stanislai Domslar clerici absolvuntur a termino cum condemnacione in expensis, et alias datur terminus partibus ad faciendam racionem in Trebowla aut in Thismencza ad feriam quartam post dominicam Oculi. Presentibus.

13. Leonardus plebanus in Podhaycze ut et tanquam procurator gsi dni Iohannis Monastyrsky petens ipsum a sentenciis excomunicacionum, quibus ad instanciam reverendi in Cristo patris dni episcopi Camenecensis fuit innodatus, absolvisse, qua obtenta et per dominum decreta, cavendo pro impensis et expensis repentinis septem fertonum cum grosso in causa huiusmodi factis, quas in quindena sub reintrusione pristinarum sentenciarum solvere obligatur, pro quorum solucione per Paulum Geruch vicarium est monitus, ut pro huiusmodi expensis satisfaciat. Presentibus.

14. Nobilis Pauli Pyeczychowsky cum honorabili dno Iohanne in Wyssnyany plebani(!) per dnum Stanislaum de Vhrinow notarium terminus ad unum mensem ob spem concordie

prorogatur cum dicto dno Iohanne eclesiasticis sub censuris in [325]
partem concordiam subterfugientem fulminandis. Presentibus.

15. Discretus Paulus eclesie Leopoliensis presbiter gracialis de mandato domini retulit se citasse providum Nicolaum Szythlar de Cloparow ad instanciam providorum consulum de Camyonka, eidem terminum ad horam et diem presentis diei assignando. Presentibus.

VI. Mercurii XXVII mensis Ianuarii (27 stycznia 1490).

16. Providus Paulus cum aliis consulibus de Camyonka constituit in suum procuratorem magistrum Andream Bochnya in causa[1] et causis, quam movet seu movere intendit provido Nicolao Szythlar kmethoni de Cloparow, dans *etc.* Presentibus discretis Paulo presbitero graciali, Michaele, Iohanne vicariis, testibus circa premissa.

17. Nobilis Petronella de Pszary relicta constituit in suum procuratorem dnum Paulum Geruch in causa et causis, quam movet seu movere intendit honeste Dorothee Lukaschowa relicte de Leopoli, dans *etc.* Presentibus.

18. Andreas Bochnya procurator et nomine procuratorio providorum consulum de Camyonka petit post manum mortuam a laborioso kmethone de Cloparow Nicolao Schythlar privilegium civitatis in Camyonka sibi ad servandum datum tanquam ad fideles manus per quendam consulem de Camyonka advocato in Zarudcze fratri ipsius consulis de Camyonka, qui advocatus dedit sibi Nicolao Schinlar ad servandum, quod privilegium per fidedignos est visum et lectum, quod si negatum fuerit, offert se probatum pro omnibus dilacionibus, non astrigens se ad onus superflue probacionis, petens illud restitui. In presencia eiusdem confitentis se privilegium habuisse, allegans ignoranciam dicens quo factum fuisset.

VII. Veneris XXIX mensis Ianuarii (29 stycznia 1490).

19. Nobilis Andreas Dambrowsky petit decem florenos a nobili Paulo Strzelecz consule in Busko ad servandum tanquam ad fideles manus datos, petens eosdem restitui, et iam super eosdem florenos marcam recepit, petens residuitatem solvi et

[1] W rkp. qua.

ad restitucionem compelli. In presencia eiusdem Pauli animo litem legittime contestandi negavit narrata prout narrantur, petens petita fieri non debere, et alias allegavit ipsos dedisse dno episcopo Camenecensi, cui ipse actor dare mandavit, et actor probabit pro omnibus dilacionibus. Presentibus honorabilibus
[325v] et discretis dnis Kiliano canonico, Andrea Bochnya, | Iohanne vicario, Nicolao Cuchtha, magistro Michaele, testibus circa premissa.

20. Paulus Geruch procurator et nomine procuratorio gsi dni Andree Swyrsky gladiferi Leopoliensis ad peticionem circumspecte dne Katherine relicte olim Mathie[1] appotecarii de Cracovia respondendo negavit narrata prout narrantur, allegans sibi nichil teneri, petens petita fieri non debere, et datur ad probandum vel ad deferendum pro omnibus dilacionibus. Presentibus.

21. Nobilis Beata de Hermanow consors nobilis Stanislai Czudzynowsky constituit in suum procuratorem magistrum Andream Bochnya in causa, quam movet seu movere intendit nobili Elene Swathkowa Hermanowska, dans *etc.* Presentibus.

22. Magister Andreas Bochnya procurator et nomine procuratorio nobilis dne Beate de Hermanow petit a nobili Elena Hermanowska kmethonem in valore decem marcarum, in quem se intromisit et contra laudum et consuetudinem terrestrem tenet ob non obstantem inscripcionis (!) dote (!), in preiudicium ipsius dne Beate, petens eundem kmethonem libere et pacifice dimittere ad possessionem ipsius Beate, quem kmethonem a triennio in possessione tenet. In presencia eiusdem Elene, que deliberata in XV respondebit. Presentibus.

23. Providus Hanusz vitricus eclesie in Cosczeyow petit ab honorabili Leonardo in ibidem plebano mediam marcam minus grosso sine medio racione tritici, quod sibi vendiderat, petens eundem ad solucionem compelli. In presencia eiusdem recognoscentis debitum, obligantis se sub excomunicacionum penis unacum fatigis exolvere in quindena casu quo composicio inter partes non fuerit subsecuta.

24. Nobili dne Petronelle de Pszary cum honestis duabus Dorothea Lukaschowa et Katherina consorte olim Iacobi Luce

[1] Wyżej w zap. 5 nazywa się on Pawłem.

relictis terminus idem faciendi ad quindenam utrisque partibus prorogatur. Presentibus.

VIII. Lune prima mensis Februarii (1 lutego 1490).

25. Iacobi scolaris in causa cum magistro Petro asserto medico dominus dicta testium inductorum nomine dicti Iacobi publicavit et copias partibus volentibus decrevit. Presentibus honorabilibus Iohanne vicario, magistro Michaele rectore scole, Stani | slao presbitero graciali, Andrea Bochnya, testibus circa [326] premissa.

IX. Mercurii secunda[1] *mensis Februarii* (3 lutego 1490).

26. In causa providi Andree Margunsky pellificis et dni Stanislai antiqui prepositi ad hoc per dnum Paulum Geruch eclesie Leopoliensis vicarium *[citati]* et per eum relacione facta, dominus dicta testium nomine ipsius Margunsky inductorum publicavit et partibus copias habere volentibus dare decrevit. Presentibus Kiliano canonico, Andrea Bochnya, testibus circa premissa.

27. Barbara Szopczyna tabernatrix de Prussy constituit in suum procuratorem circumspectum Petrum notarium de Busko in causa, quam movet seu movere intendit discreto Stanislao Struna plebano in Byelka, dans *etc.* Presentibus.

X. Veneris V^ta^ mensis Februarii in vigilia sancte Dorothee proxima virginis (5 lutego 1490).

28. Petrus de Busko notarius procurator honeste Barbare Sopczyna de Prussy tabernatricis petit distrahi pignus, quod sibi discretus Stanislaus Struna in una sexagena invadiavit, in presencia dni Iohannis plebani in Prussy caventis pro rato pro dicto Stanislao, qui deliberatus in quindena respondebit. Presentibus honorabilibus et discretis Paulo Geruch, Michaele vicario, magistro Georgio, Stanislao presbitero graciali, Nicolao Arnasti consule, testibus circa premissa.

29. Nicolaus Sythdar(!) de Cloparow kmetho ad instanciam magistri Andree Bochnya procuratorem(!) providorum consulum de Camyonka iuxta dependenciam termini in pristinas excomunicacionum sentencias reintruditur. Presentibus.

[1] Powinno być: tercia.

30. Nobiles Balthazar de Lowczycze et Stanislaus Iaczymyrsky quilibet per se constituunt in suum procuratorem dnum Paulum Geruch in causa, quam ipsis movet et movere intendit honesta Katherina filia Stanislai Golda de Mosczyska, dantes *etc.* Presentibus.

XI. Lune octava mensis Februarii (8 lutego 1490).

31. Gsus dnus Iohannes Iaslowyeczsky alias de Buczacz per honorabilem dnum Leonardum in Podhaycze plebanum cum sufficienti mandato missus et destinatus constituit in suum procuratorem discretum Paulum Geruch in omnibus suis causis, quas sibi movet reverendus pater dnus Mathias Dei gracia episcopus Camenecensis et honorabilis Arnastus baccalarius de
[326v] Leopoli, dans *etc.* | Presentibus honorabilibus et discretis dnis magistro Georgio, Iacobo vicario, Iohanne Petherwyaczek presbitero graciali, magistro Michaele rectore scole, testibus.

32. Andreas Bochnya procurator et nomine procuratorio reverendi patris dni Mathie Dei gracia episcopi Camenecensis petit a gso dno Iohanne Monastyrsky quinquaginta marcas pecunie comunis per olim honorabilem Iohannem Curopathwa in Iaslowyecz plebanum pro eclesia Camenecensi testamentaliter legatas, cuius testamenti ipse dnus episcopus extitit legittimus executor, petens ipsum ad solucionem cogi et compelli et casu quo negatum fuerit, obtulit se probaturum pro omnibus dilacionibus. In presencia ex adverso procuratoris dni Pauli Geruch, qui deliberatus in quindena respondebit. Presentibus.

33. Andreas Bochnya procurator honorabilis Michaelis plebani in Brzosdowcze petit a dno Petro Volsky plebano in Chodorowstaw decimam manipularem, quam sibi rapuit de villa Czarthoria ad ipsius eclesiam spectantem a quinquaginta et ultra annis, in valore octo marcarum, petens ipsum dnum Petrum valorem ipsius exolvi, in presencia cuiusdam nobilis allegantis ipsius dni Petri infirmitatem. Et dnus ex suo officio prorogavit terminum ad quindenam et ibi respondebit, si convaluerit. Presentibus.

XII. Mercurii X mensis Februarii ipso die sancte Scolastice virginis (10 lutego 1490).

34. In causa providi Andree Margunsky pellificis honorabilis Stanislaus quondam antiquus prepositus excipiendo verbo

contra dicta testium et primo contra providum Michaelem Szyndlar, qui deponit decretum reverendissimi dni archiepiscopi, qui decrevit marcas quatuor cum media et pro residuo iuramentum debuit prestare, de quo iuramento non constat, nec assentit huic decreto, nisi probaretur alio testimonio evidenti, et quod subiungit de tribus marcis, quod iam dictus Andreas suscepit a dicto dno Stanislao, de quibus dictus Stanislaus non recordabatur. Ad secundum testem Georgium Frelich excipiendo allegavit, quod est varius in deposicione et est excomunicatus et malum nomen habet, quare sibi non est credendum. In presencia Andree eiusdem petentis dni voluntatem pronunciari, et dnus obtulit se pronunciaturum, quando paratus erit. Presentibus honorabilibus dnis Andrea Bochnya, Paulo Geruch, testibus circa premissa. |

XIII. Veneris XII mensis Februarii (12 lutego 1490). [327]

35. Iacobus et Nicolaus opidani de Busko testes super occiso clerico Iohanne raso per Ruthenos inducti citati iuraverunt omnem veritatem dicere, de qua interrogati fuerint. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Iacobo et Michaele vicariis, Andrea Bochnya, Iacobo Bruchnal presbiteris gracialibus et Petro iurato de Busko, testibus circa premissa.

36. Nobilis Elena Swathkowa alias Hermanowskya constituit in suum procuratorem nobilem Iacobum Hermanowsky filium suum in causa, quam sibi movet seu movere intendit nobilis Beata de Hermanow, consors nobilis Stanislai Czudzynowsky, dans *etc.* Presentibus.

37. Nobilis Iacobus ad peticionem nobilis Beate de Hermanow tanquam procurator nobilis Elene Hermanowska matris sue respondendo, quod olim Martinus Hermanowsky maritus olim dicte Beate ad bellum equitans petivit uxorem suam, ut matrem eius dnam Elenam in kmethone Ihnath non impediret in tenuta, et postea sola dna Beata existens relicta dedit libere intromissionem in dictum hominem Ihnath, quod offert se probaturum pro omnibus dilacionibus. Presentibus.

38. Discretus Michael de mandato domini retulit se citasse discretum Paulum Geruch ut et tanquam procuratorem gsi dni Iohannis Monastyrsky ad instanciam honorabilis dni Arnasti

baccalarii ad idem faciendum, ad horam presentis diei assignando. Presentibus.

39. Andreas Bochnya procurator et nomine procuratorio honorabilis Arnasti baccalarii arcium petit a gso dno Iohanne Monastyrsky septuaginta marcas cum quatuor marcis pecunie comunis per magnificum dnum Iacobum palatinum Podolie, quas sibi mansit in racione, prout litera sive cirografus sub sigillo ipsius dni Monastyrsky manifeste demonstrat et canit, petens ipsum dnum Monastyrsky ad solucionem prefate summe cogi et compelli. In presencia magistri Pauli Geruch procuratoris eiusdem dni Monastyrsky, qui deliberatus in octava respondebit. Presentibus.

40. Paulus Geruch procurator nobilis Petronelle Pszarska ad proposicionem honeste Dorothee relicte olim dni Luce de
[327v] Leopoli respondendo | iuxta dependenciam termini animo litem legittime contestando, quantum ad recepcionem piscium negavit narrata prout narrantur, quod dicti pisces non sunt recepti in bonis dne Pszarska, sed in alienis bonis, in quibus non tenebatur ipsam dnam Dorotheam et maritum ipsius tueri. In presencia ex adverso magistri Andree Bochnya procuratoris ipsius Dorothee offerentis se probaturum pro omnibus dilacionibus, quod dictos pisces recepit dnus Iohannes capitaneus Haliciensis pro tercia parte sue rate, quam habet in piscina, quam piscabatur dnus Lucas. Presentibus.

XIV. Audiencia Veneris XIX mensis Februarii post festum sancti Valentini (19 lutego 1490).

41. Simon clericus constituit in suum procuratorem magistrum Andream Bochnya in causa, quam movet seu movere intendit honorabili Martino mansionario sancte Katherine castri inferioris, dans *etc.* Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Kiliano, Gregorio Barnabe canonicis, Iohanne mansionario, magistro Georgio, Michaele vicariis, testibus circa premissa.

42. Magister Andreas Bochnya procurator et nomine procuratorio Simonis scolaris gravi in querela proponit contra dnum Martinum mansionarium, quomodo ipse de anno presenti vocando ipsum Simonem ad suam cellam monstravit illi florenos et inter hec unus florenus deperditus fuit, pro quo floreno dictus Martinus ipsum Simonem inculpavit nec eum de sua

cella emittere voluit, nisi florenum perditum sibi prius restitueret, qui Simon lacrimabiliter suam innocenciam excusabat, cui eciam Martinus mortem comminatus est volens eum iugulare, nisi florenum perditum restitueret, quem florenum prefatus Martinus in cistula sua invenit, quam iniuriam prefatus procurator nomine quo supra gravi extimacione infamie revocat ad centum fiorenos, petens ipsum in eisdem cogi et ad solvendum compelli. In presencia ipsius Martini, qui deliberatus in quindena respondebit. Presentibus.

43. Nobilis Georgius Frederici petit a nobili Procopio Corawa quatuor truncos siliginis, computando quemlibet truncum per tredecim grossos polonicales, petens eundem ad solucionem compelli. In presencia eiusdem Procopii animo litem contestantis, quod tantum unum truncum tenebatur, quem sibi solvit cum addicione unius currus feni, et actor probabit quatuor truncos sibi debuisse, quod offert se probaturum pro | omnibus [328] dilacionibus. Et super hoc ipse Corawa dedit sibi Georgio medium truncum farine. Presentibus.

44. Andreas Bochnya procurator honorabilis dni Iohannis plebani in Prussy ad hoc legittime constitutus petit a coniugibus Mathia Szopka et a consorte ipsius Barbara octo marcas, quas dedit pro orto, quem emit eisdem sub tali condicione, qnod debuerunt sibi restituere dictas octo marcas anno tercio, et sic non dederunt usque huc, qui est annus quintus. Item petit quinque marcas pro duobus equis, quos eis dedit proprios sub tali condicione, quod ipsum debuerunt supportare in laboribus et in aliis rebus, ipsi vero non fecerunt, sed ipsum dnum plebanum in omnibus dampnificaverunt et pro se omnia usurpaverunt. Item quando erat circa piscinam apud dnam Hwnowska, dictus Soppa cum consorte sua mandavit triturare omnia frumenta in absencia ipsius dni plebani, asserens: dominus mandavit omnia recidere, quia sibi debeo pecuniam congregare, et sic dum venit a piscina dictus plebanus, nichil sibi dederunt, tantum unum fertonem, et ita ipsum plebanum dampnificaverunt in dictis frumentis in quindecim marcis et ultra, vendendo dicta frumenta et farinam, ipsum dampnificando per quinque annos continuos in quinquaginta marcis, quod si negare vellent, probare intendit, petens ipsos compelli ad solvendum dictas summas. In presencia dni Petri de Busko dictorum coniu-

gum legittimi procuratoris, qui deliberatus in quindena respondebit.

45. Discretus Iohannes in Prussy plebanus prestabit iuramentum in octava sub excomunicacionum penis, quod dnus Stanislaus Struna tunc infirmabatur et exnunc infirmatur, quum citatus fuit ad instanciam honeste Barbare Sopczyna tabernatricis de Prussy. Presentibus.

46. Discretus Stanislaus Bryndza presbiter gracialis retulit se citasse discretum Iohannem in Prussy plebanum ad instanciam Mathie et ipsius consortis Barbare de Prussy coniugum, eidem terminum ad octavam assignando. Presentibus.

47. In causa gsi dni Iohannis Monastyrsky prorogatur terminus ad octavam ad idem faciendum alias ad contradicendum cirographo sive obligacioni eiusdem dni Monastyrsky sigillo sigillatam (!) ex racione coram magnifico dno Iacobo palatino Podolie cum dno Nicolao Arnasti facta. Presentibus. |

[328v] **48.** Honorabilis Stanislaus olim prepositus petit a provido Andrea pellifice Margunsky marcas sex pro tribus braseis, quos sibi vendidit, petens eundem ad solucionem cogi et compelli, in presencia eiusdem Andree animo litem contestandi negat narrata prout narrantur, et alias decreto dni archiepiscopi reverendissimi esse standum nec ab eo usque modo recedere intendat, quia iuramentum sibi Andree idem dnus archiepiscopus pro braseis decrevit prestandum.

49. Heduigis Cunczyna relicta cum Martino Mayzel totalem composicionem de omnibus dissenciis fecit et se hincinde mutuo de omnibus controversiis pacificaverunt. Presentibus.

XV. Lune XXII mensis Februarii (22 lutego 1490).

50. Circumspectus Paulus Geruch procurator et nomine procuratorio gsi dni Iohannis Monastyrsky ad proposicionem reverendi patris dni Mathie Dei gracia episcopi Camenecensis respondendo animo litem legittime contestandi allegavit satisfactionem de testamento per olim discretum Iohannem Curopathwa plebanum facto, quam satisfactionem prefatus procurator pro omnibus dilacionibus probabit. Presentibus discretis dnis Stanislao, Michaele, Iacobo, eclesie Leopoliensis vicariis, testibus circa premissa.

51. Discretus Iacobus filius dne Vrsule de Colomya natus

constituit in suum procuratorem magistrum Andream Bochnya in causa, quam movet seu movere intendit nobili Margarethe consorti nobilis Nicolai vicecapitanei Colomiensis occasione certi debiti duorum florenorum sibi legati, dans *etc.* Presentibus.

52. Venerabilis dnus Iohannes Bost[*owski*] plebanus in Iaroslaw constituit suum verum procuratorem discretum Andream Bochnia in omnibus causis, signanter contra honestam N. Niclowa de Leopoli, dans *etc.*

53. Ingeniosus Andreas Przepyorka clericus de Iaroslaw constituit suum procuratorem magistrum Andream Bochnia in omnibus causis suis, signanter contra nobilem Marcissowa [329] advocatissam de Sczklo nomine Katherinam, dans *etc.* Presentibus.

54. Gsa dna Katherina heres de Brzosdowcze consors gsi Iohannis Syenyawski constituit in suum procuratorem magistrum Andream Bochnia in causa, quam movere intendit honeste Heduigi Cunczina relicte de Leopoli, dans *etc.* Presentibus nobilibus dnis Raphaele de Syenyawa, Paulo Pyeczychowsky, Martino Garczarsky et aliis.

55. Famosus dnus Nicolaus Zarogowsky consul Leopoliensis absolvitur ab instancia termini ad instanciam dni Stanislai de Vhrinow notarii castrensis Leopoliensis. Presentibus.

XVI. Veneris antepenultima mensis Februarii ante dominicam Invocavit (26 lutego 1490).

56. Magister Andreas Bochnya procurator et nomine procuratorio gse dne Katherine de Brzosdowcze petit ab honesta Heduigi Cunczyna anulum aureum cum lapide turcus ad fideles manus datum ad servandum in valore viginti florenorum, item palium *harassii* flavei coloris muliebre datum ad vendendum in valore duarum marcarum, item mediam sexagenam cum tribus grossis sibi Heduigi accomodatas, item mediam marcam pecunie ad emendum colorum datam, petens ipsam ad solucionem et ad restitucionem cogi et compelli. In presencia Georgii Frederici procuratoris dicte Heduigis ad hoc constituti, qui deliberatus in octava respondebit. Presentibus honorabilibus dnis Stanislao, Iacobo, Iohanne eclesie Leopoliensis vicariis, Stanislao notario castrensi Leopoliensi, testibus circa premissa.

57. Nobilis Anna consors olim Iohannis Corythko relicta

constituit in suum procuratorem magistrum Andream Bochnya in causa et causis, quam movet seu movere intendit honorabili Iohanni Brzeszeczsky presbitero, dans *etc.* Presentibus.

58. Discretus Mathias eclesie Leopoliensis vicarius de mandato domini retulit se citasse magistrum Andream Bochnya procuratorem nobilis Petri Boreczsky ad instanciam honorabilis
[329v] dni Mathei | plebani in Sczyrzecz et a simili dictum dnum Matheum plebanum ad instanciam prefati Andree procuratoris citavit ad videndum sentenciam diffinitivam pronunciari, ad horam presentis diei assignando, et dominus tulit et pronunciavit. Presentibus.

XVII. Die Veneris septima[1] *mensis Marcii anno Domini 1490* (5 marca 1490).

59. Honorabilis dnus Martinus de Rohatin prebendarius castri minoris Leopoliensis sancte Katherine ad peticionem ingeniosi Simonis animo litem contestandi negat narrata prout narrantur, petens petita fieri non debere, et actor probabit vel deferat iuramento corporali pro omnibus dilacionibus. Presentibus honorabilibus et discretis Iohanne Cochanek prebendario, magistro Georgio, Nicolao Cuchta, Michaele de Buszko, testibus circa premissa.

60. Nobilis Iohannes de Thuliglovi constituit et soleniter ordinavit suum verum et legittimum suum procuratorem dnum Iohannem Cochanek in causa et causis, quam et quas habet cum gsa dna Korithkova, dans *etc.* Presentibus.

61. Nobilis Michael Kay et Stanislaus filius eiusdem heredes de Drewlany constituerunt et soleniter ordinaverunt discretum Andream Bochnya in suum verum et legittimum procuratorem in causa et causis, quam et quas honorabilis dnus Nicolaus de Zoltancze movet et movere intendit, cum omnibus punctis et clausulis, ut in forma meliori. Presentibus.

62. Honorabilis dnus Mathias plebanus de Iariczow retulit se citasse honorabilem dnum Nicolaum plebanum de Soltancze ad instanciam nobilis Michael Kay heredis de Drewlany ad horam presentis diei. Presentibus.

[330] **63.** Andreas Bochnya procurator nobilis | Anne olim nobi-

[1] Powinno być: quinta,

lis Stanislai Korithko petit a nobili Iohanne de Tuliglovi dicto Michassovycz tunicam panni Brucensis viridi coloris sibi datam ad invadiandum, ut eam a sentenciis excomunicacionum liberaret, in valore sex florenorum, item coclear[1] argenteum in valore trium fertonum, item gladium in valore duorum florenorum, petens ipsum compelli ad solvendum predictorum. In presencia eiusdem principalis petentis ad quindenam et obtinuit.

64. Honorabilis dnus Nicolaus de Szoltancze petit a dno nobili Nicolao Kay fertones tres olim dno Nicolao in Zelechow plebano debitos, quos tenebatur sibi pro addicione ad alium equum ambulatorem paratis pecuniis solvere, petens ad solucionem compelli. In presencia Andree Bochnya petentis terminum ad deliberandum ad quindenam, et obtinuit. Presentibus.

65. Magister Andreas procurator discreti Michaelis de Brzosdowcze plebani petit a dno Petro plebano de Chodorowstaw decimam predialem raptam de Czartoria, quam sibi violenter rapuit in valore octo marcarum, que decima est privilegiata ad eclesiam in Brzowdovcze, in presencia principalis petentis terminum ad quindenam, et obtinuit.

66. Andreas Bochnya procurator nobilis Stanislai Kay et Iohannis fratrum contra et adversus honorabilem dnum Nicolaum plebanum in Zoltancze gravi in querela deducit, quomodo prefatis fratribus non citatis Stanislao et Iohanne, procuravit eos excomunicandos et denunciandos in Buszko excomunicatos et oppugnatos, quam excomunicacionem et denunciacionem extimant ad ducendos(!) florenos puri auri et iusti ponderis, petentes ipsum ad solvendum compelli. In presencia dni Nicolai plebani de Zoltancze petentis terminum ad quindenam, et obtinuit.

67. Ingeniosus Iordanus nomine Barbare virginis proposuit contra quendam | Mathiam Lissi civem in Sczyrzecz, quomodo [330v] ipse ipsius paterna bona immobilia, domum et alia ibi in domo iacencia, detinet et possidet et census et obvenciones alias capit a decimocto annis, singulis capiendo per quatuor marcas, que summa extendit se ad septuaginta marcas et duas marcas, petens ad solucionem compelli et possessionem domus restitui.

68. In causa honorabilis dni Nicolai plebani de Zoltancze executoris testamenti olim Nicolai plebani de Zeliechow pro

[1] W rkp. coclaer.

tribus fertonibus mota dnus Nicolaus remisit consciencie dicti Michaelis Kay sopiendo omnes differencias. Presentibus.

XVIII. Mercurii octava[1] *mensis Marcii* (10 marca 1490).

69. Nobilis Andreas de Stry inductus citatus iuravit testis pro parte nobilis Georgii Frederici et contra nobilem Procopium Corawa in contumaciam eiusdem prestitit iuramentum. Presentibus discretis Michaele et Paulo Geruch eclesie Leopoliensis vicariis.

70. Nobilis Voyczyk Iohannes querulose proponit contra honestum Stanislaum de Vhrinow notarium castrensem Leopoliensem, quomodo marcam cum media et unum florenum hungaricalem dedit ei ad servandum et ab eo petivit, ut sibi restitueret, et ille evadebat eum dilacionibus satis multis et petens eum ad restitucionem compelli. In presencia eiusdem Stanislai petentis ad deliberandum, et obtinuit ad quindenam.

71. Discretus Andreas Bochnya procurator dne Heduigis Romanowska petit marcas quatuor pro debito olim gsi Nicolai fratris germani a nobili dna Margaretha consorte Clonowsky, quas quatuor marcas debitus est cuidam institrici Perishanlowa, petens partem eiusdem debiti dictam dnam Margaretham concernentem ad solvendum compelli. In presencia nobilis Iohannis Clonowsky consortis eiusdem Margarethe allegantis et dicentis, quod si legittime est debitum, iurabit dna Heduigis Romanowsky (!), quod huiusmodi debitum per fratrem est manifeste contractum et non per subordinacionem ipsius Heduigis, quo
[331] prestito eius consors | partem ipsam contingentem solvet. Presentibus.

72. Nobilis Andreas de Brzesecz constituit in suum procuratorem discretum Paulum Geruch in causa et causis, quam et quas sibi movet et movere intendit honesta virgo Katherina filia Stanislai Golda de Mosczyska, dans *etc.* Presentibus.

73. Andreas Bochnya procurator honeste Katherine virginis filie Golda de Mosczyska petivit a nobili Andrea filio olim Stanislai de Brzesecz tanquam a successore in bona paterna post mortem patris sui duas sexagenas pecunie comunis pro curru circumferato, item unam sexagenam pro panno et decem

[1] Powinno być: decima.

octo grossos pro clavis, quod debitum pater ipsius pie memorie vita functus contraxit, petens ipsum compelli ad solvendum. In presencia honorabilis Pauli Geruch procuratoris eiusdem, qui deliberatus in octava respondebit. Presentibus.

XIX. Veneris XII Marcii (12 marca 1490).

74. Nobilis Paulus Strzelecz consul de Busko iuxta dependenciam termini protestatus est de omnibus dilacionibus iam effluxis contra nobilem Andream Damblowsky (!) suam intencionem non probantem. Venerabilibus et discretis dnis Kiliano, Barnaba canonicis, Paulo Geruch, Andrea Bochnya, Petro Volsky in Chodorowstaw plebano, testibus.

75. In causa Simonis actoris ex una et dni Martini Leonis mansionarii, cui prorogatur terminus ad primam diem iuris ad videndum iurari de calumpnia vitanda, quod et ipse Simon fecit. Presentibus.

76. Andreas Bochnya procurator et nomine procuratorio reverendi patris dni Mathie Dei gracia episcopi Camenecensis protestatus est de prima dilacione contra Paulum Geruch procuratorem gsi dni Iohannis Monastyrsky non probantem intencionem suam infra dilaciones a iure admissibilibus. Presentibus.

XX. Mercurii XVII Marcii (17 marca 1490).

77. Honorabilis dnus Stanislaus de Vhrinow notarius castrensis Leopoliensis ad proposicionem providi Iohannis Woyczyk iuxta dependenciam termini respondendo negavit numerum pecuniarum, sed bursam sibi per Iohannem per adservarium datam recognovit et quam dictus Iohannes ab eo repetivit. Et sic per dominum decretum est, | quod Stanislaus prestabit iura- [331v]
mentum, quod dicta bursa cum peccuniis est perdita et furata cum suis eciam rebus et peccuniis multo, ut argento, auro, florenis et peccuniis. Qui Stanislaus in instanti prestitit modo supradicto, de quo ipse Voyczyk silencium perpetuum habere debet. Presentibus venerabilibus et discretis Gregorio, Iohanne Pylcziczsky canonicis, Stanislao, Michaele vicariis, Andrea Bochnya procuratore et Georgio doctore, testibus circa premissa.

XXI. Die Veneris XIX mensis Marcii (19 marca 1490).

78. Honorabilis Paulus Geruch viccarius eclesie metropolitane Leopoliensis retulit se citasse nobilem Procopium Corava

ad instanciam nobilis Georgii Frederici coram familia, terminum sibi assignando ad horam presentis diei. Presentibus honorabilibus et discretis Petro notario, Stanislao viccario, Nicolao presbitero, Stanislao de Kolomia, presentibus circa premissa, et testes nobilem Andream de Stry et Nicolaum de suburbio.

79. Laboriosus Andreas de Zubrza petit ab honorabili dno Iohanne plebano de eadem Zubrza quinque grossos pro labore et falcastracione, petens ipsum dnum Iohannem plebanum ad solvendum cogi et compelli, in presencia ipsius plebani, et ipse in quindena deliberatus respondebit. Presentibus.

80. Item discretus Iohannes Cohanek mansionarius procurator et nomine procuratorio honorabilis Petri de Chodorowstaw plebani ad peticionem discreti Michaelis in Chodorowstaw [1] plebani animo litem legittime contestandi negat narrata, prout narrantur, petens petita fieri non debere, et actor probabit pro omnibus dilacionibus. Presentibus.

81. Iohannes Cohanek nomine procuratorio nobilis Iohannis de Thulyglowy Miklassowycz ad peticionem nobilis Anne olim nobilis Stanislai Corithko iuxta dependenciam termini verbo respondendo negat narrata, prout narrantur, et actrix offert se probaturam pro omnibus dilacionibus a iure statutis. Presentibus.

82. Discretus Paulus Geruch retulit se monuisse laboriosum Iohannem Vylczek antiquum pistorem suburbanum post Bernardinos morantem ad instanciam honorabilis Iohannis plebani in Zubrza et sui ministri Andree pro decimis archiepiscopalibus | et annonis plebanalibus anni presentis, ut infra sex [332] dies huiusmodi retenta debita deservita sub excomunicacionum penis det, tradat, exolvat realiter et cum effectu satisfaciat, alioquin si secusfecerit, extunc lapsis sex diebus dictus Iohannes Vylczek excomunicabitur.

XXII. Veneris [2] *XXII Marcii in crastino dominice Letare Ierusalem* (22 marca 1490).

83. In causa nobilium Georgii Frederici et Procopii Corawa partes de calumpnia vitanda prestiterunt iuramentum. Presentibus honorabilibus et discretis Iohanne Cochanek, Paulo Geruch, Andrea Bochnya, Nicolao Harsch, testibus.

[1] Powinno być: Brzosdowcze (zob. wyżej zap. 65).
[2] Powinno być: Lune.

84. Providus Nicolaus mercator civis Leopoliensis petit a nobili Nicolao Slappa de Barthossow marcas tres cum media pro panno per genitricem ipsius pie memorie recepto, petens ipsum tanquam successorem in bona ad solucionem cogi et compelli, in presencia eiusdem, qui deliberatus in quindena respondebit, alias ob spem concordie datur terminus. Presentibus.

85. Paulus Geruch procurator gsi dni Andree Swyrsky gladiferi Leopoliensis ad proposicionem honeste Katherine appothecarie de Cracouia relicte respondendo animo litem legittime contestandi negavit narrata, prout narrantur, petens petita fieri non debere, et actrix probabit pro omnibus dilacionibus. Presentibus.

86. In causa parcium honorabilium Floriani plebani de Stareschyolo ex una appellantis et Iohannis Iaskonis appellati dominus tam super negocio principali quam emergenti causam suspendit idem faciendi contra excepciones mediantibus induciis, infra quas verificari debet execucio originalis citationis per dictum Florianum contra partem adversam obtenta, qua verificata disputabitur super emergentibus processibus et illorum taxa cum termino replicandi contra excepciones. Presentibus.

87. In causa nobilis Georgii Frederici et Procopi Corawa dominus dicta testium publicavit et copias partibus habere volentibus decrevit, ad hoc citato dicto Procopio, nomine ipsius Frederici inductorum. Presentibus.

88. Nobilis Procopius Corawa constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch in causa et causis, quas habet vel habiturus est cum nobili Georgio Frederici, dans *etc.* Presentibus.

89. Nobilis Raphael de Volkow [*filius*] dni iudicis terrestris Leopoliensis constituit in suum procuratorem honorabilem dnum Stanislaum de Vhrinow notarium castrensem Leopoliensem in causa et causis, quam et quas sibi movet seu movere intendit honeste dne Thomaschowa relicte de Przevorsko, dans *etc.* Presentibus. |

XXIII. Mercurii XXIIII Marcii (24 marca 1490). [332v]

90. Katherina Thomaschowa relicta de Przeworsko petit a nobili Raphaele de Volkow quatuor florenos et quatuor latos grossos bohemicales certi debiti pro rebus mercimonialibus,

puta tela, serico et aliis necessariis de instita dicte actricis per eum receptis et foro emptis, referens se dicta actrix ad suum regestrum iuxta modum mercatorum, petens ad solvendum compelli. In presencia ex adverso dni Stanislai de Vhrinow procuratoris eiusdem dni Raphaelis, qui prima iuris post Conductum Pasce deliberatus respondebit. Presentibus venerabilibus dnis Iohanne Pylczyczsky, Kiliano canonicis, Stanislao vicario, Andrea Bochnya, testibus.

91. Discretus Paulus Geruch eclesie Leopoliensis vicarius de mandato domini retulit se citasse providos dnos Michaelem Hanel consulem Leopoliensem et Benedictum Helbasz ad instanciam venerabilis capituli eclesie Leopoliensis pro annonis et mensalibus ab aliquot annis per ipsos retentis, ut infra novem dierum spacium huiusmodi salarium per ipsos retentum dent, tradant, exolvant sub penis excomunicacionum, que quidem excomunicacio facta est feria secunda post dominicam Oculi mei transacta. Presentibus.

XXIV. Veneris XXVI mensis Marcii (26 marca 1490).

92. Venerabilis magister Thomas de Drohobycz canonicus eclesie Leopoliensis constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch in causa et causis, quam movet seu movere intendit venerabili dno Gregorio de Schanok eclesie Leopoliensis canonico, dans *etc.* Presentibus venerabilibus et discretis dnis Kiliano, Iohanne Pylczyczsky, Barnaba canonicis, Andrea Bochnya procuratore, Stanislao vicario.

93. In causa venerabilium Thome de Drohobycz arcium magistri actoris ab una et ex adverso Gregorii partis adverse canonicorum Leopoliensium comparens personaliter Nicolaus Harsch procurator dicti actoris reproducta cittacione legittime executa sub titulo et sigillo domini in termino ad hoc statuto et partibus ex cittacione prefixo, nomine sui principalis requisivit presentem ex adverso dnum Gregorium, utrum ea dehonestacionis et diffamacionis verba notam enormium criminum denotancia, que sibi actori in capitulo coram dnis canonicis tunc capitulariter congregatis obiecta obiicere ad hoc citatus iudicialiter auderet et presumeret, volens habere repetenda. In presencia dicti dni Gregorii canonici ad presencia et obiecta contradicentis, quod ea, que facta sunt inter me et adversarium,

non audeo hic extra capitulum divulgare et publicare, tanquam secreta in capitulo orta propter iuramentum statutorum eclesie approbatum. Ex adverso dicto procuratore replicante verum quidem esse scrutinia capituli occultanda, que omnes fratres corcernunt, sed non, que singularis persone infamie tangunt, et iniuriam, de qua iniuria dictus procurator protestatus est, non pretermittenda impunita, ad primam diem iuris offerens se | eandem lacius dare in scriptis. Presentibus ut supra, et dominus, [333] quamvis ex suo officio terminum partibus ad concordandum certum limitaverat, una pars agens recusavit, pretendens se nimium gravari.

94. Nobilis Paulus Strzelecz consul de Busko protestatus est de ultima dilacione contra nobilem Andream Dabrowsky nichil facientem cum condempnacione in expensis. Presentibus.

95. Nobilis Petrus Czebrowsky constituit in suum procuratorem circumspectum Petrum consistorii Leopoliensis notarium in causa, quam movet seu movere intendit nobili Procopio Corawa, dans *etc.* Presentibus.

XXV. Lune antepenultima mensis Marcii post dominicam Iudica (29 marca 1490).

96. In causa honorabilis dni Iohannis Bostowsky plebani in Iaroslaw Andreas Bochnya procurator eiusdem petit ab honesta Katherina Niklowa octo florenos hungaricales sibi mutuatos in auro, quos sibi ad tempus iam preteritum restituere debuit. In presencia eiusdem Katherine negantis narrata, prout narrantur, petens petita fieri non debere, et datur ad probandum vel ad deferendum pro omnibus dilacionibus, et partes hincinde iurabunt de calumpnia vitanda ad primam diem iuris. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Martino Romano, Stanislao vicariis, Nicolao Harsch, Andrea Bochnya, Iordano procuratoribus, Paulo Geruch, Mathia Bar presbitero graciali, testibus circa premissa.

97. Andreas Bochnya procurator et nomine procuratorio reverendi patris dni episcopi Camenecensis protestatus est de secunda dilacione contra gsum dnum Michaelem Iaslowyeczsky dapiferum Haliciensem nichil facientem. Presentibus.

98. Venerabilium magistri Thome canonici actoris et Gregorii canonicorum partis ree terminus idem faciendi ad produ-

cendum intenciones reservatur ad primam diem iuris post Conductum Pasce. Presentibus.

XXVI. Die Mercurii ultima mensis Marcii (31 marca 1490).

99. Discretus Stanislaus eclesie Leopoliensis vicarius retulit se citasse nobilem Procopium Corawa ad instanciam nobilis Petri Czebrowsky, eidem terminum ad diem presentis diei assignando. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Martino Romano, Paulo Geruch vicariis, Andrea Bochnya, Nicolao Harsch procuratoribus, testibus circa premissa.

100. Petrus de Ossyek procuratorio nomine nobilis dni Petri Czebrowsky petit a nobili Procopio Corawa marcam pecunie comunis, quam sibi obligatus est dare et solvere pro patrocinio cause et aliis serviciis et diligenciis sibi Corawa | [333v] factis et exhibitis et quam marcam coram notario publico policitus est dare, petens ipsum ad solucionem cogi et compelli. In presencia eiusdem, qui deliberatus in quindena respondebit. Presentibus.

101. Katherina Niklowa mulier de Leopoli constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch in causa, quam sibi movet seu movere intendit venerabilis dnus Iohannes Bostowski in Iaroslaw plebanus, dans *etc.* Presentibus.

102. Iohannes Pyrka vicepalatinus Leopoliensis iuris castrensis circa acta personaliter comparens, ignoratur quo spiritu motus, comminabatur testibus pro parte discreti Martini Romani inductis, in cruciatum corporis, penarum et captivitatis repellendo testimonium eorundem, vi ut apparuit in eos insultando. Presentibus.

XXVII. Die Veneris secunda mensis Aprilis (2 kwietnia 1490).

103. Honorabilis dnus Iohannes Quartus procurator venerabilis dni Iohannis Croviczky decani Leopoliensis petit a gso dno Iohanne Zorawynszky equum donatum in vim recompensacionis et redonacionis valoris quatuordecim florenorum, quem in hactenus non redonavit, petens eundem ad restituendum et ad solvendum compelli. In presencia ex adverso principalis, qui obtinuit terminum ad primam post Conductum Pasce. Presentibus venerabilibus dno Kiliano, Iohanne Pylcziczky et Gregorio canonicis Leopoliensibus, testibus ad premissa.

104. Gsus dnus Iohannes Zorawynszky unacum Gregorio' plebano de ibidem ponentes et interesse cause pro decima in Zorawno constituerunt suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch, ipse principalis contra venerabilem dnum Iohannem Crovyczky et honorabilem Petrum plebanum de Chodorowstaw et Bartholomeum viccarium in Martinow specialem, ut in forma meliori, agendi, defendendi. Presentibus.

105. Petrus plebanus de Chodorowstaw petit a discreto Gregorio plebano in Zorawno decimam manipularem post araturas predii sui ab ab(!) antiquo debitas et datas ad | eclesiam [334] ipsius in Chodorowstaw spectantem iure ut asseruit parochiali, petens eandem sibi adiudicari, in presencia procuratoris ipsius dni plebani, qui deliberatus post Conductum Pasce prima iuris contradicet. Presentibus.

106. Honesta Anna consors providi Martini pannitonsoris undecim florenos pro debito nobili Procopio super gso dno Iohanne de Zorawno cedit, quod debitum in se dictus Corava sponte reassumpsit et illud medio iure pro dicto suo debito recipere.

107. Discretus Albertus scolaris de Leopoli petit a Stanislao braseatore truncos undecim siliginis[1] et quinque de avena ordei tres truncos et grecam unum truncum, in valore omnia trium marcarum minus fertone pecunie comunis receptibilis, apud dictum Stanislaum deposuit et coram teste protestatus est, quod eadem apud eundem deposuit. In presencia eiusdem allegantis, quod que reposuit dictus Albertus, illa omnia pro pecuniis vendidit. Presentibus.

108. Nobilis Procopius Corawa constituit in suum procuratorem magistrum Andream Bochnya in causa et causis, quam movet seu movere intendit nobili Iohanni Zoravynsky, dans *etc.* Presentibus.

XXVIII. Lune V^ta^ mensis Aprilis (5 kwietnia 1490).

109. Andreas Bochnya procuratorio nomine honeste Katherine filie Golda de Mosczyska ancille protestatus de prima dilacione contra et adversus nobilem Andream filiastrum dni Balthasar de Brzeszecz, infra dilaciones sibi a iure statutas et

[1] W rkp. sigilinis.

admissas nichil facientem. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Michaele, Stanislao, Martino Romano vicariis, Iohanne in Zubrza plebano, testibus circa premissa.

110. Discretus Michael eclesie Leopoliensis vicarius de mandato domini retulit se citasse nobilem Iohannem Zoravynsky ad instanciam nobilis Procopii Corawa, eidem terminum ad horam presentis diei assignando. Presentibus

111. Nicolaus Harsch procurator gsi Iohannis Zoravynsky in quantum est iuris cavendo de rathihabicione sui principalis, arestavit contumaciam ad instanciam nobilis Procopii Corawa pronunciatam. Terminus idem faciendi ad primam diem iuris post Conductum Pasce ob reverenciam festivitatum. Presentibus. |

[334v] *XXIX. Audiencia Lune XIX mensis Aprilis prima die iuris post Conductum Pasce* (19 kwietnia 1490).

112. Magister Andreas Bochnya procurator et nomine procuratorio nobilis Procopii Corawa petit undecim florenos hungaricales a nobili Iohanne Zoravynsky sibi accomodatos per olim Laurencium pannitonsorem, quos florenos consors Anna eiusdem Laurencii demonstravit super eodem dno Iohanne Zoravynsky recipiendos et exigendos actione cessionis sibi demonstratos, petens ipsum ad solucionem cogi et compelli. In presencia ex adverso partis Nicolai Harsch protestantis de excipiendo in quindena. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Kiliano canonico, Nicolao in Gologori plebano, Paulo Geruch, Michaele vicariis, Petro de Zimnawoda iudice castrensi.

113. Providus Mathias de Gologori opidanus nomine suo proponit contra ingeniosum Gregorium quondam ministrum in Gologori, quomodo anno presenti ante Carnisprivium nescitur quo motivo ductus, animo tamen iniuriandi, percussit et per capillos suos traxit et sanguinavit in taberna, quam iniuriam et percussionem extimat ad quinquaginta florenos, petens ipsum ad solucionem compelli. In presencia ex adverso principalis, qui deliberatus in quindena respondebit, et protestantis de reconveniendo. Presentibus.

114. Discretus Paulus Geruch eclesie Leopoliensis vicarius retulit se citasse providum Mathiam opidanum de Gologori ad instanciam ingeniosi Gregorii quondam ministri in ibidem ad

videndum reconveniri, eidem terminum ad horam presentis diei assignando.

115. Gregorius in minoribus ordinibus constitutus clericus reconveniendo ex adverso Mathiam opidanum de Gologori ex contencione hincinde subsecuta proposuit, quomodo die et loco quibus supra animo iniuriandi, dehonestandi, ipsum diffamavit, infamavit, quod esset latro, concubinarius, homo suspectus, iniuriam non modicam et gravamen, bono medio ammonitus, ut a talibus resisteret et dicto clerico pacem daret, qui magis invalescebat et manus in eum extendebat, et nisi se defendisset, ignoratur quo fine contencio fuisset terminata, dicti Mathie inicio incepta, iniuriam extimans ad centum florenos, petens ipsum ad solucionem compelli. In presencia eiusdem, qui deliberatus in XV respondebit. Presentibus. |

116. Thome et Gregorii venerabilium dnorum canonicorum Leopoliensium terminus idem faciendi continuatur propter languentem partem tractam ad quindenam alias ad convalescenciam eiusdem. [335]

117. Discretus dnus Andreas presbiter gracialis de mandato domini retulit se citasse honorabilem Iohannem Quartum mansionarium procuratorem dni Iohannis Crowyczsky decani Leopoliensis ad horam presentis diei ad instanciam nobilis Iohannis Zoravynsky ad reconveniendum, qui reconvenit forma subsecuta ad actum subsequentem. Iohannes Zoravynsky proponit per suum procuratorem, quomodo annis retroactis, dum viam continuabat dictus dnus decanus versus Valachiam tanquam nuncius Regie Maiestatis, extunc dimisit certos equos in numero quatuor citra vel ultra in pabulis apud dictum Zoravynsky ad pabulandum in feno et avena sub contractu satisfaciendi pro pabulis, qui equi servabantur per notabile tempus ad intervallum unius anni vel citra, consumserunt pabula moderacione previa decem marcarum, petens dictum valorem per prefatum actorem compelli ad solvendum, casu quo negatum fuerit, probare se offerens infra iuris dilaciones. In presencia ex adverso partis, qui deliberatus in quindena respondebit. Presentibus. Iohannes Zoravynsky per circumspectum Nicolaum Harsch procuratorem animo litem legittime contestandi ad proposicionem venerabilis dni decani Leopoliensis respondendo negavit narrata prout narrantur, petens petita fieri non debere, et

datur ad probandum terminus pro omnibus dilacionibus. Presentibus.

118. Nobili dno Raphaeli filio dni iudicis Leopoliensis terrestris prorogatur terminus idem faciendi ad primam diem iuris respondendi ad instanciam honeste dne Katherine Thomaschowa de Przevorsko. Presentibus.

119. Honorabili dno Stanislao plebano in Rodathycze prorogatur terminus idem faciendi super negocio processuum et principali ad octavam cum nobili Petro Herborth. Presentibus.

120. Iohannis plebani in Wyssnyany et Pauli Pyeczychowsky terminus idem faciendi, tam super negocio principali quam super processibus, ad octavam cum protestacione de actione plus petitorum prorogatur. Presentibus.

121. In causa nobilium Elene Hermanowska de Romanow
[335v] dominus dicta testium nomine | ipsius Elene inductorum et Beate de Hermanow publicavit et copias partibus habere volentibus dare decrevit, in presencia ex adverso procuratoris magistri Andree Bochnya protestantis de excipiendo, cui datur terminus ad quindenam. Presentibus.

122. Ad proposicionem super decima in Zorawno factam animo litem legittime contestandi nomine Gregorii plebani in ibidem ad instanciam Petri Volsky de Chodorowstaw negavit narrata et lacius dedit causas et raciones in modum responsionum in scriptis, petens interloqui, et dominus interloquetur, quando paratus erit.

123. Datur terminus nobili Petro Boreczsky cum honorabili dno Matheo in Sczyrzecz plebano infra hinc ad festum Penthecostes super distractione pignoris occasione trium marcarum sub excomunicacionum penis solvendarum, prorogatur. Presentibus.

124. Nobilis Iohannes Bylycza cocus de magno castro per discretum Martinum Romanum eclesie Leopoliensis vicarium de mandato domini cittatus ad instanciam Katherine mulieris, et eo non comparante iuxta dependenciam termini accusatus, per dominum pronunciatur contumax cum decreto procesuum opportunorum.

125. Andreas Bochnya procuratorio nomine reverendi patris dni episcopi Camenecensis protestatus est de tercia dilacione contra gsum dnum Michaelem Buczaczsky de Iaslowyecz infra iuris dilaciones nichil facientem. Presentibus.

126. Anne Niclowa procurator proposuit contra Annam Beguinam assertam Predicatorum ordinis sororem, quomodo intellecto contractu et concordia inter dictas partes inito et concluso super certis iniuriis verbalibus per arbitrosque olim sopito et pena interposita vallata detrusionis in carcerem et solucionis unius lapidis cere purgate contravenit dictorum arbitrorum decreto et fregit dictam interposicionem penalem, quando de anno presenti sabbato ante festum Pasce magno dictam Annam Niklowa contra prohibicionem adinventam verbis vituperavit inhonestis, asserens eam antiquam meretricem, suspectam feminam, et aliis verbis illicitis eam confundendo, propter que dictus procurator petit eam dicta pena carceracionis et pene solucionis affligi, non recedendo a propria iniuria, quam extimat tanquam matrone reputate ad centum ducatos hungaricales, petens eam condemnari et ad solvendum compelli, et casu quo negatum fuerit, obtulit se probaturam. In presencia eiusdem, que deliberata in quindena respondebit. Presentibus. |

127. Gsus dnus Nicolaus Kyerdey vicecapitaneus Tre- [336]
bowliensis constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch contra gsum dnum Sigismundum Smyothanka subiudicem Camenecensem in causa et causis, dans *etc.* Presentibus.

XXX. Mercurii XXI mensis Aprilis (21 kwietnia 1490).

128. Terminus inter honestam Katherinam Thomaschowa de Przevorsko ex una et nobilem Raphaelem de Syenyawa partibus ex altera prorogatur terminus idem faciendi de consensu parcium ad primam diem iuris post festum Ascensionis Domini et ad inquirendum veritatem solucionis fuisse impletam per certum nuncium a dicta Thomaschowa missum. Presentibus honorabilibus Stanislao de Vhrinow, Andrea Bochnya, Nicolao Harsch, testibus circa premissa.

129. Honorabilis dnus Iohannes Quartus mansionarius de mandato domini retulit se citasse gsum Michaelem de Buczacz capitaneum Colomiensem ad instanciam honeste Elene Climvnthowa relicte de Leopoli et ipsius litisconsortum ad videndum distrahi pignus, eidem terminum assignando ad feriam secundam in crastino sancte Trinitatis hora terciarum Leopoli personaliter assignando. Presentibus.

130. Providus Albertus faber de Mosczyszka diocesis Pre-

misliensis constituit in suum procuratorem magistrum Andream Bochnya in causa appellacionis, quam sibi movet seu movere intendit honesta Margaretha puella de Mosczyska matrimonialiter mota, dans *etc.* Presentibus.

XXXI. Lune XXVI Aprilis post festum sanctorum Georgii et Adalberti (26 kwietnia 1490).

131. Terminus inter nobiles Annam Corythkowa relictam actricem ex una et Iohannem Myclassowycz de Thulyglowy partibus ex altera de unanimi consensu parcium prorogatur ob spem concordie infra hinc ad quindenam, alias ob defectum concordie partes idem faciendi coram nobis comparebunt. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Michaele Mebroth presbitero graciali, Andrea Bochnya, Casparo de Thulyglowy plebano, Simone clerico, testibus. |

[336v] **132.** Honesta Margaretha puella de Mosczyska in causa appellacionis constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch in causa et causis, quam movet seu movere intendit provido Alberto fabro de Mosczyska, dans *etc.*

133. Matrimonialis Premisliensis in causa nomine Alberti fabri appellantis magister Andreas Bochnya produxit citacionem legittime executam cum instrumento appellacionis ac aliis diligenciis per eum verbo repetitis, petivit iurisdicionem domini fundari et partibus iudicem cause et partibus pronunciari competentem. In presencia ex adverso Nicolai Harsch petentis dictarum diligenciarum copias ad primam ad excipiendum, et obtinuit. Presentibus.

134. Ad proposicionem Procopii Corawa nomine gsi Iohannis Zoravynsky Nicolaus Harsch procurator verbo et generaliter verbo excipiendo contradixit, allegans dicto actori non competentem fore actionem contra reum per titulum de alle. cause facti[1] c° ex parte[2], ex quo agit per modum cessionis prohibite, petens se reservari dictus reus penes canonicam sanctionem cum silencio adversario imposito et in expensis condempnato, tum ex eo, quia regulariter actor forum rei sequitur, petens se remitti ad ius terrestre ex superhabundanti tanquam

[1] T. j. de alienatione iudicii mutandi causa facta.

[2] Cytat z dekretałów Grzegorza c. 2. X. de alienatione iudicii I. 42.

terrigena possessionatus. In presencia ex adverso Andree verbo replicantis, hincinde petentibus interloqui partibus, et dominus deliberatus interloquetur.

135. Venerabilis dni Iohannis Crowyczsky decani Leopoliensis cum nobili Iohanne Zoravynsky terminus idem faciendi super responsione continuatur ad primam post festum sancte Trinitatis ob spem concordie. Presentibus.

136. Anna Beguina ad instanciam Niclowa Anne pronunciatur accusata ob non responsionem peticionis. Presentibus.

137. Beate de Hermanow terminus excipiendi contra testes, peremptorie ad decisionem domini Elene, Hermanowska alia sob defectum excipiendi pendet ad concordandum in quindena.

138. Gsus dnus Andreas Swyrsky gladifer Leopoliensis ob defectum paricionis concordie et satisfactionis conventui et priori Corporis Cristi gravantur processus per procuratorem petentem cum protestacione fatigarum et expensarum. Presentibus.

139. Nobilis Procopius Corawa constituit in suum procuratorem magistrum Andream Bochnya in causa, quam sibi movet nobilis Petrus Czebrowsky, dans *etc.* |

140. Iohannis Parznyowsky in Dunayow plebani cum [337] discreto Iacobo presbitero sancti Stanislai extra muros terminus ob spem concordie idem faciendi super statuendo evictore dilacionibus salvis continuatur infra hinc ad quindenam, alias ad visionem dicti actoris cum suo procuratore magistro Andrea Bochnya. Presentibus.

141. In causa archiepiscopalium ex parte Stanislai plebani de Rodathycze solicitatorum adversus dnum Petrum Herborth de Felstyn ut asseritur retentorum ad restringendum dicta retenta archiepiscopalia et eorum valorem terminus prorogatur ad quindenam. Presentibus.

XXXII. Mercurii antepenultima mensis Aprilis ipso die sancti Vitalis (28 kwietnia 1490).

142. In causa appellacionis matrimoniali Premisliensi parcium Alberti fabri appellantis et Margarethe puelle de Mosczyska appellate procurator dicte partis sue Margarethe Nicolaus Harsch recedendo ab excepcionibus fori declinatoriis iuxta dependenciam termini ad dandum obtentis approbavit iurisdicionem, petens tanquam coram iudice secunde instancie in prin-

cipali negocio procedi et cognosci, recuperando in dicta causa negligencias in prima instancia obmissas, petens sibi desuper decerni executorem contra procuratorem partis. Et dominus de consensu parcium procuratorem (!) pronunciavit se cause et partibus iudicem competentem et decrevit executorem procuratorem partis Alberti ad videndum in principali procedi. Presentibus honorabilibus dnis Michaele Mebroth baccalario, Stanislao, Michaele viccariis et Procopio Corawa, testibus circa premissa.

143. Discretus Stanislaus eclesie Leopoliensis vicarius de mandato domini in eadem causa retulit se citasse Andream Bochnya procuratorem Alberti fabri de Mosczyska appellantis ad instanciam Margarethe puelle de ibidem, ad horam presentis diei assignando.

144. Margaretha ancilla de Mosczyska recuperans diligencias neglectas in prima instancia coram domino per procuratorem suum Nicolaum Harsch proposuit, quomodo a temporibus retroactis quatuor annis citra vel ultra ibidem in Mosczyska dictus Albertus consueverat frequentare dictam Margaretham morantem circa eius parentes ibique potum licoris, medonis et cervisie per se et cum sua comitiva observatus fuit bibisse et nunquam solvit, et hoc in spem matrimonialis contractus, quem interim
[337v] ut pluries cum dicta Margaretha inivit et coram | probis personis publicabat se sedere vel bibere tanquam cum sua propria, cum qua per verba de futuro contraxit, ista videlicet: promitto te ducere in meam et nullam aliam volo nisi te, et subsecuto certo die tempore noctis eam in stuba cognovit carnaliter et defloravit et expost tempore sequentibus accedebat tanquam propriam, cum qua plures actus carnales continuans pregnantem obmittere desiderat per neminem nisi per ipsum Albertum, petens eundem iuxta peticionem priorem instancie prime compelli matrimonium in facie eclesie consumandum iuxta canonicas sanctiones, offerens se sufficiencius probare suam intencionem, quam in prima instancia fuit probatum aut propositum, cum protestacione expost, casu quo succumberet dicta Margaretha super iniuria defloracionis et repeticione dotis. In presencia magistri Andree Bochnya procuratoris Alberti negantis narrata prout narrantur, petens petita fieri non debere, et datur ad probandum per acta prime instancie, pro quibus extrahendis dominus decrevit compulsoriales, et in quantum lacius probacio offertur,

decrevit dominus remissoriales in personam magistri Thome canonici et ibidem in Mosczyska plebani, de consensu parcium.

145. Nobiles Iohannes de Dzyewathnyky et Iohannes de Zudaczow civis, testes affuturi nomine honorabilis dni Michaelis in Brzoszdowcze plebani citati inducti, prestiterunt iuramentum in causa decime de Czarthoria prescripcionis. Presentibus.

146. Nobilis Procopius Corawa ad peticionem nobilis Petri Czebrowsky respondendo animo litem legittime contestandi negat narrata prout narrantur, et datur ad probandum vel ad deferendum pro omnibus dilacionibus. Presentibus.

147. Laboriosus Georgius quondam in Malechow tabernator petit a nobili Procopio Corawa sexagenam pecunie comunis, quam sic ab eo ex nullo debito contracto recepit, pro qua eciam ad instanciam dni Myskowsky extiterat excomunicatus, petens ipsum ad restitucionem cogi et compelli. In presencia eiusdem Corawa animo litem legittime contestando negantis narrata prout narrantur, petens petita fieri non debere, et actor probabit infra iuris dilaciones. Presentibus.

148. Discretus Nicolaus Brodawka presbiter gracialis de mandato dni retulit se citasse nobiles Iohannem de Dzyevyathnyky et Iohannem de Zudaczow civem ut et tanquam testes affuturos ad instanciam honorabilis dni Michaelis in Brzoszdowcze plebani | ad perhibendum testimonium veritatis [338] in causa inter ipsum plebanum vertente ex una et honorabilem dnum Petrum Wolsky in Chodorowstaw plebanum partibus ex altera, eisdem terminum ad horam presentis diei assignando.

149. Iohannis plebani de Wyssnyany et nobilis Pauli Pyeczychowsky terminus idem faciendi sive respondendi ad primam diem iuris cum protestacione de reconveniendo. Presentibus.

150. Discretus Nicolaus Brodawka presbiter gracialis de mandato domini retulit se citasse dnum Iohannem Cochanek ut et tanquam procuratorem honorabilis dni Petri Volsky in Chodorowstaw plebani ad videndum huiusmodi testes iurari super raptu decime post predium ville Czarthoria nomine honorabilis dni Michaelis in Brzosdowcze plebani inductorum, ad horam vesperorum presentis diei assignando, in presencia eiusdem Cochanek protestantis de dandis interrogatoriis. Presentibus.

XXXIII. Die Veneris ultima mensis Aprilis (30 kwietnia 1490).

151. Discretus Andreas gracialis retulit se citasse magistrum Andream Bochnya tanquam procuratorem dni Iohannis Vyssnyenszki plebani ad instanciam nobilis Pauli Pyeczychoczszki ad videndum contra ipsum beneficio reconvencionis procedi ad horam presentis diei, personaliter apprehensum. Presentibus honorabilibus Stanislao, Nicolao Ruschek, Iacobo de Vidava, testibus circa premissa.

152. Nobilis Paulus Pyeczychoczsky per suum procuratorem Nicolaum Harsch reconveniendo proposuit contra honorabilem dnum Iohannem plebanum de Vyssnyani, quomodo annis et temporibus, in quibus amicabiliter vivebant, ac eciam in sua proposicione restrictis, induxit et abegit totam gregem peccorum et pecudum de villa Iakymow in eius hereditatem, ut sibi ea foveret et nutriret in vim recompense, ne a bellatoribus raperentur, qui grex consumpsit septem arthomus de feno valoris sex sexagenarum moderacione previa; item ponit, quod promisit sibi dare intuitu istius duas calebellas (!) et duos polodros valoris decem marcarum; item recepit ab eodem Paulo in vim recompense et redonacionis truncum pisi, scruti et quatuor currus feni valoris unius sexagene; item novacula cum reservaculo valoris medie marce; item petit ab eo finaliter expensarum so-
[338v] lucionem sex septimanas, in quibus | fovit eum cum familia sua et consumsit valorem XII marcarum, petens eundem ad solvendum compelli et casu quo negatum fuerit, offert se probaturum. In presencia et ex adverso magistri Andree procuratoris citati, deliberatus in quindena respondebit nomine plebani. Ad cuius proposicionem Paulus Pyeczychoczsky per suum procuratorem animo legittime litem contestandi negavit narrata prout narrantur, salvis restitutis per eum et rebus adversus res receptis, lancea et aliis, que memoria non occurunt. Presentibus.

XXXIV. Lune III[a] mensis Maii (3 maja 1490).

153. Gso dno Iohanni de Monastyrzyszka in causa testamentaria reverendi patris dni episcopi Camenecensis datur ultima dilacio alias quarta ex superhabundanti cum iuramento proprio, quod infra huiusmodi quartam dilacionem venire cum

probacionibus non potuit. Presentibus Nicolao Cuchtha, Paulo Geruch, testibus circa premissa.

154. Honorabilis dnus Matheus baccalarius in Sczyrecz plebanus constituit in suum procuratorem honorabilem dnum Michaelem Mebroth baccalarium in causa, quam sibi movet seu movere intendit nobilis Petrus Boreczsky, dans *etc.* Presentibus.

XXXV. Mercurii V^ta^ mensis Maii post festum Invencionis sancte Crucis proxima (5 maja 1490).

155. Iohannis Czurylo de Vkoyvycze (!) in causa fideiussorie caucionis triginta marcarum, ut asseritur per venerabilem dnum Iohannem Myskowsky, facte, procurator Nicolaus Harsch in termino limitato iuxta inscripcionem priorem iurandi sibi dno Iohanni Myskowsky per eum attenptatum et prout terminus requirebat protestatus est de absencia dicti rei et subterfugientis in termino iurari, in contumacia eiusdem petens remissoriales sibi decerni versus locum Premisliensem super probanda sua intencione. Et dominus attendendo contumaciam non comparantis suspendit terminum utrique parti idem faciendi super eorum assercionibus usque ad adventum dicti dni Iohannis Myskowszky. Presentibus honorabilibus dnis Kiliano, Iohanne Pylcziczsky canonicis, Stanislao vicario, Andrea de hospitali presbitero graciali, testibus circa premissa.

156. In causa Elene Hermanowska et Beate de Hermanow prorogatur terminus ad primam diem iuris ad contradicendum testibus, alias ob defectum contradictionis ad concludendum. Presentibus.

157. In causa Georgii Frederici prefatus Georgius replicando ad excepciones nobilis Procopii Corawa, | quod huiusmodi [339]
excepciones sunt repellende, in quibus excipitur, quod dicti testes non essent confessi nec sacramento Eucaristie refecti, allegat et replicat dicendo, quod presenti anno in medio Quadragesime inducti sunt et iam fuerunt confessi et aduc pro festo Pasce debuerunt sacramento procurari tanquam veri katholici, et si eciam interrogatoria ad examen ipsorum fuissent producta, essent in deposicionibus iuxta eorum formam examinati, nec alia causa racionabilis ponitur, per quam debeant dicti testes reprobari secundum assercionem inducentis dicti Iuraszek. In presencia ex adverso Nicolai Harsch Procopii procuratoris, qui

verbo repetivit suas excepciones cum duplicacionibus per eum factis, petens eas revideri et per dominum interloqui revisis hincinde parcium intencionibus aut alias voluntatem super diffinitiva pronunciari. Presentibus.

158. Heduigis mulieris super divorcio laborantis eliberari ab instancia Bartholomei Borowy hic nominati Andreas reproduxit literam testimonialem in vim eliberacionis et divorcii obtinendi iuxta dependenciam termini, petens sibi iusticiam ministrari et ab instancia dicti laici absolvi in contumaciam eiusdem. Et dominus super improbanda intencione in litera testimoniali deducta limitavit terminum dicto laico reprobatorium infra hinc ad festum sancte Trinitatis, offerens se suas significatoriales daturum. Presentibus.

159. Nobilis Nicolaus de Banvnyn ingenioso Stanislao fratri germano de eadem Banvnyn causam, quam habet cum provido Onusko Rutheno viceadvocato de Bobrka pro bonis paternis, illam fratri suo dicto Stanislao cessit et resignavit et dono irrevocabili dedit, renunciando omni proprietati et se abdicando, dans et concedens dicto suo germano continuandi, agendi, defendendi, libellandi, excipiendi, quittandi, exigendi et extorquendi, prout alias in forma meliori. Presentibus.

160. Discretus Nicolaus de Camenecz presbiter gracialis de mandato domini retulit se citasse discretum magistrum Andream Bochnya, ut et tanquam procuratorem honorabilis Michaelis in Brzosdowcze plebani, ad instanciam ingeniosi Petri ministri in ibidem et sue consortis ad videndum reconvenire, ad horam presentis diei terminum assignando. Presentibus.

161. In causa civium de Bobrka et nobilium de Banvnyn pro domo sive bonis hereditariis in Bobrka consistentibus, ex quo lis pendet pro eisdem bonis in iure theutunico, dominus easdem partes pro iusticie complemento ad idem faciendum a data presencium ad quindenam partes remisit et ibi sentencie late partes contradicent et id, quod iuris fuerit, facient. Et dominus inter partes pro securitate vite fiende penam centum sexagenarum vallavit et interposuit. Presentibus. |

[339v] **162.** Stanislaus eclesie Leopoliensis vicarius retulit se citasse de mandato domini nobilem Sigismundum notarium magnifici dni Petri de Olesko ad instanciam magistri Thome canonici

Leopoliensis ad videndum distrahi pignus, eidem terminum assignando ad feriam sextam proximam. Presentibus.

163. Petrus minister eclesie in Rodathycze cum sua consorte Margaretha proponit gravi in querela, quia ipse[1] nescitur quo spiritu ductus, presumitur tamen animo iniuriandi, domum ipsius sive scolam vi invadendo percussit vetulam ipsius Petri et eam de scola extrusit, et his malis non contentus res domesticas ipsius vi cum securri, valoris decem grossorum moderacione salva, recepit, item ipse Petrus ad dnum plebanum prefatam kmethonam vetulam pro dictis rebus, ut restitueret, misit, quam iterum baculavit et usque ad ciniterium et emunitatem eclesie fugavit, quam ibidem percussit et in ciniterio vulneravit et sanguinavit, insuper ipse dnus plebanus appellavit ipsum Petrum fuisse patarenum, tortorem, malum hominem, et illum preascio interimere voluit ictus ictibus reiteratis percussit unacum alio baculo. Quam infamiam, percussionem et molestacionem, rerum recepcionem, emunitatis eclesiastice violacionem, bono animo et intencione extimat ad centum marcas, petens ipsum in eisdem condempnari. In presencia magistri Andree Bochnya procuratoris dni plebani, qui deliberatus in quindena respondebit, et casu quo negatum fuerit, actor Petrus obtulit se probaturum pro omnibus dilacionibus. Presentibus.

164. Venerabilis dnus Iohannes Crovyczski eclesie Leopoliensis decanus constituit in suos procuratores veros et legittimos actores, factores negociorumque suorum gestores et nuncios speciales, videlicet honorabiles Kilianum canonicum et Iohannem mansionarium, in causa et causis, quas habet vel habiturus est cum quibuscunque personis cuiusvis status aut eminencie existant, et signanter nobili Iohanni Zoravynsky, dans *etc.* Presentibus.

XXXVI. Veneris septima mensis Maii in vigilia sancti Stanislai (7 maja 1490).

165. In causa gse dne Anne de Lithwynow consortis dni Derslai de Hwnow occasione altaris et fundacionis in eclesia Leopoliensi cum venerabili Nicolao Wroblowski canonico Leopoliensi parte adversa datur terminus ob spem concordie infra

[1] W rkp. nie podano imienia oskarżonego, jest nim Stanislaus plebanus de Rodatycze, zob. niżej zap. 184.

hinc ad festum sancti Martini proxime instantis. Presentibus honorabilibus dnis Nicolao in Gologori, Matheo in Sczyrzecz plebanis, Iohanne Pylcziczsky canonico, Andrea Bochnya, Georgio Frederici, testibus circa premissa.

166. Nobilis Michael Hubrowsky reproducta citacione le-
[340] gittime executa petit a gsa dna Anna | Culykowska florenos sex pro servicio, quos sibi deservivit sibi serviendo in equis suis, et ante tempus ab huiusmodi servicio repulit, in quo ipsum non modice dampnificavit, sic quod coactus est non habendo servicium cum equis multa exponere, petens ad solucionem eandem Annam cogi et compelli. In presencia magistri Andree Bochnya procuratoris eiusdem dne Anne in causa presenti legittime constituti, qui deliberatus in quindena respondebit. Presentibus honorabilibus dnis Iohanne Pylcziczsky canonico, Matheo in Sczyrzecz plebano, Iacobo Bruchnal, Procopio Corawa, Georgio Frederici, Iacobo presbitero graciali, testibus.

167. In causa nobilium Georgii Frederici et Procopii Corawa terminus ex decreto domini datur ad purgendum testibus, quod anno presenti sunt confessi et comunicaverunt eorum propriis confessoribus aut tunc presentibus eis assistentibus, et dominus alias decrevit eis purgari proprio iuramento infra dilaciones a iure admissibiles. Presentibus.

168. In causa nobilis Beate de Hermanow et Elene ex adverso parcium actricis Andreas procurator eiusdem dne Beate generaliter verbo contra dicta testium pro parte Elene inductorum excipit et excipiendo dicit, quod si et in quantum dicti testes pro sua parte deponunt, illa admittit et approbat saltem per modum tacite approbacionis, alias si contra suam partem facere videntur, contra illa excipit et non admittit, et tanquam pro non dictis reputat et dicta eorum reiicit. In presencia ex adverso Nicolao (!) Harsch verbo et generaliter replicantis et petentis in causa concludi et pro concluso haberi et repetentis verbo proposicionem cum litiscontestacione subsecuta et testium deposicionibus inherendo, que petivit pro revidendis, dicto Andrea petente effectum conclusionis suspendi ad certum terminum. Presentibus.

169. Andreas Bochnya procuratorio nomine nobilis dni Stanislai Kyerdey de Podborcze petit a nobili Heduigi Cunczyna relicta equum sibi in vim restitucionis aut solucionis datum

in valore florenorum octo, petens ipsam in eisdem condemnari. In presencia Nicolai Harsch procuratoris eiusdem Cunczyna, qui deliberatus prima die iuris respondebit. Presentibus.

XXXVII. Lune X mensis Maii (10 maja 1490).

170. Honesta Cunczyna Heduigis relicta constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch in causa et causis, quam movet seu movere intendit nobilis Stanislaus Kyerdey de Podhorcze, dans *etc.* Presentibus honorabilibus dnis Iohanne Pylcziczszky, Barnaba canonicis, Paulo Geruch vicario, Paulo Strzelecz de Busko consule, Petro Herborth terrigenis, testibus circa premissa. |

171. Ad proposicionem nobilis Stanislai Kyerdey de Pod- [340v]
horcze Heduigis Cunczyna animo litem legitime contestandi iudicialiter respondendo negat narrata, prout narrantur, petens petita fieri non debere, nec credit aliquem equum recepisse in vim restitucionis aut solucionis. Et datur ad probandum vel ad deferendum pro omnibus dilacionibus. Presentibus.

172. Nobilis Iohannes Czurylo de Hvykowycze per se personaliter comparens inherendo obligacioni inter eum et venerabilem Iohannem Myszkowszky, quam verbo repetivit et minutam eiusdem produxit, petens iuxta eandem ob non prestitucionem (!) iuramenti decisorii et prefixi in termino ad hoc statuto ac pecuniarum non reposicionem quindecim marcarum, sentenciam excomunicacionis incidisse declarandum fore iuxta renunciatas per dictum reum singulas cautelas, quibus per expressum renunciavit. Et dominus pro dictis quindecim marcis declaravit eundem incidisse eclesiasticam minorem censuram et processus opportunos decrevit, et pro residuo actionem dominus actori reservavit ad probandam suam intencionem pro toto debito triginta marcarum caucionis fideiussorie probandam reservavit, tempore se offerente et habita copia principalis ex adverso citandi. Presentibus.

XXXVIII. Mercurii XII mensis Maii (12 maja 1490).

173. Discretus Nicolaus Brodawka eclesie Leopoliensis presbiter gracialis de mandato domini retulit se citasse magistrum Andream Bochnya procuratorem nobilis Beate de Hermanow ad instanciam procuratoris Elene Hermanowka(!) ad videndum in causa concludi. Et dominus hincinde parcium procuratoribus

presentibus conclusit, offerens se pronunciare voluntatem iusticia mediante. Presentibus honorabilibus dnis Kiliano canonico, Floriano in Stareschyolo plebano, Michaele in Brzosdowcze plebano, testibus circa premissa.

174. In causa nobilium Georgii Frederici actoris ex una et Procopii Corawa Nicolaus testis inductus citatus iuravit, quod presenti anno in eclesia beate Marie Virginis Leopoli comunicavit et dno Nicolao ad Corpus Cristi Predicatori est confessus. Presentibus.

175. Pro eclesia in Brzozdowcze. Orta differencia super proventibus eclesie parochialis in Brzosdowcze et in eius privilegio contentis inter gsum dnum Iohannem de Syenyawa heredem et dnum in Brzosdowcze ab una et honorabilem Michaelem de eadem Brzosdowcze plebanum partibus ab altera, super quo facto est sic diffinitum et decretum, ex quo in privilegio, quod latissime interpretari debet, quotquot molendina ibidem fuerint constructa et necessaria, de eisdem metreta decima cuiuslibet grani debet plebano dari, et in eo puncto et articulo privilegium reservatum est, ut de utroque molendino decima mensura grani utriusque et emolumenti plebano dari debet, tali tamen
[341] condicione interposita, quod prefatus dnus | Michael in Brzosdowcze plebanus et sui successores exnunc et extunc vicarium pro eclesia ibidem servare debet et tenebitur suis salariis contentando, eciam ut decor eclesie per ipsum plebanum servetur, ministrum eciam in clericalibus et aliis suis contentare prefatus plebanus debet. Qui minister servicia eclesie faciet ad missam, ad vesperas, ad salve, pro pace, singulis diebus horarum matutinarum et diei pulsando. Annonas de agris cultis kmethones parochiani dicto plebano dare tenebuntur, de agris vero desertis et qui coluntur et apud dnum heredem conveniuntur, secundum exigenciam seminacionis decimabit, cultoresque agrorum solvere tenebuntur, et quod plebanus habebit decimam ex decima per dominum de agris cultis receptam. Presentibus honorabilibus Andrea Bochnya, Stanislao de Vhrinow notario castrensi Leopoliensi et me Petro notario, testibus.

XXXIX. Veneris XIIII mensis Maii (14 maja 1490).

176. Katherina ancilla de Iavorow iudicialiter proponit, quomodo feria quarta post festum sanctorum Simonis et Iude

apostolorum anno presenti providus Iohannes de ibidem veniens ad solitam mansionem dicte Katherine contraxit matrimonium per verba de presenti ex inductione ipsius Iohannis dicens: ego nolo aliam preter te in uxorem habere, quoad vixero, et a simili dicta Katherina eadem verba repetendo dixit: ego alium maritum preter te habere nolo, petens ipsum dictum matrimonium in facie cclesie consumari. In presencia eiusdem Iohannis animo litem legittime contestandi negantis narrata, prout narrantur, et datur actrici ad probandum pro omnibus dilacionibus. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Iacobo presbitero graciali, Iohanne comendario in Zelechow, Stanislao vicario, Iohanne cantore, testibus.

177. Iohannes plebanus de Wyssnyany per procuratorem magistrum Andream Bochnya ad proposicionem Pauli Pyeczychowsky animo litem legittime contestandi negavit narrata[1], prout narrantur, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus. Presentibus.

178. In causa gsi dni Iohannis Czurylo de Hvykowycze magistro Nicolao eiusdem procuratore contra dnam Heduigim instante iuxta dependenciam termini petente admitti ad agendum, in presencia dicte ree allegantis sufficienter provisam parere iuri in foro terrestri Leopoliensi, ad quod se petivit remitti, et dominus attenta allegacione iusta partes remisit ad forum eos concernens. Et dicta rea ex superhabundanti instante procuratore dicti actoris renunciavit huic iuri ad instanciam omnium personarum, easdem nolle trahere. Presentibus.

179. Iohannes Snopek plebanus de Lithwynow ad instanciam dne Anne de Lithwynow ad residenciam vocatus et instante dno Andrea | Bochnya procuratore eiusdem dne Anne petente [341v]
prefatum dnum Snopek ad residendum compelli, in presencia eiusdem Iohannis allegantis iniurias sibi per dominam illatas et certos proventus eclesie sibi detentos et comminaciones sibi factas, et ob hoc residere non audet, et propter huiusmodi iniurias dictam capellam in manibus domini resignavit et actionem pro huiusmodi iniuriis sibi illatis reservari petivit. Presentibus.

[1] W rkp. narravit.

XL. Lune XVII mensis Maii ante festum sancti Vrbani proxima (17 maja 1490).

180. Discretus Iacobus eclesie Leopoliensis presbiter gra cialis de mandato domini retulit se citasse magistrum Andream Bochnya tanquam procuratorem nobilis Beate de Hermanow ad videndum ferri sentenciam diffinitivam ad instanciam nobilis Elene Hermanowska et sui procuratoris, eidem terminum ad horam presentis diei assignando. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Stanislao et Casparo viccariis, Iohanne de Colomya preposito, Stanislao de Vhrinow notario castrensi Leopoliensi, testibus circa premissa.

181. Nicolaus Gląbowycz opidanus de Zudaczow obligatur dare et sub excomunicacionum penis unum currum currum(!) salis viginti duorum poncium et cum decimseptem millenis(!) tolpas salis honorabili dno Iohanni in Stanyn plebani(!) sub excomunicacionum penis pro festo Nativitatis Cristi proxime venturo solvere et ibidem propriis impensis in Stanyn adducere et stabilire debet, si autem non poneret aut non adduceret, extunc obligatur sibi quatuor boves sub eisdem censuris pro dicto termino solvere et dare. Si autem, quod Deus avertat, prefatum dnum Iohannem plebanum de hac luce migrare contigerit, extunc prefatus Nicolaus eundem currum salis in valore trium marcarum genero dni Iohannis dicto Polewka in Busko moranti solvere obligatur sub eisdem censuris eclesiasticis. Presentibus.

XLI. Veneris XXI mensis Maii in crastino Ascensionis Domini (21 maja 1490).

182. Providus Nicolaus Sąpora de Culykow opidanus petit ab honorabili Leonardo plebano in Coszeyow quindecim grossos et unum ternarium pro cervisia ebibita et in quibus reliquias in vadio posuit, petens ipsum in eisdem condemnari et ipsum pignus redemi. In presencia eiusdem Leonardi allegantis concordiam per dnum electum Camenecensem inter partes factam et adinventam, quam per literas eiusdem dni electi pro omnibus dilacionibus probabit. Presentibus discretis dnis Stanislao et Stanislao Paulo vicariis, testibus circa premissa.

183. In causa honorabilis Iohannis Bostowszky plebani in Iaroslaw et honeste Katherine Niclowa dominus dicta testium no-

mine ipsius dni Bostowsky inductorum publicavit et co|pias [342]
partibus volentibus decrevit. In presencia magistri Nicolai Harsch petentis copias et terminum dicendi contra, et obtinuit ad quindenam. Presentibus.

184. Andreas Bochnya procurator honorabilis Stanislai plebani in Rodathycze protestatus est de diligencia, quia paratus fuit respondere proposicioni Petri ministri eclesie in Rodathycze contra prefatum Stanislaum plebanum ibidem facte iuxta dependenciam termini, petens partem suam absolvi ab instancia, et dominus absolvit. Presentibus.

185. In causa honeste Katherine ancille filie Golda de Mosczyska et nobilis Andree Iaczymyrski datur terminus pro festo sancte Trinitatis, ut mutua visio inter partes possit haberi et racio de solutis hincinde possit cognosci et complanari, sub censuris eclesiasticis. Presentibus.

XLII. Mercurii XXVI mensis Maii (26 maja 1490).

186. Discretus Nicolaus presbiter petit ab honorabili dno Petro plebano de Thlumacz brasea sex, tria ex puro tritico per mediam alteram marcam, et tria ex scruto et avena per unam marcam quodlibet in valore, que brasea in braseatorio eiusdem dni Petri fuerunt deposita et per ipsum Nicolaum consulibus ad potestatem ad tollendum et disponendum tradita, que prefatus dnus Petrus recepit et pro se usurpavit, petens ad solucionem compelli. Item proponit, quod prefatus dnus Petrus literas fingendo a dno Ianussio stipendario scripsit pro dno Nicolao, ut ad servicium suum veniret, per quam literam sic confectam ipse Nicolaus frustratus erat servicio unius quartalis anni, per quam frustracionem in expensis et dampnis perceptis in sex marcis dampnificatus, que si negata fuerint, probare intendit. Item prefatus Nicolaus petit marcas tres a dno Petro plebano tanquam a provisore, qui eum sic annuatim providere obligatus est tribus marcis salariare, de qua provisione usquemodo nichil sibi respondit, petens eciam promissa per dnum Petrum compelli. In presencia eiusdem dni Petri animo litem contestantis et in hunc modum respondentis, quia ipse tanquam sacerdos proprior fuit tollere brasea ipsius dni Nicolai et disponere ad utilitatem, quam ipsi laici, et solucio dictorum braseorum pro festo sancti Michaelis pendet, de litera scripta nihil sibi constat, de qua se immunem

excusat, ad provisionem respondet, quod aduc in primiciis provisit sibi de beneficio competenti, videlicet in Choczymyrz. Presentibus honorabilibus dnis Iohanne Pylcziczski canonico, Martino Romano, Iacobo, Michaele vicariis, Michaele Mebroth, testibus.

187. Discretus Martinus Romanus vicarius de mandato domini retulit se citasse magistrum Andream Bochnya ut et tanquam procuratorem nobilis Beate de Hermanow ad instanciam nobilis Elene de Hermanow ad videndum expensas taxari et sentenciam debite execucioni demandari ad horam presentis
[342v] diei, quam dominus debite | demandavit processuum oportunorum cum decreto, et expensas, super quibus procurator prestitit iuramentum in animam constituentis prestitit necessario exponibiles, ad unam marcam moderacione previa taxavit. Presentibus.

188. Discretus Stanislaus eclesie Leopoliensis vicarius retulit se citasse honorabilem Petrum plebanum in Thlumacz ut et tanquam affuturum testem in causa reverendi patris dni Mathie Dei gracia episcopi Camenecensis et procuratorem gsi dni Iohannis Monastyrsky ad videndum huiusmodi testem iurari, qui in presencia eiusdem procuratoris iuravit, ad horam presentis diei. Presentibus.

189. Nobilis Iohannes Myklaszowycz de Thulyglowy actando terminum ad instanciam nobilis Anne relicte olim Corythko de ibidem ob non subsecutam concordiam per procuratorem eiusdem Anne accusatus per dominum contumax pronunciatur cum decreto processuum opportunorum. Presentibus.

XLIII. Veneris XXVIII Maii (28 maja 1490).

190. Florianus plebanus de Stareschyolo contra Stanislaum fabrum de Bobrka, quomodo anno presenti retroactis diebus veniens ad domum ipsius propriam in absencia ipsius recepit sibi vaccam cum vitulo valoris unius sexagene moderacione previa, quam sibi eius famula coca defendebat, ut dicta iumenta dimitteret in pace usque ad adventum plebani, qui prohibicionem non parens eadem reduxit in domum propriam et tenet de presenti et alias ignoratur quo divertit, pro quibus iumentis [1] consumare forum debuit inceptum et non totaliter consumavit. Item proponit contra eum, quod equum apud ipsum plebanum forisando pro duabus marcis cum sex grossis forum sibi non

[1] W rkp. iuvmentis.

tenuit ex dictam cocam propter abductionem iumentorum ab ea alienavit, ex quo recessu et fori non consumacione dictus plebani (!) dampnum in supellectilibus domus ad mediam marcam moderacione previa passus est et suscepit, violenciam ad decem marcas extimans sibi illatam, petens ad solvendum compelli et offerens se ad premissa probaturum. In presencia eiusdem Stanislai allegantis in primis contractum forum pro uno floreno hungaricali dicta iumenta emisse et solucionem allegasse, quam probabit pro omnibus dilacionibus. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Stanislao de Busko, Stanislao, Iacobo, Paulo eclesie Leopoliensis vicariis, Paulo presbitero graciali, Matheo de Sczyrzecz plebano, testibus circa premissa.

XLIV. Mercurii secunda mensis Iunii post festum Penthecostes alias infra octavas (2 czerwca 1490).

191. Nobiles Nicolaus et Petrus de Wyssokye iuxta termini dependenciam ad iurandum limitati personaliter comparentes, recedentes a iuramento decisorio, detulerunt ex adverso principali honorabili Petro plebano de Thlumacz iurare per se propria sua | in persona super dictis legatis sue eclesie super [343]
prefatis dominis ex adverso principalibus demonstratis et super dicto testamento per dominum admisso, loco et tempore suis se offerentibus, presentibus dictis principalibus aut ipsorum procuratore, domini decreto mediante.

192. In causa testamenti reverendi patris dni Mathie episcopi Camenecensis Andreas procurator eiusdem protestatus est, quod omnes dilaciones et alias duple probacionum, que dno Iohanni Monastyrski ad probandum solucionem pecuniarum quinquaginta marcarum, pro quibus lis agitur, effluxit, pendet, in quibus dilacionibus nullam probacionem fecit. Et dominus in defectum probacionum in causa conclusit, reservando probacionem de litera suspecta parti agenti. Presentibus.

193. In causa Katherine puelle filie Golda de Mosczyska Andreas procurator eiusdem protestatus est de secunda dilacione contra nobilem Stanislaum de Brzeszecz nichil infra easdem dilaciones facientem et neque probantem solucionem debiti. Presentibus.

194. Famosus Benedictus Helbasz personaliter apud acta constitutus recognovit satisfactionem debitorum omnium de sex marcis et illarum occasione fatigarum et impensarum, duntaxat

una excepta, pro quibus totalem solucionem recepit sibi per procuratorem Nicolaus Harsch prestitam, quem unacum prefato principali de solucione quittavit et omnes discordias et lites extinxit et suffocavit de cetero non repetendas. Presentibus discretis Iacobo, Martino et Mathia vicariis, testibus.

XLV. Die Iovis 3ª mensis Iunii (3 czerwca 1490).

195. Nobilis Nicolaus procurator dni Harnast civis Leopoliensis quondam familiaris dni Procopii Corawa constituit in procuratorem honestum Nicolaum Harsz in causa et causis, quam vel quas movet et movere intendit prefato nobili Procopio Corawa quondam heredi de Malechow, dans *etc.* Presentibus venerabili dno Stanislao de Trzebochow canonico vicarioque in spiritualibus Leopoliensi, Nicolao Harnast cive, Stanislao de Vhrinow castri Leopoliensis notario et aliis testibus. |

343ᵛ] *XLVI. Veneris quarta mensis Iunii ante festum sancte Trinitatis proxima* (4 czerwca 1490).

196. Andreas Bochnya procurator nobilis Nicolai procuratoris dni Arnasti petit a nobili Procopio Corawa unam sexagenam pecunie sibi mutuatam, item petit pro servicio, quo sibi servivit in equo proprio, vestibus propriis et omnibus necessariis, que ad sagittarium pertinet, balista cum attinenciis et gladio et aliis spectantibus ad equestrem, pro octo annis annuatim pro duabus marcis moderacione previa computando, petens ipsum ad solucionem cogi et compelli. In presencia eiusdem Corawa, quantum ad sexagenam accomodatam respondendo allegantis solucionem dicte sexagene, quam probabit pro omnibus dilacionibus, quantum autem ad servicium sic respondit, quia quolibet anno dabat sibi pelliceam agnelinam valoris medie sexagene et tunicam valoris marce panni flavei Wratislaviensis, calceos solulares, subsellacionem, ocreas, camisias quolibet anno duas sibi dando, cum aliis necessariis, item allegans, quod idem Nicolaus perdidit sibi duos boves in valore duarum sexagenarum et fertonem apud kmethonem de censu recepit tempore expedicionis bellice et pro se usurpavit, item sibi anno presenti equum dedit in valore duarum marcarum. Presentibus dnis Iacobo vicario, Ade presbitero graciali, Matheo in Sczyrzecz plebano, testibus circa premissa. Item dictus Nicolaus recepit sibi Corawa securrim domesticam in valore quinque

grossorum. Et datur ad probandum vel ad deferendum pro omnibus dilacionibus. Et Nicolaus pro omnibus propositis negat narrata, prout narrantur.

XLVII. Audiencia Lune septima mensis Iunii in crastino sancte Trinitatis (7 czerwca 1490).

197. Gsis dnis Michaeli de Buczacz castellano Haliciensi et Michaeli Muzylo capitaneo Colomiensi de consensu honeste dne Elene Clymvnthowa relicte de Leopoli et ipsius litisconsortum prorogatur terminus ad unam septimanam post festum sanctorum Petri et Pauli apostolorum idem faciendi utrisque partibus. Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Gregorio Alto, Iohanne Pylcziczsky canonicis, Michaeli(!), Stanislao vicariis, Iacobo Bruchnal.

198. Discretus Michael eclesie Leopoliensis vicarius de mandato domini retulit se citasse nobilem Georgium Frederici ad instanciam magnifici dni Michaelis de Iaszlowyecz dapiferi Haliciensis et capitanei Czyrwonogrodecensis, ad horam presentis diei assignando terminum, quem dictus dnus dapifer per se attemptavit, et contumaciam accusando petens pronunciari et in expensis condempnari propter cause non prosecucionem, prout citatus fuit, et dominus pronunciavit. Presentibus.

199. Magnificus dnus Michael Iaslowyeczsky etc. ratificando [344] omnes actus antecedentes et ex post subsequendos per Nicolaum Harsch habitos contra Georgium Frederici, inherendo priori et presenti constitucionibus, suum in dicta causa constituit prout alias in forma meliori procuratorem. Presentibus.

200. Simon plebanus in Lopaczyn constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch contra Iacobum scolarem in Busko, dans *etc.* Presentibus.

201. Iohannes vicarius de Iavorow retulit se citasse providos Gregorium de Lowczyce et Leonardum de ibidem ut et tanquam testes ad perhibendum testimonium veritatis in causa inter Katherinam Golda filiam de Mosczyska ex una et dnum Balthasar partibus ex altera necnon procuratorem eiusdem ad videndum huiusmodi testes[1] iurari, ad horam presentis diei assignando. Presentibus.

[1] W rkp. te cztery słowa powtórzono dwa razy.

202. Nobilis Andreas Iaczymyrski obligatur Stano Golda de Mosczyska et sue filie Katherine, sopiendo omnes controversias quoquomodo exortas, marcas sex pecunie comunis usualis pro festo Nativitatis Domini proxime affuturo, et idem Stanislaus Golda debet facere diligenciam cum procuratore dni palatini Sandomiriensis in Sczyrzecz, ne idem dnus Iaczymyrsky aliquod dampnum pati videretur ut asserit in tribus marcis, si solvit ipsi procuratori dicto Mrowka pro dicto Stanislao Golda, qui si non solverit dictas sex marcas pro dicto termino, extunc omnes impensas sub excomunicacionum penis solvere totaliter tenebitur. Presentibus.

203. Famosus dnus Benedictus Helbas civis Leopoliensis, levando marcas octo in pecunia denky [1] a provido Nicolao Szyszka cive de Trebowla, ipsum circa acta presencia personaliter comparens quittavit et liberum de omnibus litibus et fatigis dimisit et in totum complanavit, pro eadem pecunia se principalem ponendo ab omni persona cuiusvis condicionis evictorem. Presentibus.

204. Elizabeth relicta olim Michaelis civis Leopoliensis petit a provido Stanislao molendinatore de Busko servicium unius anni, per grossum qualibet septimana computando, petens ipsum compelli ad solucionem. In presencia eiusdem molendinatoris confitentis ipsam Elizabeth sibi servire et nichilominus deliberatus in quindena respondebit. Presentibus. |

[344v] **205.** Iohannes Polak pistor civis Leopoliensis petit a nobili Beata de Hermanow unam marcam pro cervisia apud ipsum empta, quam olim Martinus ipsius maritus ab eodem recepit, et eandem post mortem eiusdem mariti prefata Beata solvere promisit, petens ipsam ad solucionem cogi et compelli. In presencia eiusdem domine Stanislai mariti allegantis concordiam pro omnibus debitis cum Martino de Hermanow, et eciam de dote non debere solvi debita. Et prefatus Stanislaus maritus ipsius concordiam pro omnibus dilacionibus probabit. Presentibus.

206. Nobilis Procopius Corawa constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch in causa, quam sibi movent seu movere intendunt Nicolaus quondam procurator ipsius Corawa et Kynel Anna consors sua de Leopoli, dans *etc.* Presentibus.

[1] Nad tym wyrazem napisano: latorum grossorum bohemicalium.

XLVIII. Lune XIIII mensis Iunii infra octavas Corporis Cristi (14 czerwca 1490).

207. In causa comissaria Sedis apostolice, prout ut frequenter tractabatur fundacio iurisdicionis vigore rescripti Sedis apostolice ad instanciam Stanislai Domslar clerici principalis impetrantis, quo fuit tractus nobilis Nicolaus Kyerdey de Orynyn vicecapitaneus Trebowliensis tanquam fideiussor, iuribus disponentibus molestari non tenetur, ex quo principalis haberi potest nobilis et gsus dnus Sigismundus Smyothanka, contra quem proponitur et a quo petuntur tanquam principali, instigatore mediante dicto Nicolao Kyerdey, decem floreni certi debiti contracti tanquam ab evictore principali, et hoc per magistrum Nicolaum Harsch procuratorem dicti Stanislai Domslar, in presencia ex adverso dni Nicolai Ruszeczski procuratoris dicti dni Smyothanka allegantis solucionem, quam probabit pro omnibus dilacionibus, et petentis iudices remissarios pro verificacione sue intencionis venerabiles viros, quos nominavit, Stanislaum Calui et Iohannem Braczslawski canonicos Camenecenses. In presencia dicti Nicolai Harsch procuratoris nomine sue partis petentis ad componendum et renunciantis de cetero litigio. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Iacobo, Stanislao, Mathia, eclesie Leopoliensis vicariis.

208. Nobilis ac discretus Nicolaus Rusyeczsky dni palatini Podoliensis familiaris apud acta personaliter constitutus recognovit se teneri certi et veri debiti grossos quatuordecim circumspecto Petro notario consistorii Leopoliensis pro compulsoria in causa gsi dni Sigismundi de Wyrblowycze subiudicis Camenecensis scripta et consignata, quos | quatuordecim grossos [345] infrahinc per decursum sex septimanarum sub excomunicacionum penis et interdicto solvere obligatur, ad quas se submisit, pro quorum solucione per honorabilem Iacobum presbiterum gracialem est monitus, ut si et inquantum pro dicto termino quoquomodo solvere neglexerit, extunc prima die iuridica ad videndum se sentencias excomunicacionis incidisse declarari comparebit. Presentibus honorabilibus dnis Andrea Bochnya presbitero, Stanislao de Vhrinow notario, testibus.

209. Honorabilis dnus Iacobus presbiter procurator et nomine procuratorio reverendissimi in Christo patris dni archi-

episcopi Leopoliensis absolvitur ab instancia termini ad instanciam magnifici Iacobi palatini Podoliensis citatus ad causam cum decreto graviorum in eo facto in ipsum fulminandarum. Presentibus.

XLIX. Mercurii XVI mensis Iunii (16 czerwca 1490).

210. Anna Kynlowa cum Iohanne marito suo manu coniuncta constituit in suum procuratorem magistrum Andream Bochnya in causa, quam movet seu movere intendit nobili Procopii Corawa, dans *etc.* Presentibus discretis dnis magistro Georgio, Michaele vicario, Nicolao Harsch, testibus.

211. Magister Andreas Bochnya procurator Anne Kynlowa et Iohannis mariti sui petit a nobili Procopio Corawa unum florenum accomodatum, in quo floreno invadiaverat subam, et postmodum idem Corawa in bello conquerebatur coram eodem Iohanne Kynel, quod ipsum nimis astringeret vis argoris et ne moreretur pro frigore in bello, petivit sibi accomodari eandem subam, qui Iohannes Kynel motus pietate accomodavit sibi subam, quam usquemodo sibi non restituit neque florenum accomodatum persolvit, petens ipsum ad solucionem cogi dicti floreni. In presencia eiusdem Corawa allegantis solucionem dicti floreni, in quo suba invadiata fuit, et datur ad probandum vel ad deferendum pro omnibus dilacionibus. Presentibus, ut supra. Et dominus detulit iuramentum parti, cui est delatum.

L. Veneris XVIII mensis Iunii post octavas Corporis Cristi (18 czerwca 1490).

212. Magister Andreas Bochnya procuratorio nomine honorabilis dni Iohannis plebani in Wyssnyany proponit, quomodo Katherina Czyszowska anno presenti feria III[a] ante festum Corporis Cristi, nescitur quo spiritu ducta, animo tamen iniurandi et dehonestandi, veniens in domum vitrici in Wyssnyany, ubi
[345v] plebanus per vitricum cum suo presbitero | vocatus fuit ad prandium, eadem Katherina inter prandendum nescitur quo ducta spiritu, ut presumitur animo iniuriandi et infamandi, prefatum dnum plebanum sua lingua laxata infamavit, dehonestavit, dicens: non es bonus sacerdos nec es dignus sacerdocio, sed es similis tortori canicide et es verus tortor, et molestetur Deus, quod existens tam indignus suscepisti sacramentum ordi-

num et male regis gregem tibi taliter commissum et capellam, quam iniuriam et infamiam procurator nomine ipsius dni plebani bono animo et intencione extimat ad sexaginta sexagenas latorum grossorum, mallens plus et tot de propriis ammittere, quam huiusmodi infamiam pati et sustinere, prout patitur et sustinet, et si negatum fuerit, probare intendit pro omnibus dilacionibus. In presencia partis animo litem legittime contestandi negavit narrata, prout narrantur, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus. Presentibus honorabilibus dnis Michaele, Stanislao vicariis, Andrea presbitero graciali, Nicolao Brodawka, Georgio Frederici.

213. Nobilis Georgius Frederici de Leopoli petit quatuordecim equas equireas valentes de ipsius armento a gso dno Michaele Iaslowyeczski et insuper quatuordecim hunulos sive pullos unius anni, que iumenta tenetur sibi pro palio axamenti flavei coloris a decem novem annis obligatus ad solvendum foro contracto mediante, que hic Leopolim per suos homines, satisfactionem iuxta obligacionem faciendo, locare debuit, quod usquemodo non fecit neque satisfecit iuxta obligacionem et inscripcionem ab annis Domini 1471, petens ad solucionem compelli. In presencia ex adverso magistri Nicolai Harsch deliberantis ad quindenam ad excipiendum, et obtinuit cum protestacione de reconveniendo.

214. Discretus Michael eclesie Leopoliensis vicarius de mandato domini retulit se citasse famosum dnum Georgium Frederici ad instanciam magnifici dni Michaelis dapiferis(!) Haliciensis ad videndum reconveniri, ad horam presentis diei terminum assignando, qui in continenti per procuratorem Nicolaum Harsch reconventus est. Presentibus.

LI. Die Lune XXI mensis Iunii (21 czerwca 1490).

215. Hedvigis Cunczina facta protestacione per suum procuratorem ultime dilatacionis(!) magistrum Nicolaum Harsch contra nobilem Stanislaum Kyerdey, petens se absolvi ab instancia cum condemnacione expensarum contra reum. In presencia magistri Andree Bochnya, qui nomine sui principalis detulit consciencie sue, que iuravit petens expensas. |

[346] *LII. Mercurii XXIII mensis Iunii, in vigilia sancti Iohannis Baptiste* (23 czerwca 1490).

216. Andreas Bochnya procurator honorabilis dni Iohannis Bostowsky plebani in Iaroslaw ad excepciones honeste Katherine Niclowa de Leopoli replicando generaliter verbo, restringendo monetam sive fabricam, replicavit, quod testes pro parte dni Rostowsky inducti deponunt, quod ipse accomodavit sibi Katherine florenos octo in auro in vim restitucionis et solucionis. In presencia magistri Nicolai Harsz dicte Katherine procuratoris eciam verbo duplicante et petente concludi, et dominus concludet, quando paratus erit. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Nicolao Brodawka, Paulo Geruch, Nicolao Harsch, testibus.

217. Providus Stanislaus braseator de Sczyrecz constituit in suum procuratorem dnum Andream Bochnya in causa, quam sibi movet seu movere intendit discretus Albertus clericus, dans *etc.* Presentibus.

LIII. Veneris XXV mensis Iunii (25 czerwca 1490).

218. Iordanus absolvitur ab instancia Nicolai Harsch procuratoris citatus. Presentibus.

219. Providus Ambrosius sutor cum Barbara consorte sua de Leopoli manu coniuncta, reproducta cittacione legittime executa, petit ab honesta Daria sanctimoniali extra muros morante duas vittas sibi ad reformandum conventa datas in valore trium fertonum pecunie, quas destruxit et foramina in eisdem nonnulla fecit, petens ipsam ad valorem persolvendum cogi et compelli. In presencia eiusdem Darie, que deliberata in quindena respondebit. Presentibus, ut supra, videlicet dno Stanislao de Vhrinow notario, Nicolao Harsch, Andrea Bochnya.

LIV. Lune antepenultima mensis Iunii, in vigilia sanctorum Petri et Pauli apostolorum (28 czerwca 1490).

220. Iohannes carpentharius de Rohatyn proponendo super divorcio in parte contra uxorem suam Katherinam de ibidem, obiciendo eidem crimen adulterii cum extraneis personis, offerens se probaturum in quantum iuris, petens matrimonium dirimi, in presencia dicte mulieris negantis narrata, prout nar-

rantur, et actor probabit pro omnibus dilacionibus. Et in continenti dicta mulier reconveniendo, ostensis vulneribus lividis a dicto viro sibi illatis, proposuit, se esse percussam, timens seviciam eius et protestando de iniuria loco et tempore suis nolens illam pretermittere impunitam, | et utraque pars in con- [346v]
tinenti prestitit iuramentum. Presentibus honorabilibus dnis Donato de Busko, Nicolao Brodawka, Martino Leone mansionario.

221. In causa Procopii Corawa cum familiari suo Nicolao parcium procuratores hincinde protestati sunt de dilacione prima nichil faciendo. Presentibus.

LV. Mercurii ultima Iunii, in crastino sanctorum Petri et Pauli apostolorum (30 czerwca 1490).

222. In causa nobilium Georgii Frederici et Corawa Iacobus frater ordinis Predicatorum testificando deposuit, quod nobilis Andreas coram eodem est confessus et in evidencius testimonium ad eclesiam Leopoliensem post dictum Andream ambulavit et coram comunicantem die Ramispalmarum propriis oculis vidit. Presentibus Andrea Bochnya, Nicolao Harsch, Iohanne Pylcziczski canonico, Iacobo vicario, testibus circa premissa.

223. Andreas Bochnya retulit se citasse magistrum Nicolaum Harsch procuratorem Procopii Corawa ad instanciam Georgii Frederici, ad horam presentis diei terminum assignando, ad videndum in causa concludi. Et dominus conclusit et suam voluntatem pronunciabit, quando paratus erit. Presentibus.

LVI. Lune V^ta^ mensis Iulii (5 lipca 1490).

224. Nicolaus Harsch nomine sui principalis magnifici dni Michaelis Iaslowyeczsky prestitit iuramentum, quod credit, quod iustam causam defendit, prout eundem dnus principalis informavit, et aliter non.

225. Nobilis Georgius Frederici ad libellum reconvencionalem pro parte gsi dni Michaelis Iaslowyeczsky oblatum animo litem contestandi de concordia negavit narrata, prout narrantur, petens petita fieri non debere, adiungendo, quod pro huiusmodi equabus in litera sua contentis et venditis et pena vallata in spem concordie nunquam fuisse et esse per aliquem vivum hominem arbitratum nec legittime possit satisfactio aut aliqualis

solucio comprobari. In presencia ex adverso Nicolai Harsch procuratoris dicti dni Iaszlowyeczsky, qui ad eius proposicionem
[347] respondendo allegavit solucionem | dudum factam, referens se ad certum cirografum[1] sentencie arbitralis prima die iuris producibilem in vim probacionis sui reconvencionalis, quem hic verbo repetivit, cum protestacione quinquaginta marcarum ibidem expressa, petens eundem actorem ad solvendum compelli in quantum de iure, cum restitucione membranarum et cassacione quavis inscripcionum, petens per dominum partes cognosci et interioqui. Presentibus.

226. Mathias presbiter gracialis petit a Iohanne cantore eclesie Alexandrum sibi ab aliquot annis in vim restitucionis mutuatum, petens ipsum ad solucionem cogi et compelli aut valorem exolvi. In presencia eiusdem Iohannis allegantis donacionem, et datur ad probandum vel ad deferendum pro omnibus dilacionibus. Presentibus.

227. Providus Nicolaus Sampyra de Culykow protestatur, quod discretus Leonardus plebanus in Cosczeyow in dilacionibus sibi a iure concessis nullam probacionem fecit, et ob hoc eum dominus in petitis condempnavit.

228. Nobilis Petrus Dabrowsky familiaris magnifici dni Nicolai de Smygrod palatini Belzensis nomine suo per se et suorum litis consortum nobilium et laboriosorum Iozew procuratoris in Radymycze Premisliensis diocesis colonorum et kmethonum suum ac eorum procuratorem legitimum constituit et deputavit, videlicet magistrum Nicolaum Harsch, presentem et onus in se assumentem, cum potestate substituendi alium vel plures procuratores contra venerabilem dnum Nicolaum Gromaczsky decanum Premisliensem, dans *etc.* Presentibus.

LVII. Die Mercurii septima mensis Iulii (7 lipca 1490).

229. Nobilium Petri Dombrowsky, Iozeph factorum et familiarium magnifici dni Nicolai de Szmigrod palatini Belzensis necnon eiusdem palatini nominibus iuxta exigenciam termini et prout terminus requirebat personaliter comparens magister Nicolaus Harsch procurator legittimus per dictum Petrum Dombrowszky personaliter comparentem, caventem pro rathihabicione

[1] W rkp. cirogrofum.

suorum litisconsortum, repetivit verbo appellacionem, quam et realiter facto produxit unacum | citacione legittime executa no- [347v]
mine appellancium in contumaciam partis appellate venerabilis viri dni Nicolai Gromaczky decani Premisliensis et Regie Maiestatis in Sol zupparii, petens dictus procurator nomine suorum principalium in contumaciam partis non comparentis, cum protestacione eiusdem procuratoris de absencia dicti domini sui college, venerabilis viri dni Nicolai Wroblowsky. Et dnus presidens iudex, in hac parte collega principalis, expectato diucius dicto appellato et ultra horam solitam, decrevit citacionem idem faciendi per edictum publicum ad primam diem iuris. Presentibus venerabili et discretis magistro Thoma canonico Leopoliensi, Andrea Bochnya, Iohanne de Sambor, presentibus testibus circa premissa.

230. Magnifici dni Michaelis Iaslowyeczsky etc. magister Nicolaus procurator iuxta dependenciam termini et prout terminus requirebat accusata contumacia ex adverso principalis Iuraszek, distrahentis a iudicio et auferentis munimenta sue probacionis, de quibus protestatus est, produxit in vim probacionis sui reconvencionalis certum autenticum scriptum super repeticione pene quinquaginta marcarum et absolucione ab instancia ob indebitum tractum, petens super facto per dominum cognosci, non recedendo ab aliis probacionibus, quas adinvenire poterit, de quibus protestatus est per expressum.

231. Venerabilis magister Thomas canonicus Leopoliensis, evincendo ingeniosum Iohannem scolarem de Sambor pro debito quinque grossorum, ponendo se principalem in causa adversus discretum Paulum vicarium, dabit raciones prima die iuris post vacancias, quare non teneatur de dicto debito respondere. Presentibus.

232. Simon civis Leopoliensis, accusatus per magistrum Nicolaum Harsch in termino deputato ob non paricionem decreti per dominum facti restitucionem cultri aut reposicionem pro eodem unius floreni cum suo consensu, contumax pronunciatur. Presentibus.

233. Nobilis Iacobus Gromnyczky de Colomya petit pelliceam vulpinam in valore sex florenorum a discreto Martino altarista de Colomya, quam sibi dedit ad servandum ad fideles manus tali condicione, quod si pecunia reponeretur, in qua

[348] pellicea | fuit invadiata in tribus florenis apud eundem Iacobum Gromnyczky, et modo illam pelliceam prefatus Martinus tenet, quam neque pecuniam restituere vult, petens ad restitucionem restitui(!). Item dum eum pro dicta pellicea in Halycz ammonuit, equum sibi in valore decem florenorum gladio vulneravit, petens equi solucionem aut emendam equi reformari. In presencia ex adverso Nicolai Harsch procuratoris dicti Martini altariste, qui deliberatus in quindena post festum sancti Bartholomei respondebit. Presentibus honorabilibus et discretis Matheo in Sczyrecz plebano, Stanislao scolare, Andrea de hospitali presbitero et aliis.

234. Andreas presbiter gracialis de mandato domini retulit se citasse nobilem Iacobum Gromnyczsky de Colomya ad instanciam Martini altariste de ibidem ad reconveniendum ad horam presentis diei. Et in continenti Martinus altarista de Colomya proposuit contra nobilem Iacobum Gromnyczky, quomodo de anno presenti dominica die ante festum sancti Petri et Pauli animo iniurandi, Dei timore postposito, manibus extensis suis temere violentis cominabatur eundem invadere in corporis cruciatum cum interempcione et extracta sagitta in arcu in dictum presbiterum sagittavit, quam dictus presbiter tempore suo producet, et quem idem Iacobus latronem, furem, traditorem appellavit, et nisi evasisset dictus presbiter, fuisset interfectus, quam iniuriam extimat et vituperacionem ad centum florenos hungaricales, petens eundem in eisdem puniri cum protestacione expensarum. Item petit ab eodem quindecim grossos pro servicio tanquam ab arendario seculari exhibito per dictum presbiterum in eclesia loco vicario. In presencia eiusdem Gromnyczsky negantis narrata, prout narrantur, et datur ad probandum vel ad deferendum pro omnibus dilacionibus. Presentibus.

235. Georgius Frederici ex officio domini ob non reposicionem litere originalis pargamenee, occasione cuius petit solucionem sui debiti, pronunciatur contumax, accusatus.

236. In causa appellacionis Premisliensis appellancium Petri Dambrowsky et Iozew factoris in Radzymycze familiarium magnifici dni Nicolai de Smygrod palatini Belzensis et ipsius nomine iuxta dependenciam termini comparens magister Nicolaus procurator eorundem, accusata contumacia pro altera vice alias post secundam citacionem, quam produxit legittime executam iuxta consuetudinem ab antiquo observatam contra ve-

nerabilem dnum Nicolaum Gromaczski decanum Premisliensem absentem et in termino nichil facientem nec per se nec per subordinatas personas aliquas, petivit dominum cause et partibus iudicem pronunciari competentem, et ultra premissa offerens se ad caucionem iuratoriam nomine suorum principalium appellancium de parendo mandatis domini et eclesie circa sedem, ad quam est appellatum, petens sibi beneficium absolucionis a quodam interdicto asserto impartiri et illud relaxari, saltem ad cautelam, et super negocio principali | inter partes [348v] procedendum fore decerni. Et dominus terciam citacionem iuxta consuetudinem huius curie ad libellandum alias ad videndum libellum produci per edictum a simili publicum decrevit et quantum pro absolucione appellancium dominus pro prima die iuris suam deliberatus pronunciabit voluntatem. Presentibus.

237. Discretus Michael eclesie Leopoliensis vicarius retulit se citasse ingeniosum Gregorium Thobola scolarem ad instanciam Petri notarii consistorii nostri, eidem terminum ad feriam secundam proximam personaliter assignando. Presentibus.

LVIII. Lune XII mensis Iulii, in vigilia sancte Margarethe (12 lipca 1490).

238. Discretus Stanislaus eclesie Leopoliensis de mandato domini retulit se citasse magistrum Andream Bochnya procuratorem subiudicis terrestris filiorum, ad horam presentis diei terminum assignando, ad instanciam honorabilis Petri plebani de Thlumacz ad videndum super suo testamento iurari, prout sue consciencie per ex adverso principali (!) est delatum et per dominum decisum. Qui in continenti personaliter comparens prestitit iuramentum in hec verba, quod non calumniose sed iuste et sancte suum promovit testamentum ac sue eclesie et quod dicti principales ex adverso Petrus et Nicolaus obligati fuerant solvere ex debito legata, Petrus sex et Nicolaus quatuor florenos, pro illo tempore superviventi testatori, et hoc in presencia magistri Andree procuratoris iuramentum attendentis, coram quo procurator ex adverso Nicolaus Harsch produxit declaraciones expensarum nomine dicti Petri principalis, quas dominus moderacione previa ad duas marcas taxavit, et processus opportunos decrevit, tam super negocio principali occasione rei iudicate, quam expensis et impensis in causa et lite factis.

Presentibus honorabilibus et discretis dnis Paulo presbitero graciali, Kiliano canonico, testibus.

239. In causa appellacionis Premisliensis Petri Dabrowsky et Ioseph familiarium dni palatini Belzensis magister Nicolaus Harsch procurator eorundem adversus venerabilem virum dnum Nicolaum Gromaczky decanum Premisliensem in termino iuris et prout terminus requirebat personaliter comparens petivit interdictum lociordinarii Premisliensis, a quo appellatum existit assertum, relaxari et ab eodem suis principalibus beneficium absolucionis ad cautelam inquantum de iure sibi impendi cum caucione iuratoria de parendo mandatis domini, ad quem est appellatum. Et dominus beneficium absolucionis prout de iure suspendit ad finalem devolucionem viginti dierum expectatorum iuxta morem et consuetudinem sue ordinarie iurisdicionis Leopoliensis observandam. Presentibus. |

[349] **240.** Discreti Martinus Romanus Albertum Kmyothek pellificem et Stanislaus eclesie Leopoliensis vicarii Lucam cerdonem et Iohannem Kyelbaszka cives Leopolienses retulerunt se citasse ad instanciam dnorum vicariorum Leopoliensium, eisdem terminum ad horam presentis diei assignando, qui diucius expectati non comparantes accusati per dominum pronunciati. Presentibus.

241. Andreas Bochnya procuratorio nomine nobilis Nicolai familiaris dni Arnasti protestatus est de secunda dilacione contra Procopium Corawa, infra dilaciones iuris nichil facientem. Presentibus.

242. Discretus Paulus Geruch eclesie Leopoliensis vicarius retulit se citasse de mandato domini honorabilem Iohannem laskonis altaristam Premisliensem personaliter apprehensum in causa appellacionis Premisliensis ad instanciam honorabilis Floriani de Stareschyolo appellantis, terminum eidem assignando ad respondendum libello post fundatam iurisdicionem alias interlocutoria obmisso, terminum eidem presenti et intelligenti assignando feria sexta post festum Nativitatis Marie proxima advenienti. Presentibus, ut in actis supra, presentibus Andrea Bochnya et Nicolao Harsch procuratoribus consistorialibus.

LIX. Mercurii XIIII mensis Iulii (14 lipca 1490).

243. Super summa octuaginta et tribus florenis cum medio per dnum Domslar prestitum est iuramentum. Famosus

dnus Nicolaus Domslar consul Leopoliensis ratificando donacionem fratri germano factam Stanislao clerico, alme universitatis studii Cracoviensis studenti, et illam revalidando prestitit calumpnie iuramentum et iuravit super suum calculum et regestrum iuste, sancte et legittime, debita querens a gsis Procopiis terrigenis Podoliensibus, et quod animo recto suum procuratorem informavit petendi ea, que de iure venerint petenda. Presentibus honorabilibus et discretis magistro Michaele rectore scole, Stanislao vicario, Iohanne presbitero graciali, Andrea Bochnya, Iohanne baccalario. Et in continenti dominus revalidando constitucionem primam fratris sui prefatus Nicolaus dedit totale mandatum ad iurandum de calumpnia et alias prestandum iuramentum quodlibet decisorium vel delatorium, licitum et honestum, in animam dicti constituentis. Presentibus.

LX. Die Lune XVI mensis Augusti (16 sierpnia 1490).

244. Venerabilis Iohannes Myschkowski eclesie Leopoliensis prepositus constituit in suum procuratorem discretum Iohannem Cochanek ad sanctam Katherinam in Leopoli mansionarium in causa et causis, quam et quas gsus | Iohannes Czurilo de [349v] Vykowicze occasione fideiussorie pro fratre germano facte eidem movet, dans *etc.* Presentibus venerabilibus et discretis dnis Kyliano canonico, Iacobo vicario, Iohanne cantore Leopoliensibus.

LXI. Audiencia die Mercurii XXV mensis Augusti, in crastino sancti Bartholomei, prima iuris (25 sierpnia 1490).

245. Paulus scolaris de Busko absolvitur ab instancia termini Heduigis mulieris de Leopoli citatus cum condemnacione in expensis, si et in quantum terminus requirit. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Iohanne Pylcziczsky, Kiliano canonicis, Michaele, Stanislao, Iacobo vicariis, Michaele Mebroth baccalario, testibus.

246. Honesta Margaretha puella de Mosczyska in causa appellacionis Premisliensis constituit in suum procuratorem honestum Nicolaum Ruszyeczsky, dans *etc.* in causa, quam movet et movere intendit provido Alberto fabro de eadem Mosczyszka, ad omnia faciendum, gerendum et exercendum et alias prout in forma meliori. Presentibus, ut supra, cum potestate substituendi. Et in eodem instanti dictus Nicolaus Rusyeczsky in

presenti causa ex parte dicte Margarethe substituit dnum Michaelem eclesie Leopeliensis vicarium, dans *etc.*

247. Iohannes Iassek ob non responsionem libelli[1] admissi accusatus, per dominum pronunciatur per se. Presentibus[2].

LXII. Veneris XXVII Augusti mensis (27 sierpnia 1490).

248. Paulus Geruch vicarius procurator et nomine procuratorio religiosi Thome fratris ordinis Predicatorum conventus Corporis Cristi de Leopoli petit marcas duas minus sex grossis occasione servicii sibi exhibiti, petens ad solucionem compelli.
[350] Item nomine dni Gregorii fratris religiosi calceos, quos | sibi cum aliis rebus in nocturno abstulerunt in taberna et eosdem calceos apud dnum plebanum arrestavit, petens easdem res restitui aut valorem earumdem exolvi vel illum, apud quem calceos comparavit, in evictorem poni, petens cum dictis calceis alias res restitui. In presencia eiusdem dni Iohannis plebani in Prussy, qui deliberatus in quindena respondebit. Presentibus honorabilibus dnis Iohanne in Bobrka vicario, Nicolao Brodawka, Andrea de hospitali presbitero graciali, Andrea Bochnya, testibus.

249. Honorabilis Andreas in Zukow plebanus constituit in suum procuratorem dnum Andream Bochnya in causa et causis, quam sibi movet seu movere intendit Anna advocatissa in Colomya, dans *etc.* Presentibus.

250. Honesta Anna advocatissa de Colomya petit ab honorabili Andrea plebano in Zukow marcas quatuor occasione thelonei conventi in Zukow apud filium et matrem, petens ipsum ad solucionem cogi et compelli. In presencia magistri Andree Bochnya procuratoris dni Andree, qui deliberatus in XV respondebit. Presentibus.

251. Ingeniosus Georgius minister in Stareschyolo proponit contra discretum Florianum de ibidem, quomodo anno presenti, nescitur quo spiritu ductus ipsum, ministrum percussit et vulneravit usque ad effusionem sanguinis, item quod eum a servicio minus iuste repulit, quam iniuriam et percusionem ad triginta marcas extimat, mallens tantum et plus ammittere quam huiusmodi infamiam et percussionem pati et sustinere.

[1] W rkp. lubelli.

[2] Tę zapiskę dodano później (por. niżej zap. 259).

In presencia eiusdem, qui deliberatus in XV respondebit. Et in eodem instanti dnus Michael eclesie Leopoliensis vicarius de mandato domini retulit se citasse prefatum Georgium ministrum ad instanciam dicti dni Floriani ad videndum reconveniri, eidem terminum ad feriam sextam post festum Nativitatis Marie proximam assignando. Presentibus.

252. Iohannes Crispus plebanus in Prussy proponit contra Katherinam uxorem Simonis, quomodo veniens in dotem suam plebanalem consanguineam fratris sui consortem malis verbis vituperiosis increpavit et domum suam infamavit, appellando inhonestam mulierem, et multa alia mala non est verita cum sua lingua laxata protulit, quam infamiam et dehonestacionem extimat ad centum florenos hungaricales, petens ipsam ad solvendum cogi. Item quod eadem Katherina recepit velamen pro suo precio, ut toxicum, quo cominata est, inficere aut ministrare non deberet, petens eandem ad securitatem vite caucione constringi, in presencia Pauli procuratoris mulieris, qui deliberatus in XV respondebit. Presentibus. |

253. Nobilis Nicolaus Cosczey petit a discreto Iohanne ple- [350v]
bano in Prussy grossos quindecim, quos fideiussit pro dno Iohanne laboratori, qui labores in orto humuli et reparacione, et pro quibus ad mandata dni Iohannis fideiussit, qui eosdem complere debuit, pro quibus laboribus prefatus dnus Nicolaus fideiussor extitit, petens ipsum a caucione fideiussoria absolvi et evinci. In presencia eiusdem, qui deliberatus in XV respondebit.

254. Honorabilis dnus Stanislaus de Vhrinow constituit in suum procuratorem magistrum Andream Bochnya in causa et causis, quam movet sibi seu movere intendit providus dnus Iohannes Burza baccalarius, dans *etc.* Presentibus.

LXIII. Mercurii prima mensis Septembris, ipso die sancti Egidii (1 września 1490).

255. Famosus dnus Iohannes Burza baccalarius gravi in querela proponit contra et adversus dnum Stanislaum de Vhrinow notarium castrensem Leopoliensem, quomodo anno presenti, nescitur quo spiritu ductus, ipsum malis verbis inhonestis coram probis hominibus infamavit, dehonestavit, appellando ipsum spurium et de illegittimo thoro progenitum, quam infa-

miam ad XXX florenos extimat, petens ipsum in eisdem condemnari. In presencia magistri Andree procuratoris dni Stanislai protestantis de reconveniendo et qui deliberatus in quindena respondebit. Presentibus honorabilibus dnis Kiliano canonico, Iacobo presbitero graciali et Andrea de hospitali, testibus circa premissa.

256. Simon laicus obligatur cantarum stanneum in valore medie marce magistro Thome canonico sub excomunicacionum penis in quindena sub excomunicacionum penis solvere, pro cuius solucione per discretum Paulum vicarium est monitus et citatus, ut pro dicto sibi prefixo exolvat. Presentibus.

257. Honorabilis Iacobus procurator domus reverendissimi dni archiepiscopi petit decim octo grossos a Simone alias Simek pro inquilinatu alias pro cameralibus unius anni conventos, petens eundem ad solucionem compelli, in presencia eiusdem negantis camere convencionem, sed liber manebat et servicia domus exhibebat. Et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus. Item sex grossos pro lino, quod debuit dne consorti dni Pauli de Olesko emere, petens ad restitucionem sex grossorum
[351] cogi, in presencia rei | confitentis sex grossos se dicte domine teneri et illos infra quindenam sub excomunicacionum penis solvet. Item petit equum in valore medie altere marce, quem sibi ad reducendum literam de domo dnus archiepiscopus dedit, petens ad solucionem et valorem equi compelli, in presencia eiusdem allegantis, quod equus iste sibi fuit datus et pro isto equo alium cambivit et post cambium dnus Olesky eundem equum recepit et in negociis dni archiepiscopi cum literis misit, qui equus pro nimia fatigacione mortuus est, et hoc reus probabit. Presentibus.

LXIV. Veneris X Septembris post festum Nativitatis gloriose Virginis Marie (10 września 1490).

258. In causa nobilium Procopii Corawa et Nicolai olim servitoris eiusdem dominus in causa inter partes interloquendo super dilacionibus assignavit terminum infra quindenam peremptorium, alias in defectum probacionis dictus Corawa in petitis condemnabitur. Presentibus venerabilibus Iohanne Pylczyczsky, Kiliano canonicis, Paulo Geruch vicario, testibus.

259. Pronunciacio Iaskonis hic fieri debet[1].

LXV. Lune tredecima Septembris (13 września 1490).

260. Instante magistro Andrea Bochnya procuratore ingeniosi Andree Przepyorka de Iaroslaw, petente declarari nobilem Katherinam Marcischowa de Iaslo iuxta acta, et dnus officialis declaravit. Presentibus venerabili et honorabilibus dnis Kyliano canonico, Michaele et Paulo Geruch vicariis Leopoliensibus et aliis.

261. Nobilis Iohannes Czurylo constituit in suum procuratorem discretum Paulum Geruch vicarium eclesie Leopoliensis in causa et causis, quam et quas habet vel habiturus est cum venerabili Iohanne Mischkowsky preposito Leopoliensi, dans *etc.* Presentibus.

262. Prorogatur terminus honorabili dno Leonardo plebano in Podhaycze cum nobili Iurscha Labatha de Zukow propter expeditionem bellicam infra hinc ad festum sancti Martini confessoris proximum. Presentibus, ut supra, alias prima iuris ad idem faciendum comparebunt. |

263. Honorabilis Leonardus plebanus in Podhaycze consti- [351v] tuit in suum procuratorem magistrum Andream Bochnia contra et adversus nobilem Iurscha Labata de Zukow plebanum et consules in Boscz et alias personas in causa et causis, quam et quas ipsis movet seu movere intendit, dans *etc.* Presentibus.

LXVI. Veneris[2] *XX mensis Septembris, in vigilia sancti Mathei apostoli* (20 września 1490).

264. Iacobus scolaris de Leopoli proponit contra Petrum Stoporek de Iavorow civem, quomodo anno presenti, nescitur quo motivo ductus, evaginato gladio iacentem iam in lecto tempore nocturno cucurrit et eum vulnerare voluit et postquam surrexit se defendendo nec sibi constat, quod eum vulnerasset, item quod eum verbis malis inhonestis vituperavit et affecit, appellando furem, latronem, quam infamiam et dehonestacionem extimat bono animo ad XXX florenos, petens ipsum in eisdem condemnari. In presencia eiusdem animo litem legittime contestandi negavit narrata, prout narrantur, et actor probabit pro

[1] Zob. wyżej zap. 247.
[2] Powinno być: Lune.

omnibus dilacionibus. Presentibus honorabilibus dnis Kiliano canonico, Iohanne mansionario, Iacobo Bruchnal presbiteris, Iohanne cantore, Nicolao Wydawsky.

265. Petrus Staporek civis de Iavorow citato Iacobo scolare per Ioannem cantorem notarium publicum et per eum relacione facta proposuit, quod eum minus iuste lesit et ad manum vulneravit letaliter et his malis non contentis(!) illum contumeliosis verbis affecit, quam percussionem et vulneracionem ad centum florenos extimat, petens ipsum in eisdem condemnari et ad solucionem cogi et compelli. In presencia eiusdem Iacobi defendentis se, ex casu vulnus sibi intulit, et de infamia respondendo negavit narrata, prout narrantur, et datur terminus ad probandum pro omnibus dilacionibus. Presentibus.

266. Petrus Staporek civis de Iavorow constituit in suum procuratorem dnum Iohannem Cochanek mansionarium in causa, quam movet seu movere intendit ingeniosus Iacobus scolaris occasione cuiusdam percussionis et infamie, dans *etc.* Presentibus. |

[352] **267.** Honorabilis dnus Mathias in Myezynyecz plebanus petit ab honorabili Ioanne Petherwyaczek plebano in Czeski petit robora quercina pro restauracione dotis domus plebanalis in Czeski, que aduc tempore arrende deposuit, quam arrendam a magistro Iohanne Schadek habuit, valorem earundem roborum petens persolvi, item sepes circa dotem plebani de salicibus factas in valore trium fertonum, petens eciam predicta sibi persolvi. In presencia eiusdem dni Ioannis plebani in Czeski, qui deliberatus in XV respondebit. Presentibus.

268. Nicolaus Brodawka presbiter gracialis de mandato domini retulit se citasse honorabilem Mathiam plebanum in Myezynyecz ad instanciam honorabilis Iacobi presbiteri gracialis ad horam presentis diei, qui comparuit.

269. Honorabilis Mathias plebanus in Myezynyecz petit a laborioso Georgio quondam tabernatore in Czeski dua brasea in valore duarum sexagenarum, que sibi dederat ad parandum et illa certo emptori pro duabus sexagenis vendere commiserat, qui dictus emptor conspiciens dixit et non recepit, quia invalida sunt et putrefacta, et eadem apud dictum Georgium manent retenta. In presencia eiusdem, qui deliberatus in XV respondebit. Presentibus.

LXVII. Mercurii XXII Septembris, in crastino sancti Mathei apostoli et evangeliste (22 września 1490).

270. Honorabilis Iohannes Quartus mansionarius sancte Katherine petit ab ingenioso Bernardo Pyssarek adolescenti tunicam nigram panni Machelnensis in valore trium florenorum, pro qua sibi servire obligatus fuit, et non peracto servicio cum tunica discessit, petens valorem dicte tunice persolvi, et quod deservivit, offert se predictus dnus Ioannes solvere servicium pecuniis paratis. Item petit quatuor grossos sibi mutuatos et novem grossos, quos pro eodem dno Leonardo fideiussit, petens similiter ad solvendum cogi. Item duos libros, Petrum Helie et Alexandrum, in valore unius marce sibi ad vendendum datos, petens similiter ad restitucionem librorum compelli aut valorem exolvi. In dicti Bernardini presencia, qui deliberatus in XV respondebit. Presentibus honorabilibus dnis magistro Georgio, Gregorio canonico, Petro de Busko vicario, Andrea de hospitali, testibus circa premissa.

271. Discretus Iacobus Bruchnal factor domus reverendissimi dni archiepiscopi petit ab honorabili Mathia quondam in Stareschyolo plebano marcas quatuor minus medioquinto grosso archiepiscopalium per triennium de parochia sua retentas et pro se usurpatas, petens eundem | ad reponendum et sol- [352v]
vendum dictam pecuniam cogi et compelli. In presencia eiusdem, qui deliberatus in XV respondebit. Presentibus[1].

LXVIII. Veneris prima mensis Octobris post festum sancti Michaelis proxima (1 października 1490).

272. Discretus Stanislaus eclesie Leopoliensis vicarius de mandato domini retulit se citasse providos Petrum cereatorem suburbanum et Valentinum sutellum servilem de Leopoli ad instanciam ingeniosi Iacobi ministri de Gologori et sui procuratoris Pauli Geruch et contra providum Petrum Stamporek civem Iavorow, ut et tanquam testes in huiusmodi causa inductos, necnon prefati Petri laici procuratorem ad videndum huiusmodi testes iurari, ad horam presentis diei terminum assignando. Qui iuraverunt manibus corporaliter tactis, in presencia eiusdem

[1] Następuje pół stronicy niezapisanej.

Iohannis Cochanek procuratoris Petri, protestantis de dandis interrogatoriis ad horam vesperorum. Presentibus honorabilibus dnis Matheo plebano in Iaryczow, Andrea de hospitali presbitero graciali, Mathia in Myezynyecz plebano, Iordano procuratore, Kiliano canonico, testibus circa premissa.

273. In causa Nicolai servitoris dni Arnasti instante dicto domino et petente ob defectum probacionis ut asseritur ex adverso
[353] principalem Procopium Corawa in petitis condemnari | super in proposicione contentis, in presencia ex adverso Nicolai Harsch, qui protestacione facta de iuramento calumpnie parcium et quod presens actus attemptatur per procuratorem illegittimum, et dominus ex allegatis hincinde eventum cause cum principali negocio ob spem racionis fiende et composicionis infra hinc ad octavam, dicto procuratore Nicolao offerente se probaturum suam intencionem, et dominus non admisit propter decursum dilacionum nondum in causa conclusa. Presentibus.

274. Stanislaus de Vhrinow notarius castrensis Leopoliensis constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch in causa et causis, quam movet seu movere intendit Iohanni Burza baccalario civi Leopoliensi occasione cuiusdam mutue infamie, dans *etc.*

275. In causa nobilis Iohannis Czurylo cum venerabili Iohanne Myskowski preposito Leopoliensi prout terminus requirebat ex citacione dicti prepositi et absolucione per eum obtenta a processibus, nomine dicti Iohannis Czurylo fulminatis, quos procurator Harsch realiter et facto produxit, petens taxari et in repentinis condemnari ac principalis negocii solucionem XV marcis. In presencia ex adverso Iohannis Cohanek ex adverso procuratoris allegantis partes predictas recepisse ad videndum hincinde partes iurari coram iudice ordinario Premisliensi, dicto Nicolao Harsch protestante sibi de huiusmodi recepcione non constare, sed instancius petente quindecim marcas et repentinas. Et dominus ex presenti causa se in totum exoneravit, pronuncians eandem mere fore secularem, dicto Nicolao Harsch protestante de gravamine et appellando necnon impensis, fatigis, auctis et augendis.

276. Nobilis Heduigis de Smarechow ad instanciam nobilis ac religiose Katherine relicte Culykowska sororis tercie regule accusata pronunciatur per se. Presentibus.

277. Iohannes Crispus in Prussy plebanus ob non responsionem peticionis dudum notate nobili Nicolao Cosczey accusatus declaratur sentencias excomunicacionis incidisse processuum opportunorum cum decreto. Presentibus.

278. Gsus dnus Stanislaus Dersnak de Rokythnycza succamerarius Premisliensis constituit et solenniter ordinavit suos veros et legittimos actores, procuratores, factores et negociorum suorum gestores et nuncios speciales, videlicet honorabiles Mathiam in Myezynyecz plebanum et Iordanum, ambos in solidum eciam cum potestate substituendi, in causa appellacionis Premisliensis, quam movet seu movere intendit venerabili dno Nicolao Gromaczsky canonico Sandomiriensi, dans *etc.* Presentibus. [353v]

LXIX. Lune quarta Octobris (4 października 1490).

279. In causa officii domini constituitur ad instigandum magister Nicolaus Harsch contra discretos Paulum presbiterum lectorem hospitalis et Iohannem baccalarium de Busko citatos ad causam relacione facta honorabilis dni Bernardini plebani de Busko ad horam et diem presentis diei. Presentibus honorabilibus dnis Iohanne Petherwyaczek, Iacobo Bruchnal, Mathia in Myezynyecz plebano, testibus circa premissa.

280. Item in causa officii domini dictus instigator proposuit contra predictum Paulum lectorem, quod ipse quandam mulierem maritatam observabat in domo et nunc eam tenet et ultra premissa scandala quamplurima in dicto opido Busko sunt per eum patrata, que vergunt in scandalum parochianorum contra conscienciam sacerdotalem, petens se admitti ad probandum secundum ordinem inquisicionis, in presencia dicti Pauli, petens eundem pena sinodalium puniri, casu quo inquisicione victus fuerit, aut sibi decerni canonicam purgacionem, qua deficiente in pena iuxta arbitrium domini puniri. Qui Paulus negavit narrata, prout narrantur, et instigatori admititur probacio. Presentibus.

281. Item in causa officii domini contra discretum Iohannem baccalarium in Busko vicarium officii instigator proponit, quomodo ipse pluries obmissis approbatis solennitatibus matrimonialibus bannarum et easdem non premitendo copulabat quamplures personas ac quendam mortuum opidanum temerarie confiteri nolentem sua auctoritate in sacro loco sepellivit, que

premissa facere non debuit sine licencia suorum superiorum et recursu, petens eundem modo inquisicionis casu quo victus fuerit in pena statutorum puniri, aut sibi canonicam purgacionem admitti, in cuius defectum ut dicte pene subiaceat. In presencia dicti Iohannis negantis premissa, et dominus instigatori admisit modo inquisicionis. Presentibus. |

[354] **282.** Discretus Casper eclesie Leopoliensis vicarius retulit se citasse discretum Iohannem vicarium de Busko ad instanciam dni plebani de ibidem ad horam presentis diei. Presentibus.

283. Bernardini plebani de Busko procurator magister Nicolaus Harsch proponit contra dnum Iohannem baccalarium, quomodo ipse recepit sibi decimam in Kupcze valoris trium marcarum vel citra nullo iure sibi suffragante, cum fuit consolatus pro suo servicio cum aliis vicariis offertorio Buscensi, petens ipsum compelli ad solvendum valorem, et casu quo negatum fuerit, offert se probaturum. In presencia dicti Iohannis baccalarii, qui fassus est se recepisse deputata de dicta decima, videlicet duos truncos tritici cum uno quartali, medium truncum de avena cum uno quartali et pauxillum de pisa, asserens de isto servivisse. Presente procuratore actoris, qui allegavit sibi Iohanni reo cum ceteris vicariis conservitoribus deputacionem offertorium integrum ex toto per annum, offerens se probare, et ex ea causa integri offertorii imposuit eis intromissionem de decimis. Presentibus.

284. Discretus Mathias in Myezynyecz plebanus de mandato domini retulit se citasse famosum dnum Nicolaum Arnasti, ut et tanquam tutorem et solicitatorem discreti Arnasti baccalarii germani sui, ad instanciam nobilis Fienne Pyekulowska post arrestum ad causam persequendam inter ipsos ortam, terminum ad feriam sextam proximam assignando. Presentibus.

285. Gsus dnus Guntherus de Syenyawa iudex terrestris Leopoliensis constituit et solenniter ordinavit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch in causa et causis, quam et quas movet seu movere intendit honorabili dno Petro Wolsky plebano in Chodorowstaw, dans *etc.* Presentibus nobilibus et providis dnis Martino magistro coquine, Iohanne familiari eiusdem dni constituentis, Nicolao Tharnar pellifice, testibus circa premissa.

LXX. Mercurii VI Octobris (6 października 1490).

286. Honorabilis Mathias in Myezynyecz plebani(!) iuxta dependenciam termini in citacione contenti in causa appellacionis propria contra ingeniosum Mathiam clericum coniugatum de Bykow produxit citacionem legittime executam ac appellacionem verbo cum aliis diligenciis repetivit, petens dominum iudicem cause et partibus pronunciari competentem. In presencia ex adverso dicti clerici appellati petentis ad octavam ad inveniendum sibi procuratorem citra approbacionem iurisdicionis domini. Presentibus honorabilibus dnis Kiliano, Gregorio canonicis, Andrea de hospitali, Stanislao vicario. |

287. Honorabilis Vincencius[1] Iassyensky in Thirawa plebanus constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch in causa, quam movere intendit et habet cum venerabili dno Petro Bal custode vicarioque in spiritualibus et officiali Premisliensi generali, dans *etc.* Presentibus. [354v]

288. Honorabilis Venceslai plebani in Thirawa appellantis procurator Nicolaus Harsch reproduxit citacionem legittime executam presentis sedis contra venerabilem virum dnum Petrum Bal custodem etc. partem ex adverso appellatam, repetendo mandatum verbo ac appellacionem cum aliis diligenciis per eum continuatis, petens dominum cause et partibus iudicem pronunciari competentem, sue appellacionis et diligenciarum ob respectum. In presencia honorabilis Iacobi de Sandomiria procuratoris legittimi prefati dni Petri Bal, qui produxit mandatum ad causam, et venerabilis magistri Thome canonici Leopoliensis tanquam nuncii, petencium terminum ob spem concordie et alias citra approbacionem iurisdicionis terminum induciarum, presente dicto Venceslao principali, petente se reservari penes iusticiam et reservacionem terminorum. Et dominus proprio motu ex officio sue paternitatis ob spem dicte composicionis et ad peticionem dicti magistri Thome, qua se interposuit, unius mensis alias idem faciendi assignavit legittime et peremptorie. Presentibus.

[1] W następnej zapisce nazywa się Venceslaus.

LXXI. Veneris VIII Octobris (8 października 1490).

289. Honestus Iohannes Burza baccalarius de Leopoli petit ab nobili Procopio Corawa quatuordecim grossos pro cervisia recepta pro uno achtuali et iuvencam sibi Procopio ad pabulandum datam in valore XX grossorum, petens ipsum ad solvendum cogi et compelli, in dicti Corawa presencia, qui deliberatus in XV respondebit. Presentibus honorabilibus Paulo Geruch vicario, Nicolao Harsch procuratore, Andrea de hospitali, testibus circa premissa.

290. Heduigis Myothelczyna de Leopoli constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch in causa et causis, quam et quas sibi movet seu movere intendit honorabilis Nicolaus Brodawka presbiter gracialis de Leopoli, dans *etc.* Presentibus.

291. Mathias de Bykow clericus coniugatus per se et nomine proprio ac nomine sue coniugis Dorothee tanquam coniuncte persone, cavendo de ratihabicione unius pro altero, constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch in causa et causis, quam et quas movet et sibi movere intendunt racione appellacionis Premisliensis | honorabilis dnus Mathias plebanus in Myezynyecz appellans, dans *etc.* Presentibus. [355]

LXXII. Lune XI mensis Octobris (11 października 1490).

292. Nobilis dnus Petrus Boreczsky constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch in causa et causis, quam movet seu movere intendit honorabili dno Matheo in Sczyrzecz plebano citra revocacionem sui procuratoris, dans *etc.* Presentibus honorabilibus dnis Kiliano canonico, magistro Georgio, Michaele Mebroth, Nicolao Brodawka, testibus circa premissa.

293. Discretus Caspar eclesie Leopoliensis vicarius de mandato domini retulit se citasse discretum Paulum Geruch eclesie Leopoliensis vicarium publicum imperiali auctoritate notarium ad instanciam magistri Nicolai Harsch causarum consistorii Leopoliensis procuratoris ad horam presentis diei. Presentibus.

294. Honorabilis Nicolaus Brodawka presbiter gracialis gravi in querela et lamentabiliter proponit, dicit, allegat contra et adversus Heduigim Myothelczina mulierem de Leopoli, quo-

modo anno presenti, nescitur quo spiritu ducta, ipsum in certis locis diffamavit, crimen fornicacionis cum certa persona apud Slywosz morante et coram notario eciam de se crimen huiusmodi solicitatorium asseruit et affirmavit per dictum actorem perpetrari, petens dictam infamiam et dehonestacionem revocari et ipsam puniri in viginti marcis atque condempnari. In presencia magistri Nicolai Harsch dicte Heduigis procuratoris, qui deliberatus in quindena respondebit cum protestacione reconveniendi. Presentibus.

295. Discretus Iohannes plebanus in Zubrza petit pro ducentis cassulis et octo feni, medietas per grossiculum et medietas per octo oboles, a Iohanne Rab, confitente forum, offerente se ad solucionem, quam dominus decrevit per totam diem ex submissione rei eclesiasticis sub censuris.

296. In causa nobilium Procopii Corawa et Nicolai quondam familiaris sui datur terminus ad primam diem iuris ad prestandum iuramentum de calumpnia vitanda et veritate dicenda. Presentibus.

297. Magister Nicolaus Harsch causarum consistorii nostri Leopoliensis procurator iuxta dependenciam termini ex cittacione personaliter comparens petivit et exegit a discreto Paulo Geruch Nicolai de Schamotuli notario publico ad hoc citato, petens eundem compelli ad dandum | constitucionis instrumen- [355v]
tum sive mandati aut illius copias, quod dedit contra ipsum Nicolaum Harsch ad instanciam Alberti Kmyothek pellificis et Barbare coniugum de Leopoli in personam cuiusdam Nicolai Wolborsz procuratoris Gneznensis, salvo eius salario. Qui Paulus notarius in continenti respondendo ad peticionem ipsius Nicolai allegavit nuncquam aliquod instrumentum de manu propria aut alterius cuiuscunque persone contra prefatum Nicolaum Harsch ad instanciam dictorum coniugum in personam dicti Nicolai Wolborz dedisse nec ab eisdem coniugibus aliquod mandatum suscepisse aut pro dicta constitucione petitus fuisse, sed quod membrana apparuit Gnezne constitucionis super mandatum data, tradita fuit per me dno Gregorio canonico Leopoliensi pro persona ipsius contra Nicolaum Harsch in personam ipsius Nicolai Wolborz ex eo respectu, ut ipse dnus Gregorius sufficiencius sibi scripsisset mandatum in personam sui procuratoris, quod asserebat esse insufficiens per me prius eciam

manu alterius scriptum instrumentatum in personam ipsius Nicolai Wolborz. Et ego Paulus palam et expresse recognosco sub fidelitate mei notariatus hoc in iudicio, quod sibi dno Gregorio canonico Leopoliensi dedi membranam ipsam in hunc effectum et eventum, ut sibi mandatum sufficiencius et nulli alteri in causa habenda Gnezne cum Nicolao Harsch in personam dicti Wolborz scriberet et hoc sub eodem actu et data, anno, indicione, pontificatu, loco, mense, hora et eisdem testibus in priori instrumento similis constitucionis sibi per me tradito, et hoc non aliter nec aliomodo, nec ista falsificitate volo esse culpabilis, quod ego aliquam constitucionem a dictis coniugibus contra Nicolaum Harsch suscepissem falsam. Videatur ille, qui in dicta mea membrana ultra meum consensum et contractum instrumentum falsificavit. Presentibus honorabilibus, famoso et nobilibus dnis Michaele Mebroth baccalario presbitero graciali, Iacobo vicario, Nicolao Arnast consule, Procopio Corawa, Nicolao familiari dicti Arnast et aliis testibus fidedignis.

298. Discretus Martinus Romanus eclesie Leopoliensis vicarius de mandato domini retulit se monuisse nobilem Procopium Corawa ad instanciam Petri notarii consistorii Leopoliensis, ut infra trium dierum spacium grossos quatuordecim pro citacione per appellacionem per ipsum scripta det, tradat, exolvat, satisfaciat realiter et cum effectu sub censuris eclesiasticis in eum ipso facto ferendas(!). Presentibus honorabilibus Michaele Mebroth, Mathia de Myezynyecz plebano, Kiliano canonico, Nicolao Arnasto. |

[356] *LXXIII. Mercurii XIII Octobris* (13 października 1490).

299. Discretus Martinus eclesie Leopoliensis vicarius de mandato domini retulit se citasse discretum Iohannem Cochanek eclesie sancte Katherine mansionarium ut et tanquam procuratorem venerabilis dni Iohannis Myskowsky prepositi ad instanciam nobilis dni Iohannis Czurylo actoris ad horam presentis diei ad videndum impetrari remissoriales super probanda intencione caucionis fideiussorie triginta marcarum in personam venerabilis viri dni Petri Bal custodis et officialis Premisliensis aut illius locumtenentis per Nicolaum Harsch dicti actoris procuratorem, presente ad hoc citato magistro Iohanne Cochanek in eundem iudicem consenciente. Et dominus de consensu

dictorum procuratorum decrevit dictum dominum remissarium dictorum procuratorum protestancium de diligenciis iuris, interrogatoriorum videlicet per Iohannem Cochanek, et intencionis per Nicolaum Harsch. Presentibus ibidem honorabilibus dnis Kiliano canonico, Mathia in Myezynyecz plebano, Andrea de hospitali presbitero graciali, Michaele Mebroth baccalario, testibus circa premissa.

300. In causa parcium Iohannis Czurylo et Iohanis Myskowsky Nicolaus procurator nomine dicti actoris renunciando appellacioni pridem interposite et domino et parti insinuate petivit dominum offerre se responsurum, quem dominus reintrusit in pristinas excomunicacionum censuras, presente suo procuratore Iohanne Cochanek, et propter dictam renunciacionem factam. Presentibus.

301. In causa appellacionis Premisliensis Mathie plebani de Myezynyecz appellantis contra Mathiam clericum coniugatum et Dorotheam coniuges appellatam partem, quorum procurator Nicolaus Harsch approbando iurisdicionem domini inquantum ad nullitatem gravaminis in appellacione specificati, petens super dicto gravamine et eius nullitate cognosci, contra quod opposuit nullum fuisse nec aliquibus probacionibus probabile, nisi pars appellans obtulerit se probaturum, et in vim huiusmodi excepcionis produxit monicionem[1] in vim executorialium, petens per dominum interloqui et voluntatem pronunciari. In dicti dni Mathie plebani de Myezynyecz presencia allegantis defectum procuratorum et ex approbanti collusionem obiiciens Nicolao Harsch, quod eius causam suscepisset, referens ad notarium Petrum de Ossyek consistorialem de cause tocius suscepcione, presente dicto Nicolao, qui dixit, quod duntaxat allocutus cum difficultate et recepta duorum grossorum solucione ad continuandum unum actum introductionis cause, referens se ad eundem notarium et eius recognicionem, petens ab eo exigi iuramentum calumpnie, quod eum non calumpniatur. Ex adverso discreto Mathia allegante, | quod non satisfactum [356v] est sibi per Nicolaum in conservacione huiusmodi actus, quia nec appellatus caucione iuratoria fuit astrictus, cum sit idem appellatus in non habendo et pauper persona servilis, quia

[1] W rkp. nonicionem.

tales merito iuratoria caucione astringi debent, item nec in eodem termino eius uxoris contumaciam accusavit, et appellantis in scripto et alias protestantis de appellando adversus Mathiam laicum et Dorotheam consortem eiusdem et in defectum procuratorum verbo appellantis et appellacionem suam offerentis se dare per totam diem. Replicante dicto Nicolao, quod non fuit iuris aliquem pronunciare contumacem et quod vir pro uxore cavit tanquam persona coniuncta, et si videtur dicto appellanti aliqua iniuria de sistendo iudicio, citet partes principales de parendo iuri, ubi sibi placuerit, petens per dominum cognosci aut sue appellacioni deferri, ac alias ipsam causam ad iudicis prioris examen remitti et execucionem in quantum de iure. Et dominus auditis hincinde parcium opposicionibus et contradictis ex causa exoneravit se, et appellacioni, postquam instrumentata fuerit, obtulit se responsurum in eventum deferendi vel super causa cognoscendi. Presentibus.

LXXIV. Lune[1] *XV Octobris* (15 października 1490).

302. Ingeniosus Iacobus minister eclesie in Prussy petit ab honorabili Floriano plebano in Stareschyolo duas sexagenas clericalium anni presentis et quod a servicio eundem minus-iuste sine causa legittima repulit, petens eundem ad solucionem compelli, in presencia eiusdem, qui deliberatus in XV respondebit. Presentibus honorabilibus Iohanne Peterwyaczek plebano in Czesky, Matheo in Myezynyecz, Stanislao de Vhrinow notario publico, Nicolao Harsch procuratore, Iordano eciam procuratore et aliis fidedignis.

303. Honorabilis Iohannis plebani in Czesky in causa cum Andrea comendario quondam in ibidem occasione deservitorum adlevata, que idem comendarius levavit, dictus dnus Iohannes complanando lites intuitu trium marcarum servicii cessit sibi decimam in Hrodyslawycze anni preteriti per nobiles dnas Heduigim Romanowska et Margaretham Clonowska sorores divisas retentas et non extraditas, presentis anni stantibus pro se reservatis. Presentibus.

304. Terminus inter dnum Stanislaum notarium ex una et Iohannem Burza baccalarium partibus ab altera ad petita

[1] Powinno być: Veneris.

dni Georgii magistri ob spem concordie de consensu parcium datur ad octavam, et alias ob defectum concordie partes idem faciendi coram nobis comparebunt. Presentibus. |

305. In causa honorabilis Petri Wolsky plebani de Cho- [357]
dorowstaw in causa cum gso dno Gunthero de Syenyawa iudice terrestri Leopoliensi iuxta dependenciam termini ex citacione ad instanciam dicti iudicis et contra dnum Petrum emanata dictus Petrus probans de bene obtento repetivit obligacionem verbo et eam in actis demostravit. In presencia Nicolai Harsch ex adverso procuratoris negantis obligacionem in actis factam pro nobili Cleopha, referens se ad eundem ad evincendum vel recognoscendum. Et dominus decrevit absolucionem dicto dno iudici ad cautelam eo casu, si non probaverit huiusmodi fideiussoriam, in easdem sentencias relabetur, et datur terminus ad statuendum prima iuris post Epifaniarum Domini proxima. Presentibus.

LXXV. Lune XVIII mensis Octobris (18 października 1490).

306. In causa honorabilium Mathie in Myezynyecz et Floriani plebanorum iuxta dependenciam termini et prout terminus requirebat ad responsiones in modum excepcionum datas dicti Mathie contra libellum Floriani procurator magister Nicolaus Harsch dicti Floriani verbo generaliter replicando contradixit et replicavit, petens inquantum de iure pronunciari super confessatis intencionem domini et super non admissis ad probandum admitti aut deferendum cum protestacione de iuramento calumpnie partibus decidendo et ex superhabundanti interloqui. Presentibus honorabilibus dnis Iacobo et Michaele vicariis ecclesie Leopoliensis, Nicolao Arnasto consule, testibus circa premissa. Et dominus deliberatus obtulit se pronunciaturum.

307. Mathias de Grodek accusando contractum contra Elenam mulierem proposuit, quod sibi matrimonium vovit per hec verba: ego te volo habere in meum et nullum alium preter te, et e converso idem Mathias: ego te volo habere in meam uxorem et nullam aliam preter te ad tempora vite mee. In presencia dicte ree negantis fuisse ista verba, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus consuetis. Presentibus.

LXXVI. Mercurii XX mensis Octobris (20 października 1490).

308. Providus Michael murator de Rohathyn gravi in querela et lamentabiliter proponit contra discretum Mathiam plebanum in Knychynycze, quomodo anno presenti feria post festum Michaelis dum uxorem suam serotino tempore quesivit tanquam vagabundam, extunc ipsum cum famulo suo et coca percussit, capillavit et genibus trusit et sex grossos in eadem percussione cum bursa sibi abstulerunt et absciderunt et uxorem legittimam extradere sibi neglexit, quam infamiam et percussionem extimat ad viginti florenos, petens ipsum in eisdem condempnari. In presencia eiusdem confitentis, quod eum capillavit, et negantis uxorem suam aliquando observasse, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus. Presentibus
[357v] honorabilibus Michaele Mebroth, Mathia | in Myezynyecz plebano, Andrea de hospitali, Stanislao de Busko vicario, testibus circa premissa.

309. Discretus Paulus Geruch ecclesie Leopoliensis vicarius de mandato domini retulit se citasse Annam relictam olim Koth suburbanam ad instanciam discreti Stanislai comendarii de Busko, ad horam presentis diei eidem terminum assignando.

310. Anna mulier Koth lutifiguli de suburbio Leopoliensi ad instanciam honorabilis Stanislai comendarii de Busko accusata, per dominum pronunciata processuum necessariorum cum decreto. Presentibus.

311. Nobilis Nicolaus Cosczey de Prussy facta diligencia prout asseruit, terminus pro eadem die pendebat, petivit dnum Iohannem in Prussy plebanum reintrudi in pristinas excomunicacionum sentencias. Et dominus si et inquantum terminus requirit, dominus in pristinas sentencias reintrusit processuum opportunorum cum decreto. Presentibus.

LXXVII. Veneris XXII Octobris (22 października 1490).

312. Discretus Florianus plebanus in Stareschyolo petit ab ingenioso Georgio ministro suo proventus ad eundem spectantes, quos tulit et eosdem non deservivit, in summa trium marcarum, petens ad restitucionem eorumdem non deservitorum compelli, in dicti Georgii presencia allegantis, quod nichil tulit,

quamvis iam servicium meum in hactenus finivi. Item petit eum puniri pena ordinaria pro eo, quod certis horis ad matutinum et pro pace non pulsavit, presente eo neglectum fuisse obsequia in eius serviciis et laboribus, item petit tecturam, qua tegebatur fons baptismalis, in valore unius fertonis, petens ad restitucionen eundem cogi, in presencia eiusdem negantis, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus. Presentibus honorabilibus Iacobo Bruchnal, Andrea presbitero de hospitali, Nicolao Harsch.

313. Procopius Corawa petit ab honesto Iohanne Burza baccalario tres marcas moderacione previa, et hoc ad presentem horam citato per Paulum vicarium relacione facta, occassione dampnorum, que dampna passus est ab eo dictus actor a suis porcis duodecim, quos impulit in eius bona et quos non custodivit et custodire debuit, petens eundem ad recuperandum dicta frumenta per dictos porcos consumta, et si negatum fuerit, probare intendit. In presencia eiusdem, qui deliberatus in XV respondebit. Presentibus. |

314. In causa comissaria Sedis apostolice Barbara Kowa- [358]
lowa de Sandecz per procuratorem suum magistrum Nicolaum Harsch iuxta exigenciam termini petit certum debitum obligatum quingentos quinquaginta florenos hungaricales a provido Iohanne alias Hanussek Wylczek cive Leopoliensi presente et a matre Margarethe Wylczkowa absente ad hoc citata, in presencia dicti Iohannis pro suo interesse petentis terminum dicendi contra et excipiendi ad XV, et obtinuit. Et in eodem instanti procurator dicte Barbare produxit libellum articulatum convencionalem, narracionem facti specificantem.

315. Procopius Corawa ad proposicionem Iohannis Burza baccalarii respondendo et animo litem legittime contestandi negavit narrata, prout narrantur, salvo eo, quia non cavit sibi de dampno vitule, imo communitum habuit dictum actorem, dum ad bellum iter continuabat, ut suam vitulam reciperet aut eam custodiret, hoc adiuncto de quatuordecim grossis respondit per verbum credit, petens sibi prefigi terminum solucionis, et dominus prefixit ad unum mensem sub censuris eclesiasticis solvendos.

316. Margaretha Wylczkowa de Zimnawoda tabernatrix ad instanciam honorabilis Iacobi factoris dni archiepiscopi Leo-

poliensis citata, per dominum pronunciata procesuum opportunorum cum decreto. Presentibus.

LXXVIII. Lune XXV mensis Octobris (25 października 1490).

317. Magnificus dnus Michael de Buczacz Iaszlovyeczky dapifer Haliciensis et capitaneus Czyirwonogrodecensis in causa habita cum Georgio Frederici de Leopoli personaliter circa acta comparens per se prestitit calumnie iuramentum sub hac forma verborum, quod se iuste, sancte opponit et defendit, quia dictum actorem in toto solvit. Presentibus discretis Michaele baccalario, Michaele de Buszko viccario, Iohanne Burza, testibus circa premissa.

318. Honorabilis dnus Michael viccarius eclesie Leopoliensis retulit se citasse nobilem dnum Georgium Fredrich ad horam vesperorum, qui comparuit ad instanciam magnifici dni Michaelis Iaszlovyeczky de Buczacz capitanei etc. ultra iuramentum calumnie prestitum, petens super sua intencione ex super-
[358v] habundanti remi|ssarios iudices super inducendis testibus, quos nominavit, dnos rectores parochialium eclesiarum in Iaszlovyecz et Buczacz et Podhaycze. Presentibus. Et dominus quantum ad remissarios iudices decrevit testes in diocesi Camenecensi coram officio et iudice remissario inducendos et literas opportunas dandas illius diocesis, quantum ad testes istius diocesis decrevit fore hic inducendos in diocesi Leopoliensi. In presencia nobilis Georgii Fredrich propter loci distanciam non consencientis ibi testes induci contra se, sed eosdem de diocesi Leopoliensi pro testimonio ferendo ad iudicem ordinarium et locum tutum inducendos. Presente procuratore protestante dicti dni Iaszlowyczky de sumptibus et expensis.

LXXIX. Veneris antepenultima mensis Octobris, in crastino sanctorum Simonis[1] *et Iude apostolorum* (29 października 1490).

319. Mathie clerici et Helene mulieris de Grodek in causa matrimoniali ad hoc citate dominus in termino ad hoc dependenti conclusit in causa presentibus partibus, offerens se voluntatem pronunciare hora vesperorum. Presentibus honorabilibus dnis Stanislao antiquo preposito, Kiliano canonico, Stanislao,

[1] W rkp. »Simorinis«.

Michaele vicariis, Iohanne in Prussy plebano, testibus circa premissa.

320. Discretus Iohannes in Zubrza plebanus retulit se citasse ingeniosum Iacobum in Prussy ministrum ad instanciam discreti Floriani in Stareschyolo plebani ad horam presentis diei.

321. Heduigis Myothelczyna renunciando litibus habitis cum discreto dno Nicolao Brodawka ex amicabili composicione inter eos inita, casu quo aliquibus verbis eundem molestaret, convicta testibus, pene ordinarie trium marcarum subiacebit punienda. Presentibus.

322. Discretus Iohannes plebanus in Prussy renunciando litibus habitis cum nobili Nicolao Cosczey grossos decem pecunie comunis occasione rei iudicate infra unum mensem sub reintrusione pristinarum sentenciarum solvere obligatur. Presentibus.

323. Nobilis Iuchno Nagwaszdan de Nyszdyczowcze ad instanciam honeste Dorothee Maczkowa relicte de Zudaczow per se accusatus, pronunciatur per dominum. Presentibus. |

324. Discretus Florianus in Stareschyolo plebanus gravi [359] in querela proponit contra et adversus ingeniosum Iacobum quondam in ibidem ministrum, quomodo ipse in suis serviciis negligens fuit, pro pace non pulsando, quam iniuriam extimat ad sexagenam pecunie comunis, item quod a servicio suo sine licencia ipsius plebani et absque legittima causa discessit et ipsum in ministro alio eclesie non providendo collusit, item non dedit racionem vitricis de rebus eclesiasticis sibi in manus fideles datas, sine cuius absencia dicte res sunt perdite in valore trium marcarum, petens ipsum in petitis condempnari, et si negatum fuerit, obtulit se probaturum. In dicti ministri presencia negantis narrata, prout narrantur, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus.

LXXX. Mercurii tercia mensis Novembris post festum Omnium Sanctorum proximum (3 listopada 1490).

325. In causa gsi dni Iohannis Czurylo dominus proprio motu venerabili dno Iohanni Myskowsky preposito Leopoliensi decrevit absolucionem ad cautelam a sentenciis excomunicacionum ex eo, quia lis pendet cum principali evictore dno Andrea Czurylo coram dno iudice Premisliensi ordinario, ubi prefatus

dnus Myskowsky satisfactionem probare debet, et existens excomunicatus, illam facere legittime non potest propter impedimentum sentenciarum, et ideo absolucio ad cautelam data est sibi, que est nulla, et si non probaverit suam intencionem, quam pars allegavit, in easdem sentencias relabetur cum condempnacione expensarum. In presencia Nicolai Harsch ad hoc citati ad videndum se peti absolvi per discretum Michaelem baccalarium per eum relacione facta mediante citacione legitime executa, qui impugnando absolucionem allegavit nunquam hic allegatam fuisse satisfactionem, exonerans se propterea ex causa, cum de meritis sibi dicte allegate satisfactionis non constabat eo medio per dnum Iohannem Myskowsky allegate, super qua a suo principali nullam habuit informacionem. Presentibus honorabilibus dnis Kiliano et Gregorio canonicis, magistro Georgio, Vincencio Regie Maiestatis notario.

326. Venceslai Iassyensky in Thyrawa plebani in causa appellacionis Premisliensis appellantis iuxta dependenciam termini Iacobus procurator ex adverso nomine dni Petri Bal partis appellate produxit excepciones fori declinatorias, impugnando iurisdicionem eandem, in presencia magistri Nicolai Harsch procuratoris, qui obtinuit replicandi terminum ad primam iuris.

327. Iohannes Thluxa de Dunayow citatus ad instanciam Nicolai Wydawsky in termino sibi prefixo personaliter compa-
[359v] rens petivit se ab instancia | termini absolvi, et dominus si et inquantum terminus requirit, absolvit cum condempnacione in expensis. Presentibus.

LXXXI. Veneris V^ta^ mensis Novembris (5 listopada 1490).

328. Venceslai Iaszyensky in causa appellacionis Premisliensis procurator eiusdem produxit replicaciones iuxta dependenciam termini, presente ex adverso Iacobo procuratore petente terminum duplicandi ad XV, et obtinuit. Presentibus honorabilibus dnis Kiliano canonico, Michaele Mebroth baccalario, Andrea de hospitali presbitero graciali.

329. Leonardus laicus de Czesky constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch in causa matrimoniali, quam movet seu movere intendit Barbare puelle de ibidem, dans *etc.* Presentibus.

330. Leonardus de Czesky laicus petit Barbaram puellam compelli ad consumandum matrimonium in facie eclesie iuxta contractum habitum secum per verba de presenti, consensum exprimencia, mediante iuramento interposito, videlicet ista: ego Leonardus te Barbaram duco ex nunc in uxorem et recipio in legitimam, a simili dicta puella: ego te duco in meum virum ex nunc et recipio, sic me Deus adiuvet et sancti Dei. In presencia dicte puelle, que deliberata respondebit in octava.

331. Iohannes Burza baccalarius animo litem legitime contestandi ad proposicionem Procopii Corawa respondendo negavit narrata, prout narrantur, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus, et in octava datur terminus de calumpnia vitandi (!). Presentibus.

332. Iohanni Wylczek et Margarethe matri sue cum Barbara Covalowa de Sandecz datur terminus idem faciendi in causa comissaria ad octavam, ut supra.

333. Georgius minister de Stareschyolo protestatus est de prima dilacione contra Florianum plebanum de ibidem nichil facientem super sua intencione. Presentibus. |

334. Discretus dnus Iohannes Cochanek sancte Katherine [360] mansionarius retulit se citasse de mandato dni officialis providum Michaelem de Rokythnycza diocesis Premisliensis apud acta personaliter apprehensum ad instanciam Anne mulieris focarie dni plebani de Stareschyolo, eidem terminus ad horam presentis diei assignando. Qui diucius et ultra horam solitam expectatus minime comparuit et *[per]* dominum pronunciatus processuum opportunorum cum decreto. Presentibus.

LXXXII. Lune octava mensis Novembris (8 listopada 1490).

335. Iohannis Czurylo de Hvykowycze in causa fideiussorie caucionis pro triginta marcis summe ex una et venerabilis dni Iohannis Myskowski prepositi Leopoliensis parcium ab altera, dominus ex eo respectu, quo dictus dnus prepositus salubriter avisatus et ad hoc citatus, et eciam ex adverso procuratore dicti Iohannis Czurylo ad hoc eciam ex officio citati, quo noluit intercessisse dominum et evicisse ad instanciam dicti Iohannis Czurylo appellantis, qui a dicta absolucione appellacionem interposuerat mediante suo procuratore, dictam absolucionem cassavit et decurrentibus fatalibus contra eundem

processus reintrusionis vel alias graviores decrevit. Presentibus ibidem honorabilibus dnis Kiliano canonico, Iacobo Bruchnal Andrea de hospitali presbiteris gracialibus, Floriano de Stareschyolo plebano, Michaele Mebroth baccalario, testibus circa premissa.

LXXXIII. Veneris XII mensis Novembris audiencia in crastino sancti Martini episcopi (12 listopada 1490).

336. Petri Boreczsky cum dno Matheo plebano in Sczyrecz in causa iuxta dependenciam termini ex interlocutoria, instante Nicolao procuratore dicti Petri et protestante contra prefatum Matheum non probantem peremptorie obtencionem legitimam processus bene obtenti, petivit eundem in expensis condemnari per interlocutoriam adiudicatis. In presencia Michaelis dni Michaelis baccalarii procuratoris allegantis aduc habere terminum per unam octavam. Presentibus honorabilibus dnis Iacobo vicario, Nicolao Brodawka, Iohanne Burza baccalario, testibus.

337. Leonardi cum puella Barbara de Czesky matrimonialis in causa ad proposicionem dicti actoris rea negavit narrata, prout narrantur, cuius consciencie dictus actor remisit, que in continenti iuravit, et dnus officialis decrevit liberam licenciam partibus ad alia vota matrimonii convolandi. Presentibus.

338. Georgius Frederici de Leopoli absolvitur ab instancia termini, si et inquantum terminus requirit, ad instanciam magnifici dni Michaelis Iaszlowyeczsky, ut supra.

339. Testes pro parte nobilis Eufennie advocate de Prussy relicte inducti citati iuraverunt, videlicet providi Iohannes Casper et Iohannes viceadvocatus de eadem Prussy, contra Nicolaum Golanka de Leopoli, quorum testium examen mihi notario commisit.

340. Andreas Bochnya procurator honorabilis Leonardi in Podhaycze plebani petit a nobili Iursza Labantha duos boves in valore duarum sexagenarum, quos sibi recepit in Boscz die dominico proxime preterito ante festum Nativitatis Marie, et unum arietem in valore sex grossorum, nullo iure ad id habito, quos petit restitui aut alias | valorem exolvi. In presencia [360v] eiusdem confitentis se recepisse duos boves et arietem, super quibus procurator protestatus est, et ipsum ex confessatis petens condemnari, ex adverso eodem allegante, quod pro bove

eclesie uno recepit duos et arietem occasione thelonei, quia per ipsius aggerem consueverat ut frequencius pellere peccora sine tribucione alicuius tributi, et insuper septem peccora cum armento suo abigata et deperdita, presente dicto Andrea, allegante ad hoc non esse citatum nec reconventum, petente per dominum cognosci et super facto interloqui et alias se petente super rebus tanquam mercatorem ad suum forum remitti.

341. Barbare de Sandecz comissaria in causa auctoritate Sedis apostolice cum Iohanne Wylczek de Leopoli ad proposicionem et libellum idem reus per procuratorem suum Paulum Geruch respondendo animo litem legitime contestandi negavit narrata, prout narrantur, quia post patrem suum in nulla bona successit nec de eisdem debitis a patre aliquid suscepit. Et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus vel ad deferendum.

342. Nobili Beate consorti nobilis Iohannis Czudzynowski datur terminus ad statuendum nobilem Iacobum Hermanowski pro debito unius marce olim mariti sui, quam Iohanni Polak tenetur, ad feriam sextam proximam post festum Circumcisionis Domini peremptorie, alias ob defectum probacionis ipsi Iohanni Polak decernentur processus opportuni. Et prefatus Czudzynowsky maritus dicte Beate petivit suam uxorem remitti ad forum terrestre Leopoliense tanquam bene possessionatam, et dnus officialis remitti recusavit, quia est debitum mortui, quod iure spirituali debet tractari et finiri et ad solvendum compellendum fore et compelli debere. Presentibus.

343. Nobilis Beata Czudzynowska protestata est de diligencia super solvenda pecunia expensarum occasione rei iudicate, quas reponere debuit nobili Elene Swathkowa, et super eisdem iuramentum prestandum fore, quod tantum necessarie exponere debuit. Presentibus.

344. Iohannes Czurylo in causa, quam habet cum dno Iohanne Myskowski preposito ex eo respectu, quia omnia iura ad se recepit, suum in hac parte Nicolaum Harsch procuratorem revocavit cum potestate reconstituendi.

345. Andreas de hospitali procurator Nicolai Golanka mercatoris petit marcam pecunie comunis a nobili Eufemia advocata de Pyekulowycze pro mercibus, quas recepit ab eo nomine mariti sui Iacobi iam defuncti, petens ad solucionem

compelli. In presencia eiusdem Eufemie allegantis et confitentis fuisse verum debitum, sed maritus in ultima voluntate fratri suo de bonis suis solvere commisit et commendavit, ne hoc debitum in anima ipsius fieret, et hoc se obtulit pro omnibus dilacionibus probaturam. Presentibus.

LXXXIV. Lune XV mensis Novembris (15 listopada 1490).

346. Discretus Martinus eclesie Leopoliensis vicarius de mandato domini retulit se citasse discretum Paulum Geruch procuratorem providi Iohannis Wylczek civis Leopoliensis ad
[361] instanciam Barbare de | Sądecz in causa comissaria Sedis apostolice ad horam presentis diei ad videndum produci certas apodixas in vim probacionis certi debiti super intencione proposicionis et sui libelli, quas realiter et in effectu reproduxit in numero tres, quorum tenor apud acta reservatur. In presencia dicti Pauli petentis copias et terminum dicendi contra, et obtinuit ad quindenam. Et in continenti procurator dicte Barbare petivit remissoriales versus locum et civitatem Sandecz pro inducendis certis testibus in personam venerabilis viri dni Iohannis Thursky archidiaconi Sandecensis, et dominus decrevit, Paulo ex adverso protestante de dandis interrogatoriis.

LXXXV. Veneris XIX mensis Novembris (19 listopada 1490).

347. In causa appellacionis Premisliensis magister Andreas Bochnya procurator et nomine procuratorio sui principalis dni Petri Bal custodis Premisliensis iuxta dependenciam termini repetitis verbo suis excepcionibus declinatoriis fori verbo et generaliter contradixit et duplicavit cum protestacione reponendi duplicaciones, inquantum per suum principalem mittentur in scriptis ad causam. In presencia magistri Nicolai Harsch verbo triplicantis et a simili repetentis verbo suas replicaciones cum suis diligenciis instrumentatis, petentis interloqui ac cause et partibus iudicem pronunciari competentem. Presentibus honorabilibus Matheo in Sczyrzecz plebano, Kiliano canonico, Michaele et Stanislao vicariis, testibus circa premissa.

348. Honorabilis dnus Matheus plebanus in Szczyrecz quantum ad libellum convencionalem super excomunicacione nobilis Petri Boreczky negavit narrata, prout narrantur, et inquantum eum denunciavit post monicionem habitam, quominus in facie eclesie sit monitus, et actor probabit pro omnibus dilacionibus.

349. Discretus Paulus eclesie Leopoliensis vicarius de mandato domini retulit se citasse magistrum Nicolaum Harsch ut et tanquam procuratorem nobilis Petri Boreczsky ad instanciam honorabilis dni Mathei in Sczyrecz plebani ad videndum responderi libello dudum oblato ad horam presentis diei, et procurator obtulit se responsurum ad primam iuris. Presentibus.

LXXXVI. Veneris XXVI mensis Novembris, in crastino sancte Katherine Virginis (26 listopada 1490).

350. Dorothea relicta pretoriani in Zudaczow actrix petit deservitorum et elaboratorum pro erigendis aggeribus piscinarum marcas quinque pecunie comunis et ulnas panni sex flavei coloris, que suus maritus labore obtinuit et deservivit a nobili dno Iuchno Nagwasdan de Stankow certi debiti, petens eundem ad solvendum compelli, casu quo negatum fuerit, ad probandum admitti, cum protestacione de sumtibus et fatigis. In presencia ex adverso Stanislai de Vhrinow notarii procuratoris legitimi dicti rei ad hoc constituti, qui deliberatus in XV respondebit Presentibus honorabilibus Iacobo Bruchnal, Stanislao Bryndza, Andrea de hospitali, presbiteris gracialibus.

351. Egregius dnus Georgius doctor petit ab honesta Katherina Wayszhanussowa porcum, quem saginavit et pavit de medio, qui habebat duos, et sic | unus domine debuit cedi pro [361r]
eadem pastura et alter dno doctori, in valore unius floreni moderamine salvo, petens ad restitucionem compelli aut valorem exolvi et casu quo negatum fuerit, ad probandum admitti. In presencia ex adverso dni Michaelis baccalarii dicte domine procuratoris protestantis de reconveniendo et qui deliberatus in quindena respondebit. Presentibus.

352. Katherina Wayshanussowa constituit in suum procuratorem dnum Michaelem baccalarium in causa et causis, quam sibi movet et movere intendit egregius dnus Georgius doctor, dans *etc.* Presentibus.

353. Stanislaus eclesie Leopoliensis vicarius de mandato domini retulit se citasse dnum Georgium doctorem ad instanciam Katherine Wayshanussowa de Leopoli et sui procuratoris ad feriam sextam post festum sancti Nicolai proximam terminum assignando. Presentibus.

354. Andreas Bochnya procuratorio nomine honorabilis Leonardi plebani in Podhaycze querulose proponit contra dnum Iohannem plebanum in Boscz, quomodo die dominico ante Nativitatis Marie in Boscz in domo unius civis prefatus dnus Iohannes ipsum Leonardum coram fidedignis hominibus furem appellavit, qualiter sibi bovem subtraxisset, quam infamiam extimat ad mille florenos, petens ipsum in eisdem puniri et condemnari, et casu quo negatum fuerit, ad probandum admitti. In dicti dni Iohannis presencia negantis narrata, prout narrantur animo litem legitime contestando, et petens a parte adversa exigi calumnie iuramentum. Et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus.

355. In causa appellacionis Premisliensis iuxta dependenciam termini productis triplicacionibus per Iordanum procuratorem dni Stanislai Dersnyak petente interloqui et voluntatem domini pronunciare, presente ex adverso procuratore Nicolao Harsch, in quantum ad interloquendum reassumente onus et cassata renunciacione oneris petivit a simili interloqui et super facto executorem deputari. Et in continenti discretus Michael vicarius de mandato domini dictos procuratores citavit ad horam audiencie ad audiendum voluntatem domini pronunciari, quam pronunciacionem ambarum parcium procuratorum tulit in hec verba: nos non obstantibus excepcionibus contra iurisdicionem nostram datis et aliis productis super articulo gravaminis ad hoc inductis pronunciamus nos iudicem partibus competentem et compulsoriam pro actis prime instancie decernimus super articulo gravaminis hincinde mediis similibus redimendam infra hinc ad tres menses. Presentibus.

356. In causa gsi dni Guntheri de Syenyawa iudicis terrestris Leopoliensis cum honorabili dno Petro Wolsky plebano in Chodorowstaw procurator dicti dni iudicis protestatus est sub uno contextu de omnibus dilacionibus contra dictum Petrum plebanum, evictorem principalem non statuentem. Presentibus.

[362] *LXXXVII. Mercurii prima mensis Decembris, in crastino sancti Andree apostoli audiencia* (1 grudnia 1490).

357. Providi Albertus Krawathka et Iacobus carnifex cives de Marthinow testes inducti citati iuraverunt pro parte magnifici dni Michaelis Iaslowyeczsky contra nobilem Iuraszek de

Leopoli de veritate dicenda et falsitate vitanda, presente principali protestante de dandis interrogatoriis et de excipiendo. Presentibus honorabilibus Michaele, Stanislao, Martino eclesie Leopoliensis vicariis et Michaele signatore scole Leopoliensis.

358. Gsus dnus Andreas Czurylo apud acta personaliter constitutus legitime citatus ad instanciam venerabilis dni Iohannis Myskowsky eclesie Leopoliensis prepositi et in termino eidem coram dno officiali prefixo comparens palam recognovit, quod pro fideiussoria divisionis agrorum et ipsarum emensuracionum gso dno Iohanni Czurylo de Hvykowycze fratri suo germano iuxta fideiussoriam pro prefato dno Iohanne Myskowsky factam satisfecit et in eorundem agrorum possessione diu gaudet pacifica, quam satisfactionem prefatus dnus Andreas obtulit se probaturum infra tempus competens. Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Kiliano, Iohanne Pylcziczsky, Gregorio eclesie Leopoliensis canonicis, Andrea de hospitali, Andrea Bochnya, Iacobo Bruchnal presbiteris gracialibus, testibus circa premissa.

LXXXVIII. Veneris X Decembris (10 grudnia 1490).

359. Discreto Iacobo in Pomorzany plebano prorogatur terminus idem faciendi, citatus ad instanciam ingeniosi Stanislai ministri in Bobrka, de consensu parcium infra hinc ad primam iuris post octavas Epifaniarum Domini, que erit XIIII mensis Ianuarii. Presentibus dnis Kiliano, Barnaba, Iohanne Pylcziczski eclesie Leopoliensis canonicis, Martino Romano, Stanislao vicariis, testibus.

360. Mathis balneator civilis constituit in suum procuratorem discretum Petrum notarium quondam ministrum in Busko in causa, quam movere intendit ingenioso Alberto scolari, dans *etc.* Qui Petrus statim et in instanti reproducta citacione legitime executa petivit a dicto Alberto scolare sexagenam pecunie comunis pro medicamine vulneris sibi in caput inflicti et per dictum curate, quam ad tempus transactum solvisse debuit, petens ipsum in petitis condempnari et ad solvendum cogi et compelli, in dicti Alberti presencia, qui deliberatus obtulit se responsurum deliberatus in quindena. Presentibus.

361. Ingeniosus Michael signator de scola Leopoliensi petit unum florenum hungaricalem ab honesto Georgio Gebel

negociatore de Leopoli, quem sibi tenetur pro convento salario vie facte et continuate in Cracoviam in suis negociis, petens ipsum ad solvendum compelli, quod se offert pro omnibus dilacionibus probaturum. In presencia Pauli procuratoris ad hoc
[362v] constituti, qui | deliberatus prima die iuris respondebit. Presentibus.

362. Nobili dno Iuchno Nagwasdan de Stankow cum Dorothea relicta de Zudaczow de consensu procuratorum parcium terminus prorogatur idem faciendi ad octavam, que erit XVII mensis Decembris.

LXXXIX. Lune XIII mensis Octobris[1], *ipso die sancte Lucie* (13 grudnia 1490).

363. Paulus Geruch procuratorio nomine honesti dni Georgii Gebel mercatoris de Leopoli ad proposicionem ingeniosi Michaelis signatoris respondendo animo litem legitime contestandi negavit narrata, prout narrantur, petens petita fieri non debere, et actor obtulit se probaturum pro omnibus dilacionibus a iure admissibilibus. Presentibus dnis Kiliano canonico, Michaele vicario et Nicolao locato presbiteris, testibus ad premissa.

364. Katherina Thomkowa uxor lictoris de Leopoli constituit in suum procuratorem dnum Andream Bochnya in causa, quam sibi movet seu movere vult et intendit ingeniosus Mathias organista, dans *etc.*

XC. Mercurii XV mensis Octobris[2] (15 grudnia 1490).

365. Honorabilis dnus Iacobus Bruchnal presbiter gracialis petit a famoso dno Stano Clopar consule Leopoliensi tanquam ab executore et successore in bona mobilia et immobilia olim dni Benedicti Helbas fratris sui germani florenos octo ungaricales in auro sibi Benedicto, mutuatos, item marcas tres cum media pro lectura missarum, item petit mediam sexagenam pro feno apud ipsum Iacobum foro empto, petens ipsum ad solvendum iuxta petita cogi et compelli tanquam successorem in bona fratris sui post manum mortuam. In dicti dni Stano presencia, qui deliberatus prima die iuris post octavas Epifania-

[1] Powinno być: Decembris.
[2] Mylnie zamiast: Decembris.

rum Domini, que erit XIIII Ianuarii mensis, obtulit se responsurum. Presentibus ibidem venerabilibus et honorabilibus dnis Kiliano canonico, Andrea Bochnya, Stanislao et Paulo vicariis, testibus.

366. Elena mulier petit compelli Iohannem pincernam apud notarium civilem morantem ad consumandum matrimonium in facie eclesie, quod noviter secum per verba de presenti per manuum stipulacionem die dominico transacto contraxit, petens ipsum in facie eclesie consumari, in dicti laici presencia animo litem legitime contestantis, negantis narrata, prout narrantur, petens petita fieri non debere, et actrix probabit pro omnibus dilacionibus.

367. Honorabilis dnus Iacobus plebanus in Pomorzany cum sua focaria Anna constituit in suum procuratorem magistrum Andream Bochnya in causa in causis, quam et quas sibi movet et movere intendit ingeniosus Stanislaus minister in Bobrka, dans *etc.* Presentibus. |

368. Discretus Iohannes Cohanek mansionarius sancte Ka- [363]
therine de mandato domini retulit se citasse providum Michaelem de Rokythnycza ad instanciam Anne mulieris focarie dni plebani de Staresyolo, eidem terminum ad feriam secundam *[assignando]*.

XCI. Decima septima Decembris (17 grudnia 1490), *presentibus honorabilibus dnis Caspar zacristiano, Michaele et Geruch vicariis eclesie Leopoliensis et aliis.*

369. Stanislaus de Vhrinow procurator et nomine procuratorio gsi et strenui Iuchno Naguasdan de Stankow ad peticionem honeste Dorothee mulieris de Zudaczow respondendo negat narrata, prout narrantur, petens petita non debere, et actrix suam peticionem pro omnibus dilacionibus probabit. Presentibus.

370. Nobilis Thobias Cunath de Syemyenowka obtinuit absolucionem ad instanciam nobilis Dorothee Corithkowa consortis gsi Cleophe de Mlodowicze tribuni Snyathinensis ob spem satisfaccionis, qui inscripsit se cum eadem Dorothea pro impensis et fatigis componere et satisfacere infrahinc ad festum sancte Agnestis proximum, et feria secunda proxima in vigilia sancti Thome apostoli residuos duos florenos circa acta reponere debet sub reintrusione pristinarum sentenciarum et processuum. Presentibus.

371. Nobilis Thobias Cunath de Syemyenowka infrahinc ad festum sancte Agnetis virginis obtinuit absolucionem a sentenciis excomunicacionum, quibus fuit innodatus ad instanciam venerabilis Bernardi Vylczek decani eclesie Premisliensis, ob spem satisfaccionis sub reintrusione pristinarum sentenciarum. Presentibus. |

[363v] **372.** Gsus dnus Iohannes Syenyawsky de Hodorowstaw constituit in suum procuratorem dnum Paulum Geruch vicarium in causa et causis, quam movet seu movere intendit honorabili Michaeli plebano in Brzoszdowcze, dans *etc.* Presentibus.

373. Nobilis Iuchno Nagvaszdan in causa et causis, quas habiturus est cum quibuscumque personis, constituit ingeniosum Stanislaum Vhrinow in suum procuratorem cum potestate substituendi, dans *etc.* Presentibus Iohanne Pylczyczky et Kyliano canonicis.

374. Nobilis dna Zophia de Ropczycze in causa et causis, quas habitura est cum quibuscumque personis, constituit dnum Andream Bochna in suum procuratorem cum potestate substituendi. dans *etc.*, in causa appellacionis presertim, quam nobilis Procopius Corava movet et movere intendit, ad agendum et defendendum, prout alias in forma meliori. Presentibus discretis Venceslao de Tarnava, Michaele viccario et Iohanne Pylczyczky canonico.

375. Discretus Stanislaus de Vhrinow substituit magistrum Andream Bochnya procuratorem gsi Iuchno Nagwasdan de Stankow in causa et causis, quam et quas habet vel habiturus est cum quibuscumque personis, generaliter et specialiter, dans *etc.*, et signanter contra quandam mulierem de Zudaczow. Presentibus.

376. Discretus Mathias eclesie Leopoliensis vicarius de mandato domini retulit se citasse honorabilem Iacobum Bruchnal presbiterum gracialem ad instanciam honorabilis Stanislai de Vhrinow notarii terrestris Leopoliensis, eidem terminum ad feriam sextam post octavas Epifaniarum Domini proxima assignando. Presentibus.

1491.

XCII. Acta acticata coram venerabili viro dno Stanislao de Trzebochow canonico vicarioque in spiritualibus et officiali
[364] *eclesie | metropolitane Leopoliensis gli sequntur anno Domini*

millessimo quadringentesimo nonagesimo primo, indicione nona, pontificatus sanctissimi in Cristo patris et domini nostri dni Innocencii divina providencia pape octavi moderni anno ipsius [septimo] [1], *die vero Veneris XIIII mensis Ianuarii, prima die iuris post octavas Epifanie Domini* (14 stycznia 1491).

377. Testes pro parte honeste Dorothee relicte de Zudaczow inducti citati iurati, videlicet providi Mathias Swysczel et Mathias doleator civis de Zudaczow, et contra nobilem Iuchno Nagwasdan de Stankow super probacione intencionis sue in presencia magistri Andree Bochnya procuratoris eiusdem Iuchno, protestantis de dandis interrogatoriis et de excipiendo. Presentibus honorabilibus dnis Andrea de hospitali, Iohanne vicario de Bobrka, Paulo Geruch, Mathia vicario eclesie Leopoliensis, Michaele Mebroth baccalario, testibus.

378. Stanislaus minister de Bobrka gravi cum querela proponit contra discretum Iacobum plebanum in Pomorzany et suam focariam Annam, quomodo dum ipse quendam Sebestianum scolarem suum in Dunayow pro rebus depositis misisset, extunc dictus scolaris recepta cisticula in deposito reposita de eadem recepit peplum, capucium, sonam cum auro, capitergium et pecuniam unum fertonem, in valore omnia premissa due sexagene, ad dictum plebanum cum eisdem rebus confugit, quem per quendam socium a dicto plebano repetivit, et ipsius focaria eundem obstruendo in camera reclusit nec eundem scolarem dare et extradere voluit, sed dnum heredem aduc contra eundem socium invocavit, vix quod non fuit percussus, ideo petit dictum plebanum et cocam suam tanquam detentorem suarum rerum ad satisfactionem compelli aut dictum scolarem cum rebus restitui. In presencia magistri Andree Bochnya procuratoris protestantis de infamia et de reconveniendo et terminum dicendi contra ad quindenam. Presentibus.

379. Discretus Paulus Geruch procurator et nomine procuratorio famosi dni Stano Clopar consulis Leopoliensis animo litem legitime contestandi ad proposicionem honorabilis dni Iacobi presbiteri gracialis respondendo negat narrata, prout narrantur, petens petita fieri non debere, et actor quantum de debito octo florenorum offert se probaturum suo registro et consciencia,

[1] W rkp. opuszczone.

quantum ad suplementum sui registri de servicio et lecturis missarum offert se per unum testem probacionem facere, de feno recepto probabit per testes, qui fenum receperunt, et hoc pro omnibus dilacionibus.

380. Petrus Boreczsky ob non productionem duplicacionum dudum per honorabilem Matheum plebanum in Sczyrecz et suum procuratorem productorum accusatus, per dominum pronunciatus processuum opportunorum cum decreto.

381. Honorabilis dnus Iacobus in Myezynyecz plebanus constituit in suum procuratorem magistrum Andream Bochnya in causa et causis, quam movet seu movere intendit nobili Andree Caspar de Orzechowyecz alias de Byczkowcze, dans *etc.* [364v] Presentibus.

XCIII. Lune XVIII[1] *mensis Ianuarii* (17 stycznia 1491).

382. Discretus Martinus presbiter gracialis de mandato domini retulit se citasse discretum Paulum Geruch ut et tanquam procuratorem famosi dni Stano Clopar ad instanciam dni Iacobi Bruchnal presbiteri ad videndum probari suam intencionem ad horam presentis diei. Presentibus venerabilibus dnis Nicolao Camenecz, Kiliano, Iohanne Pylcziczsky eclesie Leopoliensis canonicis, testibus circa premissa.

383. Nobilis Procopius Corawa constituit in suum procuratorem venerabilem dnum Nicolaum Camenecz eclesie Leopoliensis canonicum in causa appellacionis, quam movet seu movere intendit nobili dne Zophie diocesis Premisliensis appellate, dans *etc.* Presentibus.

384. Nobilis Georgius Frederici protestatus est sub uno contextu de omnibus dilacionibus contra magnificum dnum Michaelem Iaslowyeczsky suam intencionem non probantem. Presentibus.

XCIV. Lune XXIIII mensis Ianuarii post festum sancte Agnetis (24 stycznia 1491).

385. Paulus Geruch eclesie Leopoliensis vicarius ad libellum articulatum pro parte Dorothee coce dnorum canonicorum productum animo litem legitime respondendo iuxta dependen-

[1] Ma być: XVII.

eiam termini negavit narrata, prout narrantur, petens petita fieri non debere, et actrix probabit pro omnibus dilacionibus. Presentibus venerabilibus dnis Nicolao Camenecz, Kiliano canonicis, Iacobo vicario, testibus.

386. Zophia mulier relicta de suburbio[1] constituit in suum procuratorem dnum Paulum Geruch in causa matrimoniali, quam movere vult et intendit provido Andree fabro apud Grodek moranti, dans *etc.* Presentibus.

XCV. Mercurii XXVI mensis Ianuarii post festum et diem conversionis sancti Pauli (26 stycznia 1491).

387. Discretus Michael eclesie Leopoliensis vicarius de mandato domini retulit se citasse magistrum Andream Bochnya ut et tanquam procuratorem nobilis dni Iuchno Nagwasdan ad videndum publicari dicta testium pro parte honeste Dorothee pretoriane relicte de Zudaczow ad horam presentis diei, et dominus publicavit et copias partibus habere volentibus decrevit. In presencia eiusdem Andree exonerantis se ex causa ex eo, quod per suum | clientulum ad causam non est salariatus, et [365] dominus contra procuratorem principalem decrevit citacionem ad videndum contradici testibus. Presentibus honorabilibus dnis Kiliano canonico, Iohanne de Busko baccalario, Paulo Geruch.

388. Andreas Bochnya procurator et nomine procuratorio honeste Margarethe de Grodek petit ab honesta Anna de Camyonka camisiam cum serico contextam in valore grossorum viginti, item argentum fractum et crematum in valore duarum marcarum, item anulum argenteum et deauratum in valore unius floreni, item manutergium contextum cum serico flaveo in valore octo bohemicalium. Item petit a provido Stanislao Szepyothka de Camyonka unam sexagenam latorum grossorum bohemicalium, quam recepit titulo dni Martini sine consensu ipsius, dicens quod dnus Martinus notarius misit me ad te, ut sibi dares unam sexagenam latorum grossorum, petens dictos coniuges in dictis rebus ipsis ad servandum datas(!) per dnum Martinum notarium ad fideles manus ad restituendum compelli, et si negatum fuerit, probare intendit. In presencia dictorum coniugum animo litem legitime contestandi negantes narrata, prout narrantur, petentes

[1] W rkp.: surbio.

petita fieri non debere et alias allegantes litispendenciam in foro seculari coram consulibus in Camyonka, salva sexagena recepta deservita. Ex adverso magistro Andrea procuratore allegante non posse consequi iusticiam coram dictis consulis(!) in Camyonka. Et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus. Presentibus.

389. Margaretha Szlazakowa de Luczko nunc morantis(!) in Grodek constituit in suum procuratorem magistrum Andream Bochnya in causa et causis, quam movere intendit Stanislao Szepyothka et Anne de Camyonka coniugibus, dans *etc.* Presentibus.

390. Providus Stanislaus Szepyothka cum Anna sua consorte de Camyonka constituit in suum procuratorem providum Nicolaum Forhym civem Leopoliensem etiam cum potestate substituendi in causa et causis, quam et quas sibi movet seu movere vult et intendit honesta Margaretha Slazakowa, dans *etc.* Presentibus.

XCVI. Veneris XXVIII mensis Ianuarii ante festum Purificacionis Virginis Marie (28 stycznia 1491).

391. Providus Mathis aurifaber civis Leopoliensis discreto Mathie companatori mediam sexagenam pecunie comunis re-
[365v] cognovit se tenere, quam | pro festo sancti Georgii sub excomunicacionum penis solvere obligatur, pro cuius solucione per honorabilem dnum Michaelem Mebroth est monitus, ut ad tempus prefixum dictam mediam sexagenam sub dictis excomunicacionum sentenciis exolvat. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Iacobo Bruchnal, Michaele vicario, Martino cive Leopoliensi.

392. In causa Dorothee de Zudaczow pretoriane de Zudaczow cum nobili Iuchno Nagwasdan datur terminus ad quindenam ad excipiendum contra deposiciones testium pro parte eiusdem Dorothee inductorum. Presentibus.

393. Iacobus in Pomorzany plebanus cum Anna coca sua ob non responsionem peticionis ingeniosi Andree ministri de Bobrka facte iuxta dependenciam termini accusati, per dominum declarati processuum opportunorum cum decreto. Presentibus.

394. Discretus Casper eclesie Leopoliensis vicarius de mandato domini retulit se citasse laboriosum Martinum vectorem de suburbio Cracoviensi ad instanciam dni Iacobi presbiteri gracialis, eidem terminum ad horam presentis diei assignando.

Qui diucius et ultra horam solitam expectatus, actore instante, per dominum pronunciatus processuum opportunorum cum decreto. Presentibus.

395. Magister Georgius altarista Leopoliensis titulo donacionis et perpetue resignacionis et cessionis per nobiles Iohannem et Paulum Cayowye de Drewlany petit a nobili Katherina Krznylowska marcas sex cum fertone pecunie comunis sibi donatas, petens ipsam ad solvendum cogi et compelli, in presencia dicte ree, que salva deliberacione in quindena respondebit, et si negatum fuerit, obtulit se probaturum pro omnibus dilacionibus.

396. Honorabilis dnus Matheus plebanus in Sczyrecz constituit in suum procuratorem honorabilem Michaelem Mebroth in causa et causis, quam movere vult et intendit providis consulibus et scabinis et toti comunitati opidi in Sczyrecz, dans *etc.*

XCVII. Veneris quarta mensis Februarii (4 lutego 1491).

397. Nobilis Iohannes Czurylo de Hwykowycze in causa continuata cum venerabili dno Iohanne Myskowsky preposito Leopoliensi revocatam constitucionem in personam sui procuratoris Nicolai Harsch factam revalidavit et dictum Nicolaum in suum procuratorem repetivit, prout in forma meliori, servari solita et consueta. Presentibus honorabilibus dnis Nicolao Camenecz canonico, Kiliano, Andrea de hospitali, Nicolao Russyeczsky, testibus.

398. Discretus Andreas Bochnya presbiter gracialis de mandato domini retulit se citasse magistrum Nicolaum Harsch tanquam procuratorem dni Nicolai Gromaczsky executoris etc. in causa appellacionis Premisliensis ad instanciam nobilis Stanislai Dersnyak et sui procuratoris ad horam presentis diei ad appa- [366]
riendum rotulum, et dominus decrevit appariendum et apparuit et copias partibus volentibus habere decrevit et terminum dicendi contra ad unum mensem. Presentibus.

399. Andreas presbiter gracialis de hospitali de mandato domini retulit se citasse venerabilem dnum Iohannem Pylczicz-sky canonicum Leopoliensem et Iohannem Czyszykowsky ut et tanquam testes in causa vertente inter Dorotheam cocam capituli et dnum Paulum Geruch ad horam presentis diei.

400. Margaretha mulier de Luczko morans in Grodek prestitit corporale iuramentum in causa, quam movet provido

Stanislao Szepyothka de Camyonka et Anne consorti sue, in supplementum sui testis, quod non calumniose procedit, sed dictis suis adversariis iustam causam intendit. Presentibus.

XCVIII. Veneris XI mensis Februarii, in crastino sancte Scolastice (11 lutego 1491).

401. Discreti dni Iacobi presbiteri gracialis in causa cum famoso Stano Clopar parcium ab utraque iuxta dependenciam termini ex citacione dictus actor offerebat se iuraturum super suum regestrum pro octo florenis mutuatis, in presencia ex adverso procuratoris Nicolai Harsch petentis se reservari penes legum sanctiones et iuramentum tolli eo demto, inquantum iurari veniet, ut metseptima manu contra mortuum prestandum, petens per dominum cognosci. Et dominus moderando detulit parti mettercia manu iurandum et pars asseruit se insufficientem, petens propterea absolvi ab instancia ob defectum iuramenti, quantum autem ad servicium super probacione in vim testis citatus magister Georgius iuravit, in presencia partis protestantis de dandis interrogatoriis. Presentibus honorabilibus Andrea Bochnya, Nicolao Camenecz canonico, Michaele Mebroth baccalario, Andrea de hospitali, Procopio Corawa, testibus circa premissa.

402. In causa dni Iaszlowyeczsky cum Georgio Frederici prout terminus requirit ex citacione dominus dicta testium inductorum publicavit in contumaciam partis et copias parti(!) decrevit habere volentibus. Presentibus.

403. Iohannis Czurylo cum dno Iohanne Myskowsky in causa contra evictorem dnum Andream Czurylo, qui se obtulerat intromissionem et pacificam possessionem, non citata ad hoc parte ipso Iohanne fratre, laneorum emensuratorum, Nicolaus Harsch dicti Iohannis procurator protestatus est sub uno contextu verborum de omnibus dilacionibus contra non probantem, petens absolvi ab instancia.

404. Elias Iwanowsky nobilis de Staresyolo factor constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch in causa, quam movet et movere intendit dno Floriano in ibidem plebano, dans *etc.* Presentibus. |

[366v] *XCIX. Veneris XVIII Februarii* (18 lutego 1491).

405. Nobilis Elias Iwanowsky iuxta citacionem reproductam per procuratorem suum et terminum assignatum proponit contra

honorabilem Florianum de Staresyolo, quomodo idem plebanus non attenta nobilitate sua et officio, in quo est factor dni castellani Cracoviensis bonorum in Stareschyolo, dictum actorem dehonestavit, diffamavit feria secunda Carnisprivii transacta in curia domini contra Deum et sanctam iusticiam, nullis ad hoc meritis exigentibus, appellando ipsum traditorem, latronem, furem, iniuriam non modicam sibi per premissa faciendo, quam revocando ad animum extimat ad centum sexagenas, petens eundem in eisdem puniri et in expensis condemnari, et si negatum fuerit, probare intendit premissa, et manuum iniectionem in eundem nobilem, qui si tutela moderata se non defendisset, idem plebanus sibi cruciatibus et percussionibus nocuisset. In presencia eiusdem plebani protestantis de reconveniendo et deliberatus in quindena respondebit. Presentibus honorabilibus dnis Nicolao Camenecz, Kiliano canonicis, Michaele vicario, Michaele Mebroth baccalario, Nicolao Brodawka, testibus.

406. In causa Margarethe Szlazakowa relicte cum provido Stanislao Szepyothka et Anna sua consorte de Camyonka dominus de consensu magistri Andree Bochnya procuratoris dicte Margarethe publicavit dicta et deposicionem testis pro parte ipsius Margarethe inducti, in presencia dicti Stanislai Szepyothka petentis copiam et terminum ad excipiendum, et obtinuit ad octavam decreto domini mediante.

407. Nicolaus mercator civis Leopoliensis constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch in causa, quam movere intendit ingenioso Iohanni notario cathedrali, dans *etc.* Presentibus.

C. Lune XXI mensis Februarii, in crastino dominice Invocavit (21 lutego 1491).

408. Providus Czysty Barthosz proponit, quomodo honorabilis Florianus in Stareschyolo plebanus piscinam sibi vendidit nondum ad demissionem aptam et devenientem una cum piscinula pro decim marcis, que piscina aduc debuit stare per annum, et his non contentus pisces de piscinula et piscina prandebat et totam piscinulam episcatus est et in decim marcis per huiusmodi depiscacionem piscium dampnificavit, petens ipsum in eisdem decim marcis condemnari. In presencia eiusdem dni Floriani animo litem contestantis et allegantis piscinam per

tantum tempus fuisse tentam ita quod fuit apta ad vendendum, et pro suis prandiis tantummodo piscatus est de voluntate eiusdem Barthossii, et actor probabit depiscacionem piscium et inabilitatem piscine ad vendendum pro omnibus dilacionibus.
[367] Presentibus | dnis Nicolao Camenecz et Kiliano canonicis, Paulo Geruch vicario et Paulo Colatha, testibus circa premissa.

409. In causa appellacionis Premisliensis procurator gsi dni Stanislai Dersnyak succamerarii Premisliensis procurator venerabilis dnus Nicolaus Camenecz produxit suam intencionem in presencia ex adverso procuratoris Nicolai Harsch ad hoc citati de mandato domini ad terminum presentem per discretum Florianum de Stareschyolo plebanum relacione facta, qui procurator verbo et generaliter opposuit contra ea, que faciunt contra partem suam, approbans, que faciunt pro parte ipsius, petens interloqui et alias voluntatem domini pronunciari, et ibidem dictus opponens procurator produxit causas et raciones super iustificacione actionis dicti executoris et actorum prime instancie necnon dissertacionem appellacionis appellantis. In presencia eiusdem inherentis suo producto et petentis a simili interloqui. Presentibus.

CI. Mercurii XXIII Februarii (23 lutego 1491).

410. In causa appellacionis Premisliensis parcium dnorum Stanislai Dersnyak et Nicolai Gromaczky de voluntate et consensu parcium procuratorum hincinde super ferenda pronunctiacione per dominum adiunctus est in assessorem cause venerabilis vir magister Thomas de Drohobycz canonicus Leopoliensis, supplicancium pro interlocutoria. Presentibus honorabilibus dnis Kiliano canonico, Mathia et Iacobo vicariis, Iohanne mansionario, testibus.

CII. Veneris XXV Februarii (25 lutego 1491).

411. In causa Georgii Frederici de Leopoli cum magnifico dno Michaele de Iaslowyecz parcium dominus prorogavit terminum super differenciis dilacionum et testium publicacionem et aliorum inductionem ad reverendissimum in Cristo patrem et dominum dnum Iohannem Dei gracia archiepiscopum Leopoliensem idem faciendi infra hinc ad adventum dni archiepiscopi et alias ad dominicam Ramispalmarum. Presentibus honorabilibus dnis Matheo in Sczyrecz, Floriano in Stareschyolo plebanis, Iacobo et Nicolao, Michaele baccalario, Iohanne mansionario, magistro Georgio altarista, testibus circa premissa.

412. Discretus Mathias eclesie Leopoliensis vicarius de mandato domini retulit se arestasse ad instanciam gsi Martini de Swyrsz baccalarii res glotis sue gse Anne consortis olim gsi Andree Swyrsky gladiferi Leopoliensis in claustro Corporis Cristi repositas et in aresto firmiter observari sub excomunicacionum penis precepit, ne dicte res sine consensu et voluntate ipsius dni Martini et dni officialis cuipiam extradantur. Presentibus.

413. Honorabilis Mathei in Sczyrecz plebani et nobilis Petri Boreczsky parcium causam in omnibus punctis et articulis suspendit ad adventum domini nostri reverendissimi aut ad futurum sperandum archiepiscopum, quam causam remisit ibidem cognoscendam tam super negocio principali, | quam emergentibus, salva [367v] inductione testium inductorum pro parte dicti Petri Boreczsky, Thome presbiteri, Iacobi et Iohannis opidanorum de Sczirecz, qui iuraverunt citati prout terminus requirebat, in presencia ex adverso principalis protestantis de dandis interrogatoriis. Presentibus.

414. Honesta Anna Czudna de Leopoli constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch in causa, quam movere intendit nobilibus et gsis Barbare Monastyrska et Dorothee Szwynczyna de Pomorzany, dans *etc.* Presentibus.

415. Discretus Michael Mebroth baccalarius de mandato domini retulit se citasse discretum Paulum Geruch vicarium ad instanciam Dorothee coce dnorum canonicorum ad videndum publicari dicta testium nomine ipsius coce inductorum ad horam presentis diei, et dominus publicavit et copias partibus habere volentibus dare decrevit, in presencia Pauli a simili petente copias et terminum ad excipiendum contra dicta et deposiciones huiusmodi testium, et obtinuit ad quindenam. Presentibus.

CIII. Lune ultima mensis Februarii post dominicam Reminiscere (28 lutego 1491).

416. Discretus Michael eclesie Leepoliensis vicarius de mandato domini retulit se citasse dnum Andream Bochnya ut et tanquam procuratorem nobilis Zophie de Myslathycze ad instanciam nobilis Procopii Corawa ad videndum et audiendum in eadem causa interloqui ad horam presentis diei, et dominus tulit et pronunciavit in scriptis. Presentibus honorabilibus Martino Romano vicario, Iohanne mansionario, Iohanne de Zubrza plebano, Nicolao Harsch procuratore.

417. Discretus Michael vicarius de mandato domini retulit se citasse magistrum Nicolaum Harsch procuratorem honeste Barbare consortis notarii civitatis Premisliensis ad instanciam discreti Iohannis presbiteri de Rokythnycza et alias sui procuratoris ad videndum in causa interloqui, ad horam presentis diei assignando, et procuratoribus parcium hincinde petentibus dominus tulit et pronunciavit in scriptis. Presentibus.

418. Iohannes Cohanek mansionarius de mandato domini retulit se citasse magistrum Nicolaum Harsch procuratorem venerabilis dni Nicolai Gromaczky tanquam executorem olim nobilis Nicolai Rosa ad instanciam dni Nicolai Camenecz procuratoris gsi Stanislai Dersnyak de Rokythnycza succamerarii Premisliensis ad videndum in causa interloqui, ad horam presentis diei assignando, et procuratoribus parcium hincinde petentibus dominus tulit et pronunciavit in scriptis, quam inter-
[368] locutoriam dominus, prout in prolacione | interlocutorie et sub tenore continetur, super cuius interlocutorie verificacione dominus decrevit remissoriales pro examine testium sibi appellanti inducendorum in persona venerabilis Derslai Skothnyczky etc., parcium procuratorum hincinde de consensu etc.

419. Discretus Andreas Bochnya presbiter gracialis de mandato domini retulit se citasse magistrum Nicolaum Harsch tanquam procuratorem honeste Dorothee olim pretoriani de Zudaczow relicte ad instanciam dni Nicolai Camenecz procuratoris dni Iuchno Nagwasdan ad videndum interloqui ad horam presentis diei, et dominus tulit et pronunciavit in scriptis, parcium procuratoribus hincinde petentibus. Presentibus.

420. Honorabilis Iohannes plebanus in Zubrza constituit in suum procuratorem magistrum Nicolam Harsch in causa, quam sibi movet seu movere intendit laboriosus Petruu homo de ibidem, dans *etc.*

421. In causa parcium nobilis Iohannis Czurylo cum venerabili dno Iohanne Myskowsky preposito Leopoliensi iuxta dependenciam termini ex citacione instante procuratore dicti actoris et presente ex adverso parte citata, dominus rotulum de Premislia a remissario iudice portatum et per nuncium iuratum presentatum apperuit et dicta testium publicavit intro contenta, presentibus partibus hincinde copias habere decernendo habere

volentibus cum termino dicendi contra ad quindenam super iustificacione cause. Presentibus.

422. In causa parcium Iohannis de Rokythnycza appellantis et Barbare de Premislia appellate dominus parcium procuratoribus citatis mediante interlocutoria suam tulit et pronunciavit voluntatem. Presentibus.

423. Dorothee de Zudaczow relicte cum nobili Iuchno ibidem per dominum interlocutum, ut supra.

424. Stanislai Dersnyak et ex adverso executoris testamenti per dominum pronunciacione facta, mediante interlocutoria, decernitur remissio pro inducendis testibus affuturis.

425. Laboriosus Petrus de Zubrza gravi in querela proponit contra et adversus honorabilem Iohannem de ibidem plebanum, quod ipse anno presenti ante Carnisprivium feria quinta, nescitur quo spiritu ductus, presumitur tamen animo iniuriandi, dictum Petrum tempore nocturno, eo tunc dormiente in suo proprio domicilio, baculo ad caput percussit et vulnus cruentum usque ad sanguinis effusionem intulit nullis suis meritis exigentibus, quam iniuriam extimat ad arbitrium bonorum hominum et eorum consilium verum adinventum. Item petit grossos sex pro trituracione elaboratos, petens ipsum ad solvendum cogi | et compelli. Et ex adverso in presencia princi- [368v]
palis protestantis de reconveniendo, allegantis in modum excepcionis peremptorie pretensum actorem, quia fuit pro illo tempore domesticus hospes passivus ipsius adversarii dni plebani, item comensalis et panis sui comestor, item ex gracia gracialis reservator, qui suum patronum convenire non potest, tanquam subditus et in necessitate favendus, ignorans quo diverti, nisi circa dnum plebanum, item publica infamia laborans protunc femine absque spe matrimonii adherendo salva diei presentis copulacione, et tales digniores accusare nequeunt iuxta canonicas sanctiones, petens eum non fore audiendum et excepciones pretensas peremptorias probandas admittendum et super facto interloqui et voluntatem domini pronunciari.

CIV. Mercurii secunda mensis Marcii post dominicam Reminiscere proxima (2 marca 1491).

426. Discretus Andreas de hospitali presbiter de mandato domini retulit se citasse magistrum Nicolaum Harsch procura-

torem famosi dni Stano Clopar ad instanciam dni Iacobi presbiteri gracialis ad videndum induci testem et ab eo iuramentum suscepi, nomine discretum Mathiam vicarium, qui iuramentum prestitit de veritate dicenda, in presencia dicti procuratoris dantis interrogatoria de presencia contractus, et ibidem testis deposuit, prout in attestacionibus. Presentibus honorabilibus dnis Iohanne mansionario Quarto, Michaele vicario, Paulo Geruch, testibus.

CV. Die Veneris quarta mensis Marcii (4 marca 1491).

427. Honorabilis dnus Andreas Bochnya de mandato domini retulit citasse discretum Nicolaum Harsch tanquam procuratorem dni Iohannis Czurilo ad videndum produci excepciones contra testes ad horam presentis diei ad instanciam dni Iohannis Myschkoszki[1] prepositi Leopoliensis, cuius procurator citacionem eosdem produxit. Presentibus discretis Andrea, dno Kyliano, Martino mansionario, presentibus circa premissa.

428. Helie Iwanovszky factoris de Staressyolo cum plebano ibidem procuratores hincinde et eorum intenciones in octava peremptorie. Presentibus.

429. In causa venerabilis dni Myszkowsky cum dno Iohanne Czurilo procurator dicti Czurilo Nicolaus Harsch protestatus est de superhabundanti de dilacionibus prima, tercia, quarta, quinta. Presentibus. |

[369] **430.** Honorabilis dnus Iohannes plebanus de Chodorovstaw constituit et solemniter ordinavit suum verum et legittimum procuratorem discretum Nicolaum Harsch ad instanciam honorabilis dni Stanislai Wyelgos comendarii de Brozodovcze, dans *etc.* Presentibus.

431. Discretus Mathias viccarius eclesie Leopoliensis retulit se citasse providum Kmyothek ad instanciam venerabilis magistri Thome canonici Leopoliensis ad horam presentis diei, qui non comparens pronunciatus est contumax. Presentibus.

432. Gsus dnus...[2] Bobowsky tenutarius de Wyssnyani constitutus recognovit, quia in mutuum marcas triginta numerate pecunie a nobili Helena Szawthkova recepit, quas sub ex-

[1] W rkp. Myschoszki.

[2] W rkp. wolne miejsce na wpisanie imienia.

comunicacionum penis solvere a die data presencium ad unius anni decursum solvere est obligatus, et eo quo casu huiusmodi triginta marcarum non solveret, extunc sub eisdem penis obligacionem in villam Poluchow dare intromissionem est obligatus. Quod si Deus sorte divina prefata Helena de hoc mundo decederet, extunc elegit et deputat Iacobum filium in tutorem Helene et Hedvigis, ut ille Iacobus pecuniam tolleret et dictos pueros in tutela teneret. Presentibus honorabilibus et discretis Mathia, Iacobo viccariis, Nicolao baccalario, Camyeniecz canonico Leopoliensi, testibus circa premissa.

CVI. Mercurii nona mensis Marcii (9 marca 1491).

433. Discretus Stanislaus Wyelgosz de Brzosdowcze presbiter constituit in suum procuratorem magistrum Andream Bochnya in causa et causis, quam sibi movent seu movere intendunt providus Nicolaus mercator de Leopoli, et contra honorabilem Petrum Wolsky de Chodorowstaw plebano(!) et contra quamlibet aliam personam in iudicio legitime intervenientem, dans *etc.* | Presentibus honorabilibus dnis Iacobo Bruchnal presbitero [369v] graciali, Leonardo plebano in Podhaycze, Iohanne Quarto mansionario, Michaele vicario.

434. Honorabilis Mathias in Sthanyn plebanus constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch in causa, quam movet seu movere intendit provido Iohanni et Margarethe coniugibus de Busko, dans *etc.* Presentibus.

435. Margaretha et Iohannes coniuges de Busko tanquam persone coniuncte constituunt in suum procuratorem magistrum Andream Bochnya in causa, quam movent seu movere intendunt provido Augustino viceadvocato et aliis concivibus de Camyonka, Nicolao baccalario, Stanislao Plychtha, Iohanni Kaszka, Mykythka, dans *etc.* Presentibus.

436. Discretus Stanislaus Wyelgosz presbiter retulit se citasse honorabilem Mathiam in Stanyn plebanum ad instanciam providi Iohanni(!) et Margarethe filie olim Iohannis plebani in Stanyn ad horam presentis diei, qui in instanti[1].

437. Margaretha filia olim Iohannis plebani in Stanyn et Iohannes maritus suus manu coniuncta petunt marcas sex

[1] Zapiska niedokończona.

derelictas per dictum plebanum defunctum titulo testamenti ad dictos coniuges devolutas a providi(!) Augustino advocato de Camyonka, asserentes per eum fore occupatas tanquam certum debitum, quod debitum obtulit se solvere pro certis ratis, petens ad solvendum compelli, in presencia dicti Augustini procuratoris deliberantis ad octavam de excipiendo, presentibus ut supra. Et ibidem dicti coniuges proposuerunt contra honorabilem Mathiam plebanum de Stanyn, quod eisdem dictum debitum propria auctoritate arestasset, de auctoritate assecurari cupiendo, an propria vel iudicis. In *[presencia]* dicti plebani et sui procuratoris ad hoc in audiencia citati, qui ibidem in octava excipiet.

438. Discretus Michael vicarius de mandato domini retulit se citasse magistrum Andream Bochnya tanquam procuratorem Margarethe Szlazakowa de Grodek ad instanciam providi Stanislai Szepyothka et Anne uxoris sue ad videndum publicari dicta testium nomine dicti Stanislai inductorum.. Et dominus publicavit et apperuit et copias partibus volentibus habere decrevit. In presencia magistri Andree Bochnya ex adverso pro-
[370] curatore(!) petentis | terminum ad excipiendum, et obtinuit ad quindenam.

439. Petrus Wolsky plebanus de Chodorowstaw executor testamenti olim Michaelis plebani de Brzosdowcze defuncti petit a discreto Stanislao Wyelgosz pannum quatuor ulnas brunatici coloris, quem pannum dedit sibi idem executor ad servandum ad fideles manus, petens eundem ad restituendum compelli in valore quatuor florenorum. Item ponit, quod ipse dictum defunctum propria auctoritate et voluntate sepellivit sine voluntate executorum, qui sibi certam diem sepelliendi elegerat, de qua dictus reus bene scivit, qui dictum actorem dicta celeriori sepultura et temeraria damnificavit in conducenda confraternitate sicut quatuor marcas, petens eundem dictum dampnum ad solvendum compelli, in presencia magistri Andree Bochnya procuratoris, qui deliberatus in XV respondebit.

440. Discretus Florianus in Staresyolo plebanus protestatus est de prima dilacione contra providum Czysthy Barthosz non probantem suam intencionem et alias nichil facientem. Presentibus.

CVII. Veneris XI mensis Marcii ante dominicam Letare proxima (11 marca 1491).

441. Iacobus de Brzyszowo constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum in causa et causis, quam movere intendit gso dno Demetrio de Chodorowstaw, dans *etc.* Presentibus honorabilibus dnis Nicolao Camenecz canonico, Iohanne Myskowsky preposito, Andrea Bochnya.

442. Iacobus de Brzyszow clericus Wladislaviensis diocesis in minoribus ordinibus constitutus petit a gso dno Demetrio de Chodorowstaw titulo propinquitatis post germanum fratrem suum nobilem Zachariam quinque marcas pecunie receptibilis certi debiti tanquam post manum mortuam eundem actorem concernentis, quod debitum dictus dnus Demetrius fuit obligatus solvere dicto Zacharie ex certo contractu et concordia per arbitros inter eos inita, petens ad solvendum compelli et si negatum fuerit, probare intendit. In presencia eiusdem dni Demetrii petentis se ad forum suum seculare terrestre tanquam possessionatum remitti, ibidem actore non consenciente et allegante non posse litigari in foro terrestri propter potenciam domini hic citati et quia eciam est clericus ordinatus, et dominus Demetrius respondendo super proposicionem negavit narrata, prout narrantur, petens petita fieri non debere, petentibus(!) per partes cognosci, et dominus interloquetur, quando paratus erit. Presentibus.

443. In causa Iohannis Czurylo et dni Iohannis prepositi parcium iuxta dependenciam termini et prout terminus requirebat, in presencia partis procuratoris petentis copiam et terminum ad duplicandum, et obtinuit ad primam, que erit XIIII mensis Marcii. Presentibus. |

444. Ivanowsky factoris de Staresyolo procurator ad intencionem partis adverse Floriani plebani de ibidem animo litem legitime contestandi, quantum ad iniuriam verbalis actionis et percussionis negavit narrata, prout narrantur, et a simili ad de cimam de scruto, paganica et piso, et quantum de vitula obtemperat mandato dni castellani, qui sibi prohibuit dandam, quantum autem de laneo depasto similiter negat, qnantum ad equum affirmat restitutum, et similiter ad prata respondet per negativam. Et ibidem procurator plebani procurator(!) produxit responsiones in scripto, ex adverso procuratore presente habente pro [370v]

responso et petente admitti suam probacionem, et dominus hincinde partibus admisit.

445. Nobiles Katherina et Clara filia sua de Coczarow heredes constituunt in suum procuratorem magistrum N. Harsch in causa et causis, quam et quas movere intendunt honorabili et nobili Petro Wolsky plebano in Chodorowstaw et Nicolao Goldacz de Zalunyow, dantes *etc.*

446. Gsus dnus Dometrius de Chodorowstaw constituit in suum procuratorem magistrum Andream Bochnya in causa, quam movere intendit et alias sibi movet ingeniosus Iacobus, dans *etc.* Presentibus.

CVIII. Lune XIIII mensis Marcii, post dominicam Letare in crastino (14 marca 1491).

447. Providus Petrus Wayspelcz de Denow appellatus in causa, quam sibi quidam Iohannes clericus de ibidem appellans movere vult et intendit, procuratorem suum constituit dnum Andream Bochnya presentem et onus huiusmodi procuracionis in se sponte assumentem et suscipientem ad defendendum et agendum, si opus fuerit, ut in forma meliori. Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Nicolao Camenecz, magistro Thoma, Kiliano, Iohanne Pylcziczsky canonicis, Iohanne Myskowsky preposito, Michaele vicario et Nicolao Brodawka, testibus circa premissa.

448. Ingeniosus Iohannes de Denow clericus in minoribus constitutus appellans in causa, *[quam]*[1] ipse Iohannes cuidam Petro Vayspelcz movere vult et intendit, procuratorem suum constituit magistrum Nicolaum Harsch presentem ad agendum et defendendum cum potestate substituendi, ut in forma meliori. Presentibus.

449. Dorothea mulier relicta de Leopoli constituit in suum procuratorem dnum Michaelem vicarium in causa, quam movere intendit nobili dne Heduigi Romanowska, dans *etc.* |

[371] **450.** Famosi dni Stano Clopar consulis cum discreto Iacobo presbitero graciali procurator dicti dni rei protestatus est de prima dilacione contra actorem occasione lecture missarum non probantem suam intencionem prima diligencia. Presentibus.

[1] W rkp. opuszczono.

451. Iacobi de Brzyszow clerici Wladislaviensis diocesis cum gso dno Demetrio de Chodorowstaw prout terminus requirit interloquendo, dominus pronunciavit se iudicem cause et partibus competentem, decernendo causam coram se examinandam, attenta longa distancia dicti scolaris et mora sui soliti domicilii. In presencia procuratoris dni Demetrii, protestantis de reconveniendo habita informacione sui principalis. Presentibus.

452. Iacobus de Grodek studens Cracoviensis per procuratorem suum proponit contra providum Iohannem Bazalek, quomodo idem reus habendo in sua tuicione certum tugurium alias *szopa* iacens penes hereditatem et ortum dicti actoris, cuius bona suus vitricus dnus Petrus Stryczko cum mandato et voluntate dicti clerici tanquam tutor et provisor dederat in melioracionem et provisionem dicto reo sub certo condictamine inter eos consumato coram probis hominibus, sub ea cautela, quod dictus reus debuit uti pro sua utilitate dicto tugurio et utendo in sua tuicione reformare, quid reformandi foret necessarium, quam reformacionem nunquam implevit, quod tugurium est omnino collapsum, dilaniatum et ligna ac robora omnino dispersa, pro quo eciam dampno experiebatur ius civile in Grodek, in quo iure fuit neglencia et remissio facta sibi tutori, qui non potuit habere iusticie complementum, et ita dictus studens pro huiusmodi iniuria et dampno tanquam principale habens interesse traxit suum culpabilem pretensum reum pro damno, quod moderacione previa eius negligencia et inadvertencia facta extimat ad duodecim marcas, in presencia dicti rei petentis terminum ad quindenam, et obtinuit.

453. Dorothea mulier relicta de Leopoli per suum procuratorem legitime constitutum petit a gsa dna Heduigi Romanowska servicium deservitum et conventum unius marce cum sex ulnis panni Vrathislaviensis flavei coloris, petens ipsam in petitis condemnari et ad solvendum compelli. In presencia dni Andree Bochnya caventis de rathihabicione mandati, petentis ad deliberandum, et obtinuit ad quindenam decreto domini mediante. Presentibus.

CIX. Mercurii XVI mensis Marcii (16 marca 1491).

454. Stanislai Syepyothka de Camyonka et Margarethe Slyaszakowa de Grodek parcium procurator dicti Stanislai ad

prestitutum(!) iuramentum per dictam Margaretham in suplementum sui testis, inquantum eius actio supportari debeat et ex adverso dicti Stanislai succumbere, offert eciam suum dictum principalem in quantum de iure ad hoc ipsum prestandum, petens se admitti et de eo protestatur cum excepcione contra
[371v] unicum | testem inducentis, qui nullus est iuxta canonicam disposicionem, et pro iustificacione sue actionis repetit suas attestaciones, allegando super sua intencione inductos fuisse testes super salario recepto ad sexagenam se extendentem et non super aliqua reprobacione, petendo concludi. In presencia ex adverso magistri Andree petentis copiam testium, et obtinuit iuxta suam opcionem. Presentibus dnis Nicolao Camenecz, Kiliano canonicis.

455. Andreas de Zukow plebanus absolvitur ab instancia termini ad instanciam advocati de Colomya cum condemnacione in expensis. Presentibus.

CX. Veneris XVIII mensis Marcii (18 marca 1491).

456. Katherina de Wynnyky mulier suum magistrum Nicolaum Harsch constituit procuratorem contra dnam Smarekowska ad agendum, defendendum, ut in forma meliori, et ibidem dictus procurator petit eam compelli nomine actricis ad restituendum duos equos, unum *rydzy* et alium *plowy*, per eam sibi raptos nullo iure quesito, unam plumaticam de duabus, cussinos[1] tres, eidem actrici pro servicio testamentaliter legata per olim nobilem Andream Podusowsky testatorem, referens se ad testamentum, quod ibidem procurator in vim probacionis produxit, petens ad solvendum compelli. In presencia ex adverso dicte Smerekowska, que deliberata in quindena respondebit. Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Nicolao Camenecz, Kiliano canonicis, Iohanne de Czesky plebano, Floriano de Stareschyolo, Iacobo Bruchnal, Petro Zimnowodsky, testibus circa premissa. Et ibidem dominus vallavit penam de securitate parcium hincinde et interposuit triginta marcarum, casu quo aliqua parcium alteram lederet aut vim sibi inferret contraveniens, parti lese medium et pro fisco domini solvenda. Presentibus.

[1] W rkp. cussionos.

457. Dnus officialis quamvis discretum Mathiam de Knychynycze plebanum ex suo officio ob non execucionem suorum mandatorum ab execucione divinorum offciorum suspenderat, illum ad petita et rogatus dnorum canonicorum et prelatorum liberum dimisit et relaxavit.

458. Katherina Coczarowska per procuratorem suum Nicolaum Harsch legitime constitutum petit a nobili Nicolao Goldacz de Zalvnyow herede et successore in bona sui patris vita functi Mathie Goldacz vexilliferi Haliciensis et possessore iure hereditario dictorum bonorum, triginta marcas et unum fertonem et novem florenos hungaricales mutuatos ab eadem actrice et in spem solucionis per eundem mortuum aut superstites legitimos fiende, tanquam certum et liquidum debitum, petens eundem citatum tanquam possessorem bonorum sui patris ad solvendum compelli secundum canonicas sanctiones, quod si negatum fuerit, probare intendit aut principali citato iuramento | deferri. In presencia eiusdem Nicolai animo litem legitime [372] contestandi negantis narrata, prout narrantur, debitum contractum per suum parentem, et ibidem procurator obtulit se probaturum pro omnibus dilacionibus. Presentibus.

459. Nobilis dne Clare alias Mylochne vexillifere Haliciensis iuxta termini dependenciam ex citacione in causa petivit nobilem dnum Nicolaum Goldacz privignum suum citatum ad hoc tanquam relicta, defensione eclesiastica privilegiata, compelli eundem ad consumandum reformacionem sue dotis et dotalicii super villa Volowe iuxta adinvencionem finalem gsi dni Nicolao(!) de Chodecz castellani olim Leopoliensis terrarum Russie campiductoris ac aliorum ibidem assessorum in Rohatyn illorum medio factam et adinvencionem sub hac cautela, quod nonaginta marcas pecunie receptibilis super eadem villa Volowe sibi reformare fuit astrictus, qui hoc facere recusavit, asserens eandem novercam sibi in certis rebus fuisse obligatam, inter que dnus officialis boves duos restituendos et de residuo eidem iuramentum evasionis prefixit pro feria sexta post Conductum Pasce proxima, salva consciencia et deliberacione saniori super prestando iuramento, et ibidem mencio facta de dote marcarum nonaginta reformandarum et debitorum occasione defuncti contractorum, ut supra.

460. Discretus Florianus in Stareschyolo plebanus de mandato domini retulit se citasse nobilem Nicolaum Goldacz ad instanciam magistri Nicolai Harsch, eidem terminum ad feriam sextam post Conductum Pasce ad primam iuris proximam ad horam terciarum. Et ibidem dominus audita diffidacione dicti Goldacz, de securitate vite dicti procuratoris cavendo, ex officio suo ordinarie auctoritatis interposuit penam et vallavit centum sexagenarum contra partem contravenientem, parti alteri in offensam verbalem vel cruciatum solvendam, medium parti lese et medium fisco iudicis deputando. Presentibus.

CXI. Lune XXI mensis Marcii (21 marca 1491).

461. Discretus Casper eclesie Leopoliensis vicarius de mandato domini retulit se citasse nobilem Iacobum Szloma de Nowosyelcze testem inductum in causa vertente inter dnum Iaszlowyeczky et Iuraszek Frederici pro perhibendo testimonio facte satisfactionis equabus et hinulis, qui iuravit in contumaciam de veritate dicenda ex eo respectu, quia cum difficultate est inventus et inductus propter longam distanciam loci ad hoc presentis diei. Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Nicolao Camenecz, Kiliano canonicis, Iohanne Myskowsky preposito, Michaele vicario, Iohanne Quarto.

462. Discretus Mathias eclesie Leopoliensis de mandato domini retulit se citasse magistrum Nicolaum Harsch procuratorem gsi dni Iohannis Czurylo de Hvykowycze ad instanciam venerabilis dni Iohannis Myskowsky prepositi ad videndum interloqui et alias voluntatem domini pronunciari, ad horam presentis diei. Presentibus. |

[372v] **463.** Honorabilis Mathias vicarius retulit se citasse honorabilem Paulum Geruch eclesie Leopoliensis vicarium ad instanciam dni Andree Bochnya procuratoris Dorothee coce quondam dnorum canonicorum ad replicandum, ad horam presentis diei. Et Andreas procurator statim et in continenti verbo et generaliter replicavit ad excepciones per Paulum Geruch productis(!) contra deposiciones testium pro parte Dorothee coce inductorum. In presencia Pauli verbo similiter triplicantis et petentibus hincinde partibus concludi, et dominus conclusit et deliberatus obtulit se suam intencionem pronunciaturum prima iuris post Conductum Pasce. Presentibus.

CXII. Mercurii XXIII mensis Marcii (23 marca 1491).

464. Discretus Andreas gracialis de mandato domini retulit se citasse magistrum Andream Bochnya procuratorem nobilis Zophie appellatam(!) ad instanciam nobilis Procopii Corawa appellatum(!) ad horam presentis diei ad prosequendum in causa ab eo puncto, in quo remansit per procuratorem dimissa. Et ibidem Procopii Corawa procurator Nicolaus Harsch repetivit verbo acta prime instancie apportata pro verificacione gravaminis in appellacione restricti, videlicet non administracionis et denegate iusticie, a quo gravamine est hic appellatum, referens se ad ipsa acta et causam examinari et processum monicionis pro viginti marcis decerni ex actis, petentis ratificari dictam obligacionem tanquam per iudicem appellacionis. In presencia magistri Andree impedientis obtencionem monicionis et petentis copiam actorum et pro iustificacione eorundem terminum dicendi contra, et obtinuit prima iuris post Conductum Pasce. Presentibus honorabilibus dnis Kiliano canonico, Nicolao Brodawka, testibus.

465. Andreas Bochnya procurator Stanislai braseatoris de Sczyrzecz protestatus est super ingeniosum Albertum de Stareschyolo, quod eius principalem minus iuste excomunicavit et moleste vexavit, protestantis de reconveniendo pro infamia et iniuria illata.

466. Procopius Corawa constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch in causa, quam movet nobili[1] Zophie, dans *etc.* Presentibus.

CXIII. Lune XXVIII mensis Marcii, in crastino dominice Domine ne longe (28 marca 1491).

467. Discretus Stanislaus eclesie Leopoliensis vicarius de mandato domini retulit se citasse Dorotheam olim relictam Iohannis de Leopoli ad horam presentis diei ad instanciam gse dne Heduigis Romanowska ad videndum reconveniri. Et ibidem magister Andreas Bochnya cavendo de ratihabicione mandati nomine dicte Romanowska proposuit contra | eandem Doro- [373]
theam, quia ipsa ante tempus conventum de curia in civita-

[1] W rkp. dwa razy: nobili.

tem moraturam recessit et per ipsius absenciam perdite sunt due scutelle stannee et una *przystawka*, cantarus stanneus unius mensure alias *czaszna*, omnia in valore sicut media sexagena, petens ipsam compelli ad solvendum et alias ad restituendum. In presencia eiusdem Dorothee animo litem legitime contestando negantis narrata, prout narrantur, et datur ad probandum vel ad deferendum pro omnibus dilacionibus. Et in continenti Andreas procurator ad proposicionem dicte Dorothee respondendo allegavit, quod nunquam ipsam convenit pro aliquo precio pecuniario et suum maritum, sed duntaxat pro novem ulnis panni, et viro suo dedit quinque ulnas panni pro dicto servicio et dicte Dorothee quatuor ulne panni dari debuit, si servicium conventum complevisset. Et datur hincinde partibus ad probandum vel ad deferendum ad primam iuris post Conductum peremptorie et alias ad ea que iuris fuerit faciendum. Presentibus Kiliano canonico, Michaele vicario, Casparo sacrista, magistro Michaele rectore scole.

468. Iohannes Bazalek civis de Grodek ad peticionem ingeniosi Iacobi scolaris de Grodek respondendo allegavit rem iudicatam iure civili et ibidem terminatam per strepitum et figuram iuris Maydboriensi (!), quod probabit pro omnibus dilacionibus. In presencia partis procuratoris protestantis de reprobatoriis et de excipiendo loco, tempore suis. Presentibus.

469. Iaslowyeczky cum Iuraszek in causa instante procuratore dicti dni Iaslowyeczky et petente se restitui in accionem contra dictum Iuraszek per dominum ad tempus Ramispalmarum suspensam ex inductione dicti Iurasek, in cuius contumaciam dominus suspensionem cassavit et ad agendum dictum dnum Iaslowyeczky admisit. Presentibus.

470. Discretus Stanislaus vicarius in Stry et quondam in Dolyna protestatus est de diligencia termini ad instanciam honorabilis dni Iacobi in Dolyna plebani cum condemnacione in expensis. Presentibus.

CXIV. Lune XII[1] *mensis Aprilis, prima audiencia post Conductum Pasche* (11 kwietnia 1491).

471. Providus Stanislaus Hriczko civis de Rohathyn constituit in suum procuratorem magistrum Harsch in causa, quam

[1] Powinno być: XI.

movet seu movere vult et intendit honorabili Mathie plebano in Wassiczyn, dans *etc.* Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Iohanne Pylcziczsky et Kiliano canonico, Michaele Mebroth baccalario, Michaele et Stanislao vicariis. Et ibidem Stanislaus Hryczko civis de Rohathyn petit et exigit tres florenos citra vel ultra ab honorabili Mathia plebano in Wassiczyn intuitu dampni suscepti ex empcione cere inter partes inite et [373v] terminate, quod dampnum suscepit in eadem cera empta, credens eandem valentem prout inter mercatores fieri consuevit, et alias *varunkowy*, quam invenit falsificatam et malam, petens eundem ad solvendum compelli, et casu quo negatum fuerit, ad probandum admitti. In presencia magistri Andree Bochnya procuratoris eiusdem dni plebani (ad hoc legitime constituti protestantis de reconveniendo. In eodem instanti dictum actorem ad hoc citatum per discretum vicarium relacione facta, qui reconvenit in hec verba: petit ab eodem Stanislao Hriczko quinque sexagenas pro quinque lapidibus cere)[1], qui deliberatus in octava respondebit. Presentibus.

472. In causa parcium magnifici dni Michaelis Iaslowyeczsky et Georgii Frederici dominus dicta testium publicavit instante procuratore unius partis citacionem ad hoc offerentis. Et dominus publicavit alterius partis in contumaciam ad hoc citate. Presentibus.

473. Discretus Michael Mebroth baccalarius de mandato domini retulit se citasse magistrum Andream Bochnya procuratorem nobilis dne Zophie glotis Corawa ad instanciam dicti Corawa ad horam presentis diei ad videndum conveniri post iurisdicionem fundatam. Presentibus. Et ibidem Procopius Corawa per procuratorem suum exegit et petit marcas viginti a nobili Zophia sua glote in presenti causa appellacionis tanquam a superstite et legitima tenutaria bonorum per eandem possessorum et occupatorum et per maritum eius vita functum Marcissium Corawa, signanter ville Oppary in districtu Drohobicensi site, quas viginti marcas dictus Martinus Procopio dudum solvere debuerat et non exolvit ex actis prime instancie, quorum hic mediantibus compulsorialibus devenit minuta et pro quibus dictus Martinus excomunicabatur ad instanciam dicti Procopii ordinaria auctoritate Premisliensi et in ipsis sentenciis

[1] Ustęp objęty nawiasem jest w rękopisie przekreślony.

decessit, quem dicta Zophia defunctum surrepticie, ignoratur quomodo, sine partis consensu et sine absolucione sepelliri procuravit in [*in*]iuriam dicti Corawa, quam extimat ad centum florenos, petens eandem in eisdem condempnari et in debito liquide obligato tanquam legitimam superstitem ad solvendum compelli ex obligacione prefata, casu quo negatum fuerit, ad probandum admitti. In presencia Andree Bochnya petentis terminum ad excipiendum et alias ad respondendum, et obtinuit ad quindenam.

474. Paulus Geruch vicarius de mandato domini retulit se *[citasse]* ingeniosum Iacobum scolarem ad instanciam gsi Demetrii de Chodorowstaw ad videndum reconveniri ad horam presentis diei. Et ibidem Andreas procurator dni Demetrii re-
[374] conveniendo petit et exigit | a dicto Iacobo fratre olim Zacharie vita functi olim factoris in Zudaczow quinque marcas pro pratis falcastratis in Byalebrzegy propria voluntate in prefatis bonis Byalebrzegy et ad proprios usus convertit, item tres marcas pro tribus bobus in villa ipsius dni Demetrii dicta Mlodzencze, quos idem Zacharias recepit alias *povolczyszna*, item petit sex marcas pro kmethone dicto Hricz, quem deduxit alias *wykoczowal*, petens prefatum Iacobum tanquam superstitem dicti Zacharie ad solvendum cogi et compelli, quod si negatum fuerit, offert se probaturum. In presencia eiusdem Iacobi, qui deliberatus in quindena contradicet, et quantum ad proposicionem dicti Iacobi, Andreas procurator respondendo negavit narrata, prout narrantur, petens petita fieri non debere, et datur ad probandum vel ad deferendum pro omnibus dilacionibus. Presentibus.

475. Stano Clopar per suum procuratorem Nicolaum Harsz protestatus est de tercia et ultima diligencia contra discretum Iacobum Bruchnal presbiterum gracialem non probantem suam intencionem, prout probare debuit, et petendo absolvi ab instancia et ab impeticione cause cum protestacione de expensis, in contumaciam partis.

476. Smerekowska per magistrum Nicolaum Harsch ad instanciam Katherine mulieris de Vynnyky accusata ob non responsionem proposicionis pronunciatur ex subductione termini requisiti feria sexta magna.

477. Magistri Georgii altariste in causa cum nobilibus Katherine Krznylowska et Iohannis Zurathynsky parcium ex adverso visis productis hincinde per partes datis, non obstante

dictorum excipiendorum duplicandorum et quadruplicandorum opposicionibus et allegacionibus impugnancium iurisdicionem datis, per ea, que in causa ex replicacionibus didicimus, pronunciamus nos cause et partibus iudicem competentem, decernendo fore proposicioni prefati magistri Georgii respondendum et ad ulteriora coram nobis procedi, nostra sentencia interlocutoria iusta mediante.

478. Discretus Caspar eclesie Leopoliensis vicarius de mandato domini retulit se citasse discretum Nicolaum procuratorem nobilium Katherine Krznylowska et Iohannis Zurathynsky ad instanciam magistri Georgii capellani de Leopoli ad horam presentis diei ad videndum interloqui in causa[1] inter partes vertente. Et ibidem dnus officialis per verbalem interlocutoriam interlocutus[2] est per hec verba, presentibus procuratoribus hincinde consencientibus: in causa magistri Georgii altariste eclesie Leopoliensis fraternitatis et nobilium Katherine Krznylowska et Iohannis Zurathynsky, non obstantibus eorum excepcionibus forum nostrum declinantibus, interloquendo pronunciamus, ex quo legacio | et donacio per legatarios ad causas [174v] pias sit facta, compellimus peticioni dudum apud acta facte respondendum fore et responderi debere, nostra sentencia interlocutoria iusta mediante. In presencia Nicolai procuratoris dictorum nobilium prefatorum terminum petentis ad quindenam ad respondendum infra hinc a feria sexta proxima ad quindenam computandorum (!) et obtinuit. Presentibus.

CXV. Die Mercurii XIII mensis Aprilis (13 kwietnia 1491).

479. Discretus Nicolaus Brodawka presbiter gracialis de mandato domini retulit se citasse magistrum Andream Bochnya procuratorem discreti Stanislai Wyelgosz de Brzoszdowcze ad videndum responderi peticioni dudum pro parte honorabilis Petri Wolsky plebani in Chodorowstaw facte ad horam presentis diei. Et ibidem Andreas procurator dicti Stanislai animo litem legitime contestandi negavit narrata, prout narrantur, quantum ad recepcionem pannum brunaticum ad servandum datum, quantum autem ad conducendum fratres ad sepelliendum fratris defuncti testatoris allegavit, quod ipsum expectavit ultra horam

[1] W rkp. dwa razy: in causa.

[2] W rkp. interloculocutus.

solitam per ipsum dnum Petrum assignatam et limitatum (!), quantum vero ad testamentum opposuit nullum credere nisi viderit productum. In presencia procuratoris eiusdem, qui obtulit se producturum testamentum, et habens pro responso obtulit se probaturum suam intencionem. Et datur ad probandum vel ad deferendum pro omnibus dilacionibus.

CXVI. Die Veneris XV mensis Aprilis (15 kwietnia 1491)

480. Discretus Iohannes plebanus de Czeszky retulit se citasse honorabilem dnum Andream procuratorem Stanislai braseatoris ad instanciam Alberti scolaris, assignando eidem terminum ad ferendum sentenciam a (!) horam presentis diei. Presentibus venerabili et discreto magistro Thoma canonico, Michaele baccalario, testibus ad premissa. Et ibidem dominus pronunciacionem sue intencionis super ferenda sentencia suspendit ad quindenam ob spem concordie.

481. Discretus Michael vicarius eclesie Leopoliensis retulit se citasse gsum Iuraschek Frederi[*ci*] personaliter apprehensum ad instanciam Iaszlowyeczky eciam per se ad horam presentis diei ad videndum concludi in causa. Et dominus decrevit copias partibus et terminum dicendi contra ad octavam. Presentibus.

482. Honeste Dorothee mulieris de Leopoli famule dne Romanoszka iuxta termini dependenciam per delacionem iuramenti decisorii dicta mulier offerebat se iuraturam tangere sacras
[375] scripturas. In presencia procuratoris magistri Andree, qui | dictum iuramentum indulsit et relaxavit. Et ibidem dicta evasaria Dorothea, in quantum ad suam proposicionem recedendo a probacione remisit consciencie et iuramento ad ex adverso principalis dicte dne Romanowska prestandum iuramentum decisorium per dominum prefixum ad octavam etc.

483. Simon plebanus in Lopaczyn constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch in causa et causis, quam et quas movet seu movere vult et intendit circumspecto Petro Schado iurato et sartori Leopoliensi occasione cuiusdam equi arrestati, dans *etc.* Presentibus.

484. Scolares de prima et secunda divisione scole Leopoliensis manu coniuncta petunt fertonem a discreto Martino eclesie Leopoliensis vicario pro lectura psalterii et quod ipsis proprio motu et auctoritate psalterium tempore quadragesimali manda-

vit cantare et legere, qui compleverunt et perfecerunt iuxta contractum cum ipso dno Martino initum, petens ipsum ad solvendum cogi et compelli, in presencia eiusdem, qui deliberatus in quindena respondebit. Presentibus.

CXVII. Die Mercurii XX mensis Aprilis (20 kwietnia 1491).

485. Stanislaus Sepyothka de Camyonka in causa habita cum Margaretha muliere de Grodek revalidando suorum testium attestaciones prestitit calumpnie iuramentum in hec verba: nullam aliam pecuniam recepisse ab eadem femina nisi quam demeruit et deservivit, videlicet unam sexagenam, pro qua ad petita duas vias in Luczko fecit et continuavit. Presentibus Nicolao Camenecz presbitero graciali, Kiliano, Mathia servitore canonicorum et Nicolao Harsch.

CXVIII. Veneris XXII mensis Aprilis, in vigilia sancti Georgii et Adalberti (22 kwietnia 1491).

486. In causa Georgii Frederici cum magnifico dno Michaele Iaslowyeczsky datur terminus idem faciendi contra testes parti Georgio ad octavam peremptorie sub conclusione. Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Kiliano, Iohanne Pylcziczsky canonicis, Iohanne Myskowsky preposito, Michaele vicario.

CXIX. Mercurii XXVII mensis Aprilis post festum sancti Marci proxima (27 kwietnia 1491).

487. In causa gsi dni Demetrii Chodorowsky et Iacobi scolaris parcium magister Andreas Bochnya procurator dicti Demetrii protestatus est de prima dilacione contra dictum actorem, tanquam rei procurator, nichil facientem super sua intencione. Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Iohanne Pylcziczsky, Kiliano canonicis, Iacobo Bruchnal, Stanislao Szocha notario publico.

488. Nobilis dnus Nicolaus Goldacz constituit in suum procuratorem magistrum Andream Bochnya in causa, quam sibi movet et movere intendit | nobilis dna Clara alias Mylochna re- [375v]
licta olim Goldacz, dans *etc.*

489. In causa nobilis Zophie de Myslathycze appellate magister Andreas Bochnya procurator eiusdem animo et intencione litem legitime contestando negavit, quod dna Zophia aliquid

teneret ultra suam dotem, quare non tenetur solvere aliqua debita prioris mariti sive obligata neque dicto Procopio Corawa appellantis(!), item de sepultura mariti sui, ut asseritur, in sentenciis mortui et sepulti, respondit, quod dominus non debet corrigere excessus alterius diocesis, sed dnus loci ordinarius proprie diocesis cum suis beneficiatis, quantum ad obligacionem respondit eam fuisse per maritum eius sine sciencia domine et sine consensu affirmatam. In presencia Nicolai Harsch petentis partem compelli ad specificandam dotem, qui dixit se literis probandam, quantum autem ad bona procurator dicti Corawa opposuit dnam Zophiam teneri ultra bona in reformacione dotis sibi facte Dolhe et .... [1], quam asseruit fuisse levis extimacionis et non similis intuitu dotalicii recompense, eandem Zophiam possidere villam Opary in districtu Drohobicensi sitam, ubi habetur specialis curia cum piscina, bona tenute dicte Zophie non in dote, sed post mortem sui mariti intuitu puerorum, quos penes se fovet tanquam tutoria conservacione, tenendo et possidendo dictam villam Oppary cum omnibus utilitatibus et laboribus seorsum distinctam et limitatam, quare ad debita defuncti mariti tanquam successor est obligata, ex deductis petens se dictus procurator Procopii ad probandum admitti et literas remissoriales et alias opportunas decerni. Et dominus revisis hincinde parcium allegacionibus interloquetur deliberatus.

490. Iacobus clericus iuxta dependenciam termini ad proposicionem reconvencionalem respondendo allegavit universa obiecta et proposita contra eius fratrem Zachariam mortuum facta fuisse per certos arbitros suffocata et extincta ac in totum complanata salvo eo, ad invencionem videlicet dicti Zacharie solvendi quinque marcas, in quas dictus Iacobus successit post manum mortuam sui fratris, referens se ad dictos assessores et arbitrales compositores, petens se ad probandum admitti tam super principali negocio suo quam super presenti responsione. Et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus.

491. Stano Clopar consulis Leopoliensis et honorabilis Iacobi Bruchnal presbiteri gracialis parcium in causa Nicolaus Harsch reproducta citacione iuxta dependenciam termini ex citacione, presente parte dicto Iacobo, hora terciarum ad videndum

[1] W rkp. miejsce wolne na wpisanie nazwy.

ab instancia et impeticione ob defectum probacionis intencionis dicti Iacobi infra dilaciones a iure limitatas absolvi se petentis(!) et in expensis ob indebitum tractum | asertum condempnari [376] cum silencio in perpetuum imposito. Ibidem dnus auditor Leopoliensis hora vesperorum servari consueta dictum Stano ab instancia cause et impeticione absolvit et silencium non probanti perpetuum imposuit, eo nichilominus in expensis taxandis et reservandis condempnavit. Presentibus.

492. Nicolai Gromaczky executoris testamenti olim dni Rosa partis appellate instante procuratore magistro Nicolao Harsch, reproducente realiter et cum effectu et verbo repetente excepciones nomine sue partis contra testes in secunda instancia inductos vigore appellacionis et remissorialium literarum per dnum Stanislaum Dersnyak appellantem, in cuius contumaciam petivit sibi tanquam contra negligentem in suis diligenciis citacionem per edictum publicum ad primam iuris decerni ad videndum dictas excepciones repeti et reproduci et ea que iuris sunt continuari et observari propter absenciam tam principalis quam procuratoris, processum cause negligentis. Et dominus ex certis respectibus attenta consuetudine dudum sui consistorii et observancia iuris esse vigilantibus subvenire, negligentes non advertere, citacione per edictum decerni recusata, micius agere intendens et volens contra dictum Dersnyak principalem aut suum procuratorem, in locum, in quo reperiri valeant, decrevit et premisit in forma solita fieri et consueta, dicto procuratore Nicolao Harsch habente pro ratho et protestante in contumaciam partis de repentinarum fatigis et impensis futuris auctis et augendis. Presentibus.

493. Nicolaus Harsch iudicialiter comparens reproducta citacione legitime executa contra Petrum Schado, sartorem de Leopoli proponit, quod sine eius voluntate equum sibi deperditum et de extraneis manibus raptum, quem cognovit esse suum et fidedignorum testimonio comprobavit, apud eundem reum inventum et per ipsum occupatum muricei coloris, empcione extimata trium florenorum cum tribus grossis, petens eundem sibi compelli ad restituendum, in contumaciam partis ad hoc citate per discretum Paulum Geruch vicarium citacione et relacione facta, accusando contumacem non comparentem, contra quem dnus auditor citacionem aliam decrevit et premisit.

494. In causa gsorum dne Clare alias Mylochna vexillifere Haliciensis olim et Nicolai Goldacz datur terminus ad felicem adventum gsi dni Stanislai de Chodecz infrahinc ad festum sancte Trinitatis et alias maxime ad festum sancti Iohannis extunc immediate sequentis, sin autem celerius venerit, extunc in septimana partes coram eo in Rohatyn comparebunt ad prosequendam concordiam et terminandam, quam olim magnificus dnus Nicolaus castellanus Leopoliensis cum certis assessoribus occasione dotis et aliis differenciis inter partes adinvenit et ibi partes cum priori concordie adinvente debent esse contente et parere, alias si partes ibidem non composuerint, extunc actio et terminus idem faciendi hic continuabitur coram domino, salvis parcium hincinde iuribus et illesis et protestacione salva super impensis et expensis.

495. Dnus auditor in causa inter dnum Stano vertente ex una et dnum Iacobum partibus ab altera interloquetur et super facto cognoscet. |

[376v] **496.** Discretus Gregorius de Zimnawoda vicarius petit ab egregio [1] dno Georgio doctore plebano de Zimnawoda marcas duas, unam conventam pro servicio et aliam pro expensis, quas sibi continue dare debuit et secum condictavit, quod sibi dare recusavit, petens ipsum ad solvendum compelli. Item gravi in querela contra eundem proposuit, quod ipsum violenter in domo sua propria pugno fortissime recollecto ad caput, ad scapulos percussit, capillavit, verbis pessimis infamavit, appellando furem, latronem, hereticum, bibulum, quam infamiam et percussionem ad centum marcas extimat, petens eundem in petitis condemnari et ad solvendum compelli. In presencia magistri Andree Bochnya procuratoris eiusdem dni doctoris, qui deliberatus in XV respondebit, et actor casu quo negatum fuerit, obtulit se probaturum pro omnibus dilacionibus, non astringens se ad onus superflue probacionis. Presentibus.

CXX. Veneris penultima Aprilis post festum sancti Marci Evangeliste proxima (29 kwietnia 1491).

497. In causa parcium magistri Nicolai Harsch actoris cum Petro Szado terminus ob spem finalis adinvencionis pro

[1] W rkp. egregorio.

equo sub assessoria certorum arbitrorum, ex parte Nicolai dni auditoris solius et magistri Thome cum dno Pylczyczsky, ex parte vero civis medio dnorum consulum actionem finiendam in simul congregatorum in redditu dictorum consulum. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Iohanne Pylcziczsky, Kiliano canonicis, Andrea Bochnya, Nicolao Brodawka, Iacobo Bruchnal, Andrea de hospitali, testibus circa premissa.

498. Nicolaus Brodawka presbiter gracialis de mandato domini retulit se citasse providum Paulum opidanum de Zudaczow ad horam presentis diei ad perhibendum testimonium veritatis in causa vertente inter Zophiam et Korawa super villa Oppary, qui ibidem prestitit iuramentum, in presencia procuratoris magistri Andree Bochnya, deponendo fuisse in eadem villa Oppary, tenendam per olim Corawa, dum vixit, in districtu Drohobicensi sita.

499. In causa parcium Iacobi Cracoviensis studentis, ex adverso Iohannis Bazalek civis de Grodek, occasione tugurii absolvitur ab instancia et impeticione dicti studentis ex iuramento prestito testium iuratorum, Petri et Alberti, super re in eorum iure iudicata et finita, cum silencii imposicione, cum condemnacione in expensis, quarum taxacio reservatur in posterum.

500. Stano cum dno Iacobo presbitero graciali de Leopoli parcium in causa dnus auditor negocium totum suspendit usque ad adventum testium dni Iacobi. Presentibus.

501. Discretus Iacobus presbiter gracialis de mandato domini retulit se [*citasse*] magistrum Andream Bochnya et Nicolaum Harsch procuratores parcium Iohannis de Rokythnycza et Barbare scribisse de Premislia ad horam presentis diei ad videndum interloqui, et dominus interlocutus est in scriptis. Presentibus. [

502. Discretus Nicolaus Brodawka presbiter gracialis de [377] mandato domini retulit se citasse magistros Nicolaum Harsch et Andream Bochnya procuratores parcium Iohannis clerici de Denow appellantis et Petri Wayschpelcz appellati ad videndum interloqui ad horam presentis diei, et dominus interlocutus est.

CXXI. Mercurii quarta mensis Maii, in crastino Invencionis sancte Crucis (4 maja 1491).

503. Domslar Stanislai clerici et studentis in causa comissaria Sedis apostolice cum nobilibus dnis Procopowye, vide-

licet Andrea et Procopio, parcium, hincinde ex certis respectibus eventualiter attentis per dominum, belli videlicet et aliarum minarum per vicinos emulos, Valachos et predones concordiam turbancium, in litera decrevit, accedente consensu procuratoris dicti Domslar, absolucionem infra hinc ad festum sancti Iohannis, reservando repentinas impensarum et fatigarum pro eodem termino peremptorie solvendas sub ea cautela, postquam dicti principales per se aut subordinatam personam cum plenaria informacione in eodem termino vel circa eundem terminum iuridicum immediatum comparuerint, sin autem non comparuerint, extunc reintrusioni vel gravioribus processibus subiacebunt ipso facto in eos fulminandis. Presentibus honorabilibus dnis Iacobo Bruchnal, Andrea Bochnya, Mathia subdiacono.

504. Comparens personaliter nobilis dnus Georgius Frederici de Leopoli nomine suo, reproducta presenti litera infrascripta, debita cum instancia petivit et postulavit, ut suum sortiretur effectum ad acta presencia introduci et in audiencia publica ingrossari, et dnus auditor presidens attenta peticione iusta et racioni consona admisit, cuius litere tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis:

Nos Michael de Iaslowyecz heres et capitaneus in Czyrwonogrod recognoscimus tenore presencium, quibus expedit universis presencium noticiam habituris, iudicibus spiritualibus et eclesiasticis ubilibet constitutis, quia nobili Georgio Frederici de Leopoli veri et certi debiti ac iusti tenemur et obligamur quatuordecim equas electas unacum pullis alias *lonskyę szrzebyatha*, ipsis adiunctis et additis cuilibet eque, pro festo Assumcionis Marie proxime instanti pro palio de axamentho coloris flavei, quas equas prenominatas unacum pullis alias *szrzabyathy* promittimus, obligamur et spondemus prenominato Georgio ad tempus predictum et nostris sumptibus easdem in Leopoli statuere et locare tenebimurque sub penis excomunicacionum et censuris eclesiasticis, omnibus appellacionibus, dilacionibus, que dictam solucionem possent impedire, ab omni iure suo terrestri et a districtibus suis recedendo, prenominatum
[377 v] Georgium | nullis literis regalibus, bello, convencione, colloquio, prescripcione neque aliqua re excogitata subsidiaria evadendo absque omni contradictione, et quicquid in auxilium reciperemus, hoc nobis cedere debet in ammissionem, pro quorum om-

nium complecione per honorabilem Clementem Gor baccalarium altaristam Leopoliensem fecimus nos monere et nunc admittimus et consentimus, ut si premissa quoquomodo adimplere neglexeremus, extunc prima die iuris post festum Assumcionis Marie Virginis aut quando ipse Georgius voluerit et nos citare permitteremus, debemus comparere in ipso termino tanquam peremptorio coram dno officiali Leopoliensi pro tempore existenti et ibidem absque omni contradictione si non solveremus sentencie excomunicacionis subiici, qui dnus officialis poterit nos et potens erit omnibus eciam et maioribus excomunicacionum sentenciis excomunicare ad instanciam eiusdem Georgii tamdiu, quousque illi condignam dictarum equarum unacum pullis satisfactionem impendemus, ad quod nos subiicimus tenore presencium mediante. In cuius rei testimonium sigillum nostrum est appensum. Actum et datum Leopoli feria tercia post festum sancte Agnetis anno Domini millesimo quadrigentesimo septuagesimo primo (*22 stycznia 1471*). Presentibus gsis et nobilibus Iacobo de Podhaycze, Iohanne Czyran de Syemyenowka, Myclasz Wyelunsky, civis Leopoliensis Czomberk, Iohanne Wyssoczsky et aliis quam pluribus ad premissa fidedignis testibus.

Nos Andreas Frydro de Pleschowycze castellanus Haliciensis et Paulus de Petrylow significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quomodo veniens coram nobis dnus Iuraszek Frydrich civis Leopoliensis recognovit, quia magnifico dno Michaeli de Buczacz Iaslowyeczsky capitaneo Czyrwonogrodnensi vendiderat palium axamithi flavei coloris pro quatuordecim cabellis cum pullis, et idem Iuraschek asserit se habere super eundem magnificum dnum Michaelem quasdam membranas sub sigillis eiusdem dni Michaelis, quas super se sibi dicto dno Iareschek dedit, ideo idem dnus Michael coram nobis totalem et realem solucionem fecit et dedit dicto dno Iurasek quatuordecim cabellas cum pullis, quas predictus Iurasek coram nobis recepit, et idem Iurasek iam debet et pollicitus est et per presentem literam nostram se inscribit prefato dno Michaeli istas membranas restituere et in manus extradere vel inscripciones, si quas habet super eundem dnum Michaelem, sub vadio quinquaginta marcarum monete et numeri polonicalis, in quamlibet marcam quadraginta octo grossos computando, in quatuor septimanis. Si, quod absit, sibi dno Michaeli non resti-

tuat aut reddere neglexerit, extunc istud vadium dno Michaeli succumbet, quod vadium concernit predicto dno Michaeli et erit in essencialem pecuniam, pro qua predictus dnus Michael
[378] dictum Iurasek alias Georgium potens erit ipsum | citare pro vadio suprascripto in quodcunque ius voluerit, sive spirituale sive seculare castrense Leopoliense vel saltem terrestre Leopoliense vel eciam theutunice(!) Leopoliense, et prefatus Iurasek si se citare permitteret in quodcunque ius suprascriptum et in primo termino debet stare et parere et causam suam ammittere et perdere, sed nulla re excogitata predictus Iuraszek ipsum dnum Michaelem debet evadere, si quid idem Iuraszek alias Georgius sibi recipere voluerit in subsidium, et per eandem causam omnia perdere debet. In cuius huius litere rei testimonium et robur sigilla nostra sunt subappensa. Actum et datum in Iaslowyecz feria sexta post festum sancti Georgii martiris gloriosi anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo (*24 kwietnia 1472*) coram nobilibus dnis Allexandro alias Goworek de Chmyelowa, Stanislao Thorsky, Iohanne de Karwow protunc vicecapitaneo Czyrwonogrodiensi, Wassyutha de Charythanowcze, Syenkone de Hwhrynykowcze, Nicolao de Wyrzbowcze et quam pluribus fidedignis circa premissa. Ingrossata ex originalibus ad peticionem parcium petencium cognosci et iusticiam ministrari.

CXXII. Veneris sexta mensis Maii (6 maja 1491).

505. Discretus Nicolaus Brodawka presbiter gracialis de mandato domini retulit se citasse magistrum Nicolaum Harsch tanquam procuratorem dni Stano ad instanciam discreti Iacobi presbiteri gracialis ad videndum publicari dicta testium nomine ipsius dni Iacobi inductorum, ad horam presentis diei. Et dominus publicavit in presencia partis procuratoris terminum dicendi contra, et obtinuit ad octavam. Presentibus honorabilibus dnis Iohanne Pylcziczsky, Kiliano canonicis, Andrea de hospitali.

506. Stanislaus opidanus de Bobrka ex parte dne Katherine Coczarowska inductus super intencione sue probacionis ad hoc citatus prestitit iuramentum in presencia principalis partis et procuratoris citatorum protestantis de dandis interrogatoriis. Presentibus.

507. Katherine de Wynnyky et Madlene Smarekowska

parcium in causa animo litem legitime contestandi dicta rea fassa est duos equos, quos dominus decrevit solvendos pro die dominica proxima sub censuris eclesiasticis in ipsam ipso facto ferendas(!), per discretum Andream monita per eum relacione facta. Super residuo dicta rea negavit narrata, prout narrantur, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus. Et in continenti actrix remisit consciencie ree, que ibidem iuravit, quod cussinos tres non recepit.

508. Discretus Michael eclesie Leopoliensis vicarius retulit se citasse de mandato domini Iohannem Pyerzynka civem Leopoliensem tanquam testem in causa vertente inter Zophiam et Procopium Corawa super tenuta ville Oppary ad horam presentis diei, qui ibidem iuravit in presencia partis procuratoris.

509. Barbara Sopczyna tabernatrix de Prussy constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch in causa, quam movere vult et intendit discrecto Iohanni plebano in Prussy, dans *etc.* Presentibus. |

510. Nobilis dnus Nicolaus Goldacz constituit in suum [378r] procuratorem magistrum Andream Bochnya in causa, quam sibi movet seu movere vult et intendit nobilis Katherina Coczarowska, dans *etc.*

CXXIII. Lune nona mensis Maii (9 maja 1491).

511. Discretus Iacobus eclesie Leopoliensis vicarius de mandato dni auditoris retulit se citasse venerabilem dnum Nicolaum Camyenyecz ut et tanquam procuratorem gsi dni Stanislai Dersznyak de Rokythnycza succamerarii Premisliensis ad horam presentis diei ad instanciam magistri Nicolai Harsch procuratoris venerabilis dni Nicolai Gromaczski executoris testamenti olim Rosza ad videndum excipi contra testes reprobatorios in secunda instancia inductos nomine partis appellate dni Stanislai Dersznyak. Et ibidem procurator dicti dni Gromaczski reproduxit realiter in scripto suas excepciones contra huiusmodi testes. In presencia eiusdem Nicolai de Tharnawa procuratoris ex adverso obtinentis terminum replicandi et copias petentis ad secundam iuris, et obtinuit, que erit tredecima Maii mensis prefati. Presentibus discretis Michaele, Stanislao vicariis et Casparo sacrista, testibus circa premissa.

CXXIV. Die Mercurii XI mensis Maii (11 maja 1491).

512. Discretus Iacobus presbiter de Comorno proposuit contra nobilem Stanislaum Pirka officialem de Grodek pro viginti truncis siliginis et duodecim truncis tritici, que sibi dictus Stanislaus existens servus gsi Derslai Vylczek de Lubyenye pro servicio retinuit, petens ad solucionem compelli. In presencia eiusdem Stanislai animo litem contestantis et allegantis, quod ea, que dnus Vilczek dare mandavit, illa dno Iacobo extradidit, nec sibi constat de aliqua frugum retencione nec convencione, de quo precio et solario dictus dnus Iacobus servivit dno Derslao, neque racionem de extraditis dictus Stanislaus dno Derslao fecit, nisi ea, que in mandatis a domino suo habuit, dedit, et actor probabit, quod dnus Stanislaus Pirka omnia ad racionem domino suo posuit, pro omnibus dilacionibus. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Nicolao Brodawka, Andrea Bochnya
[379] presbiteris, Procopio Corawa, | Iohanne Pirka vicepalatino Leopoliensi et aliis quam pluribus circa premissa testibus.

513. Prorogatur terminus infra hinc per unum mensem inter honorabilem Gregorium vicarium in Zimnovoda actorem ex una et venerabilem dnum Georgium de Drohobicz doctorem partibus ex altera. Si autem non parebit, pronunciabitur contumax. Presentibus.

CXXV. Die Veneris XIII[a] Maii (13 maja 1491).

514. Honesta Anna virgo olim Czornbark filia de Leopoli constituit suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch in causa et causis, quam movet seu movere vult et intendit nobilibus Dorothee Szwynczina de Pomorzany et Georgio Cunath de Lyesnyowicze, dans *etc.* Presentibus honorabilibus et discretis viris Iacobo vicario, Michaele Mebroth, Iohanne Kochanek mansionario, Andrea de hospitali et Nicolao Brodawka presbiteris et gracialibus, testibus circa premissa.

515. Famosus Martinus torator civis Leopoliensis super federe matrimonii agendo contra Annam servilem famosi dni Zarogowski petit eam compelli ad consumendum matrimonium in facie eclesie copula eclesiastica contrahibili iuxta votum et verba inter eos consumata, matrimonialem affectum causancia, ea videlicet: ego te recipio in meam et ego te in suum, et mu-

tuo se suscipientibus intervencione et medio honestarum personarum tam virorum quam mulierum circa contractum presencium, offerens se probaturum dictum affectum susceptum, casu quo negatum fuerit, petens se ad probandum admitti. In presencia dicte Anne negantis contractum et affectum matrimonialem eidem fuisse ostensum nec eundem aliquando habere in maritum suscipere, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus.

516. Discretus Nicolaus presbiter gracialis de hospitali retulit se citasse magistrum Nicolaum Harsch tanquam procuratorem Barbare scribisse de Premislia ad horam presentis diei ad instanciam Iohannis de Rokythnicza ad videndum libellum produci post fundatam iurisdicionem, quem ibidem magister Andreas produxit, in presencia dicti procuratoris [*petentis*] respondendi terminum ad quindenam, et obtinuit cum protestacione per eum facta et de reconveniendo, et ibidem produxit reconvencionale salva correctione. Presente dicto Andrea Bochnya ex adverso procuratore ad hoc citato per discretum Iacobum presbiterum gracialem de mandato domini, ibidem ad eandem horam apprehensum, qui ibidem deliberatus a simili pari passu terminum obtinuit respondendi ad quindenam.

517. Barbara Schopczyna actrix proponendo contra honorabilem Iohannem plebanum de Prussy petit ab eo marcas tres cum media certi debiti vadiati mutuati per certos amicabiles compositores ad | inventi ex concordia inter dictas partes adin- [379v]
venta, qui dni arbitri lites inter partes per prius motas singulas extinxerunt et suffocaverunt, salvis dictis tribus marcis cum media solvendariis sibi dne actrici, petens eundem ad solvendum admitti. In presencia dicti Iohannis principalis ex adverso ad deliberandum ad quindenam.

CXXVI. Lune XVI mensis Maii (16 maja 1491).

518. Discretus Iacobus de mandato domini citavit nobilem dnum Stanislaum laryczowsky ut et tanquam testem Iacobi scolaris contra dnum Demetrium Chodorowski, qui prestitit iuramentum, in presencia procuratoris magistri Andree Bochnya protestantis de interrogatoriis dandis.

519. Discretus Michael vicarius durante audiencia de man-

dato domini citavit honestum Nicolaum civem Leopoliensem tanquam testem inductum contra dnam Zophiam, qui ibidem iuravit de veritate dicenda in presencia magistri Andree Bochnya procuratoris ex adverso. Et in eodem instanti procurator dni Procopii produxit literam super dicta villa Oppary regalem autentico sigillo communitam, petens cognosci super eadem et parti iusticiam ministrari.

520. Discretus Michael viccarius eclesie Leopoliensis de mandato dni officialis retulit se citasse honorabilem dnum Iohannem prepositum in Colomia ad videndum contra ipsum proponi pro parte consulum ibidem de Colomia. Presentibus.

521. Discretus Andreas procurator et nomine procuratorio providi Iohannis de Colomia, qui nomine consulum proponi fecit et proposuit, quomodo discretus Iohannes prepositus hospitalis in Colomia, non attenta concordia per venerabilem magistrum Thomam facta sub privacione beneficii, de Colomia discessit, pauperes infirmos ibidem degentes sine aliqua ordinacione dimisit, ita quod multi sine confessione et procuracione sacre Eucaristie mortui sunt et sepulti in grave anime sue periculum et scandalum Christi fidelium plurimorum faciendo. Item Sacramentum est vetustate consumptum et per tineas demollitum et in pulveres redactum ipsius negliencia et incurabilitate, timorem Dei omnipotentis non precavens et animam suam gravi vinculo consciencie convinciendo, petens eundem dicto beneficio privari iuxta concordiam prius habitam et in actis contentam. Item manum ligneam deauratam cum copia reliquiarum sanctorum ibidem conscriptorum ab eclesia hospitalis alienavit et nescitur quo eandem defecit, petens ad restitucionem aut valo-
[380] rem earundem restituat. In presencia | eiusdem petentis ad deliberandum prima die iuris post festum sancte Trinitatis, si pax in illis partibus fuerit, alias partes in domo circa propria manebunt. Presentibus.

522. Circumspectus Iohannes de Colomia consul constituit et solenniter ordinavit suum verum et legittimum procuratorem honorabilem dnum Andream Bochnya nomine suo et aliorum consulum in causa et causis, quam et quas sibi et eis movet honorabilis dnus Iohannes prepositus ibidem de Colomia, dans *etc.*

CXXVII. Mercurii XVIII mensis Maii (18 maja 1491).

523. Honesta Anna de Kamyenyecz serva protunc famosi dni Zarogowsky civis de Leopoli prestitit iuramentum, quod provido Martino coraci [1] matrimonium per verba de presenti non vovit nec voluntatem aliquam cum eo contrahendi habuit, et dominus partes absolvit ac vota matrimonii libere convolandi. Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Nicolao Camyenyecz, Kiliano, Iohanne Pylcziczski canonicis et magistro Andrea Bochnya procuratore.

524. Honorabilis Iohannes Theophili propositus hospitalis in Colomya constituit et solenniter ordinavit suum verum et legittimum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch in causa et causis, quam et quas movet seu movere vult et intendit provido Iohanni sutori civi de Colomya et aliis consulibus ipsius complicibus se ad interesse putantibus, dans *etc.* Presentibus.

CXXVIII. Veneris XX mensis Maii ante festum Pentecosten (20 maja 1491).

525. Stanislaus Socha de Leopoli clericus constituit et solenniter ordinavit magistrum Andream Bochnya in suum procuratorem in omnibus suis causis, quas movere vult et intendit contra et adversus nobiles dnos Petrum Pyotrowski, Cleopham de Zablothow, Katherinam Buczaczska heredes et alias quascunque personas, dans *etc.* Presentibus ibidem magistro Thoma, Kyliano canonicis, Michaele et Nicolao Brodawka.

526. Discretus Mathias vicarius de mandato domini citavit magistrum Andream Bochnya tanquam procuratorem braseatoris in Sczyrzecz ad instanciam Alberti clerici ad horam presentis die(!) ad videndum sententiam ferri, et dominus distulit ob spem composicionis inter partes fiende. Et ibidem in alia causa Stanyn eclesiam concernente interlocutum est. Presentibus. |

527. Andreas Bochnya procurator Stanislai Szocha petit [380v] octo marcas a nobili Petro Pyothrowsky sibi per Stanislaum de Colomya legatas et donatas per olim patrem donatoris obligatas, petens ad solvendum compelli, et in presencia dni Petri

[1] = torator (płatnerz), zob. wyżej zap. 515.

animo litem legitime contestandi negantis narrata, prout narrantur, petens petita fieri non debere, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus. Presentibus honorabilibus dnis Kiliano canonico, Martino Romano vicario, Nicolao Brodawka, Nicolao Harsch procuratore, testibus.

528. Venerabilis dnus Iacobus Guth canonicus Chelmensis et curatus in Dolyna omnibus melioribus, modo, via, iure, causa et forma, quibus melius et efficacius potuit et debuit, fecit, constituit et solemniter ordinavit suum verum et legitimum procuratorem magistrum Andream Bochnya in causa et causis, quam et quas movere vult et intendit discreto dno Stanislao vicario in Stry occasione cuiusdam testamenti ut asseritur eclesie in Dolyna per olim dnum Laurencium antecessorem eidem eclesie in Dolyna legati, dans *etc.* Presentibus.

529. Honorabilis dnus Stanislaus vicarius in Stry constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch in causa et causis, quam movere vult et intendit venerabili dno Iacobo Guth canonico Chelmensi et in Dolyna plebano, dans *etc.*

CXXIX. Audiencia Lune penultima mensis Maii, in crastino sancte Trinitatis (30 maja 1491).

530. Stanislaus consul de Drohobycz et Clemens et honorabilis Mathias plebanus in Iaryczow testes inducti citati iuraverunt in presencia partis procuratoris magisti Andree Bochnya ad hoc citati, protestantis de dandis interrogatoriis. Presentibus venerabilibus honorabilibus dnis doctore Georgio, Kiliano, Iohanne Pylcziczsky canonicis, Simone in Lopaczyn, Iacobo Guth in Dolyna, Iohanne Myskowsky preposito, Andrea Bochnya, testibus circa premissa.

531. Petri Wospelcz in causa Andreas Bochnya procurator ad intencionem Iohannis clerici ex decreto domini hora vesperorum peremptorie respondendo. Presentibus.

532. Barbare scribisse de Premislia ad intencionem Andreas Bochnya procurator Iohannis de Rokythnycza animo litem legitime contestandi negavit narrata, prout narrantur, hoc ad-
[381] iecto, quod pater | Andris posterius filio Iohanne suo decessit de hac vita. In presencia Nicolai Harsch a simili animo litem legitime contestandi ibidem ad contenta narrata in libello adversarii negavit narrata, prout narrantur, cum hac specificacione,

quod post mortem sui mariti Andris solum obtinuit terciam partem bonorum secundum leges difinitam, cetera vero morte superstitis heredis, qui posterius obiit suo parente perprius mortuo, petens se ad probandum admitti. Et datur ad probandum partibus hincinde intenciones earum super morte, et dominus ad probandum admisit et de consensu parcium procuratorum dominus iudicem remissarium venerabilem dnum Derslaum Skothnyczsky, canonicum Premisliensem deputavit literarum opportunarum cum decreto. Et ibidem dominus decrevit compulsoriales literas pro actis civilibus Premisliensibus in amminiculum evasionis. Presentibus.

533. Honorabilis Iacobi Guth plebani in Dolyna magister Andreas procurator eiusdem cum ex adverso procuratore dabunt in scriptis eorum intenciones ad primam iuris, et ibidem dominus reservavit repentinas ad finem litis.

534. Dorothee pretoriane de Zudaczow instante procuratore eiusdem dominus dicta testium publicavit et copias dandas decrevit in contumaciam partis Iuchno et sui procuratoris.

535. In causa Stanyn Nicolaus procurator nomine eclesie plebani protestatus est de prima dilacione contra non probantem suam intencionem. Et ibidem Paulus Geruch vicarius testis nomine mulieris inductus citatus super testamento, et dnus Stanislaus de Gologori vicarius accusatus pronunciatur.

536. Iacobi clerici in causa dnus Iohannes Thomaschowsky prestitit iuramentum super veritate dicenda, presente Andrea Bochnya ex adverso procuratore, protestante de dandis interrogatoriis.

537. Discretus Caspar eclesie Leopoliensis sacrista de mandato domini retulit se citasse discretum Stanislaum Socha clericum Leopoliensem notarium ad videndum in arresto poni processus contra nobilem Katherinam Buczaczska puellam, contra eandem fulminatos vel fulminandos, si quos habet vel habere pretendit, quia ut asseritur corpore languet, ad horam presentis diei.

538. Discretus Iohannes Crispus, plebanus in Prussy, retulit se citasse magistrum Andream Bochnya tanquam procuratorem dni Nicolai Goldacz ad instanciam Katherine Coczarowska ad horam presentis diei ad videndum prestari calumnie iuramentum per prefatam actricem et testem induci etiam citatum, que

actrix in continenti prestitit calumpnie iuramentum, quod veraciter proposuit contra reum, suum repetendo debitum patri
[381v] reo mutuatum, et ibidem | testis Martinus iuravit, presente procuratore magistro Andrea, repetente interrogatoria per eum data et producta.

539. Iohannis cleriri et Petri Waspelcz appellacionis in causa ad instanciam dicti actoris procurator magister Andreas Bochnya rei citatus secundum dependenciam termino (!) respondendo ad proposicionem negavit narrata, prout narrantur, salva tunica, quam asseruit se recepisse sua uxor post decem annos cum aliis suppellectilibus nomine dotis sue uxoris, de monilibus respondit per verbum non credit, offerens se evasurum secundum quod ius dictaverit iuramento admisso. In presencia magistri Nicolai Harsch procuratoris dicti actoris habentis pro responso et petentis admitti ad probandum suam intencionem, et dominus admisit pro omnibus dilacionibus et iudicem remissarium decrevit dnum Derslaum Skothnyczsky decanum Premisliensem literarum oportunarum cum decreto.

540. Nobili Katherine advocate de Sczklo prorogatur terminus ob spem satisfactionis duorum florenorum ingenioso Andree filio olim Przepyorka de Iaroslaw debitorum infra hinc ad festum Assumcionis Marie proxime instanti (!) sub reintrusione pristinorum processuum.

CXXX. Mercurii prima mensis Iunii (1 czerwca 1491).

541. Discretus Stanislaus eclesie Leopoliensis vicarius de mandato domini citavit magistrum Andream Bochnya procuratorem Zophie ad instanciam Procopii Corawa ad horam audiencie ad videndum peti publicari dicta testium. Et ibidem dominus procuratoribus presentibus publicavit et copias dandas decrevit, excipiendi terminum ad octavam decernendo. Presentibus discretis Nicolao Brodawka, Michaele et Iacobo vicariis, Simone clerico, Michaele Mebroth, testibus.

542. Nobilis Mathias testis inductus citatus pro parte Katherine Coczarowska citatus circa acta prestitit iuramentum de veritate dicenda. In presencia procuratoris magistri Andree ad hoc citati per discretum Iacobum relacione facta, repetentis interrogatoria verbo

CXXXI. Veneris decima mensis Iunii (10 czerwca 1491).

543. Discretus Stanislaus vicarius eclesie metropolitane recognovit se citasse testem Stanislaum familiarem dni Iacobi Czalye ad perhibendum testimonium veritatis in causa vertente inter Katherinam Koczarowska ex una et inter Nicolaum Goldacz ab altera partibus, qui iuravit in presencia magistri Andree Bochnya ad hoc citati. Presentibus venerabili et discretis Kiliano canonico, Nicolao Brodawka graciali, Mathia Maczoska in Iaryczow et Iohanne in Prussy plebanis.

544. Procopio Korawa pro dilacione solucionis facte Nicolao famulo dni Harnesti datur terminus probacionis hinc ad tres septimanas. |

545. Nobilis dnus Georgius Kunath circa acta personaliter [382]
comparens recognovit fieri villam Oppary seorsum limitatam ab aliis bonis divisis, videlicet Rapczicze, Dolhe et Slonsko, offerens se iuraturum, cui indultum est iuramentum per procuratorem partis Zophie. Presentibus.

546. Conventus Corporis Christi per procuratorem magistrum Nicolaum Harsch petit marcas viginti legatas ad pios usus ipsorum conventui et eclesie pro structuris reparandis super provido Iohanne Gluschek opidano in Golygvry demonstratas per nobilem Raphaelem Czemyerzynsky tanquam certum debitum occasione non exsolucionis piscine plenarie contractum. In presencia dicti Iohannis opidani allegantis rem iudicatam et in iure terrestri in Golygvry tunc celebrato omnimodam evasionem. Et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus. Presentibus.

547. Georgius Kunath recognoscendo certi debiti contracti mercibus videlicet stamine pileti et panni quinque ulnis in summa septem florenorum, suam partem videlicet duos florenos et decem grossos solvere obligatur ad festum Nativitatis Christi proximum sub excomunicacionum penis in ipsum latis, residuum vero debitum per fratres solvendum demonstravit et ad satisfaciendum compelli petivit, contra quos dominus literas citacionum decrevit opportunas. Presentibus.

548. Katherina Koczarowska ex iuramento per eam prestito, per magistrum Nicolaum Harsch reproducta citacione legitime executa contra Nicolaum Goldacz in termino iuris idem

faciendi, videlicet iurandi de calumpnia, petentem et non comparentem, in eius contumaciam tanquam subterfugientem premisit dicte Katherine procurator protestacionem. Presentibus.

549. Honorabilis Mathias plebanus in Iaryczow citatus per discretum Martinum viccarium, qui iuravit ut et tanquam testis contra Annam Lythwynowska, inductus nomine Nicolai Harnesti. Presentibus.

550. Iuspatronatus heredis de Pieczicho[*sty*][1]. In causa nobilis dni Pauli Pyeczyhowsky honorabilis dnus Nicolaus plebanus in Zolthancze citatus personaliter comparens, interrogatus, quid sibi de iurepatronatus eclesie in Zolthancze constaret et si dnus Paulus heres de Pyeczychosty in ibidem haberet ius presentandi, respondit: Viprothek Nicolaus vitricus dni Pauli locutus fuit dno Iohanni Cola, quod heredes de Pyeczyhosty habent ius presentandi ad dictam eclesiam in Zolthancze, et vos excluditis eosdem ab eodem iure et sine ipsorum consensu presentastis plebanum ad eclesiam in Zolthancze, rogo habeant pacienciam pro nunc, quia dictum presentatum dno archiepiscopo presentavimus, a modo ista ego et mei fratres non facient, ut sine consensu ipsorum heredum de Pyeczyhosty quemquam presentarent. Presentibus.

CXXXII. Die Lune IX[2] *mensis Iunii*[3] (13 czerwca 1491).

551. Discretus Michael retulit se citasse gsum dnum Iuchno de mandato domini tanquam testem inductum nomine
[382v] Corawa | super villam Opari, qui iuravit in presencia magistri Andree Bochnya procuratoris partis adverse ad hoc citate et recognovit villam esse Opari distinctam ab aliis circumadiacentibus, videlicet a Rapczicze, Dulgye, Michalovicze et Szlonszko, adiecit, ibi esse curiam et piscinam, cuius tenute, testis ignorat, subiungendo patrem Corava verum esse tenutarium dictam villam Opari et eius successores et ibidem eundem esse mortuum, ita et verum. Presentibus venerabili dno Iohanne Myskowsky preposito Leopoliensi, Michaeli arcium baccalario, Iohanne Chohanek(!), testibus circa premissa.

---

[1] Wyrazy rozstrzelone wypisano później.
[2] Powinno być: XIII.
[3] W rkp. Iuninii.

552. Dorothee de Zydaczow et nobilis dni Iuchno de Stankow in causa iuxta dependenciam termini et prout terminus ex citacione debite executa, dicta testium titulo reprobandi inductorum secunde produccionis nomine dicti Iuchno publicavit et copias partibus decrevit habere volentibus. Presentibus.

CXXXIII. Mercurii XV mensis Iunii, ipso die sancti Vitti (15 czerwca 1491).

553. Discretus Iacobus presbiter gracialis de mandato domini retulit se citasse magistrum Andream Bochnya tanquam procuratorem nobilis Nicolai Goldacz ad videndum dicta testium publicari in causa inter ipsum Nicolaum Goldacz vertente et nobilem Katherinam Coczarowska, ad horam presentis diei. Et dominus publicavit et copias partibus habere volentibus et terminum dicenda(!) contra ad quindenam decrevit. Presentibus venerabilis dni Iohannis Pylcziczsky et Kiliano canonicis.

CXXXIV. Veneris XVII mensis Iunii (17 czerwca 1491).

554. Petrus piscator proponit contra discretum Gothardum plebanum in Dawydow, quomodo anno presenti vendendo sibi piscinam pro quatuor marcis promisit sibi stabilire aquam, ut esset aptus locus et opportunitas pisces capiendi et piscandi, et ista non invenit neque complevit iuxta forum contractum, quia aqua non potest infra aggerem defluere propter aliam piscinam, que sub aggerem diffudit, petens ipsum dnum Gotardum ad condictacionem compelli ad complendum et dampna, que sustulit, reponi, et casu quo negatum fuerit, offert se probaturum contractum super aque decursum. In presencia eiusdem negantis premissa fieri. Presentibus honorabilibus dnis Iohanne Pylcziczsky, Kiliano canonico, Andrea Bochnya, Nicolao Harsch, Stanislao Socha, testibus circa premissa. |

555. Stanislaus Burka iuratus, Stanislaus Mathias, Stanislaus et Iohannes Zuk consules de Cropyecz ad instanciam honorabilis Mathie plebani in ibidem citati, accusati et per dominum pronunciantur processuum opportunorum cum decreto. Presentibus. [383]

556. Stanislaus plebanus de Stanyn petit a providis Stanislao Clichtha marcam cum media, Nicolao Bakalarz novem fertones, ad eum intuitu sue eclesie spectantes et morte sui

antecessoris derelictas, petens ad solvendum compelli tanquam certum debitum. In presencia eorundem, qui animo litem legitime contestandi allegaverunt solucionem, quam dominus admisit ad probandum, prout de iure, pro omnibus dilacionibus.

557. Zophie de Rapczycze in causa procurator magister Andreas in vim reprobacionis testium pro parte Procopii Corawa inductorum produxit monicionem in primis ab audiencia emanatam, demum literam in papiro scriptam nomine significatorialium, expost pargameneam abrenunciacionis. In presencia eiusdem Corawa et sui procuratoris verbo et generaliter excipientis et repetentis suas attestaciones et petentis per dominum revideri et iusticiam partibus ministrari equa lance servata, et ibidem repetivit eciam sua munimenta per ipsum producta, eius avo nobili Clementi serviencia, et petentis in causa concludi. Et dominus ad peticionem parcium procuratorum conclusit.

558. Adam Nyeszwysky actu presbiter constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch in causa et causis, quam habet cum dno Mathia plebano in Cropyecz, dans *etc.* Et ibidem in continenti honorabilis dnus Mathias plebanus in Cropyecz a simili constituit in suum procuratorem magistrum Andream Bochnya in causa, quam dicto dno Ade movere vult et intendit, prout alias in forma meliori. Presentibus.

559. In causa gsi dni Michaelis Iaslowyeczsky ex una et nobilis Georgii Frederici de Leopoli partibus ex altera dominus per verbalem interlocutoriam pronunciando interlocutus est partibus hincinde probacionem super sigillis induxit tali modo, quod Georgius Frederici probabit alienum sigillum et arma in eo sculpta dni castellani Haliciensis dni Andree Fredro de Pleszowycze, quo utebatur in literis suis, videlicet unicorno alias Boncza, a simili dnus Michael de Iaslowyecz probabit, quod eodem sigillo dnus Andreas Fredro utebatur, quod nunc pendet circa literam arbitralem sive satisfactionis debiti, et illis probatis et cognitis, quod iuris fuerit, per sentenciam decidetur. Presentibus honorabilibus dnis Paulo mansionario, Nicolao Brodawka presbiteris, Andrea Swyrsky, testibus. |

[383v] *CXXXV. Lune XXVII mensis Iunii* (27 czerwca 1491).

560. Discretus Andreas presbiter gracialis de hospitali de mandato domini retulit se citasse magistrum Andream Bochnya

procuratorem discreti Iohannis de Rokythnycza appellantis in causa appellacionis Premisliensis ad instanciam Barbare notarie appellate partis ad horam presentis diei ad videndum rotulum apperiri et copias necnon ea, que iuris sunt, levari et continuari, per nuncium Iohannem iuratum de Premislia apportatum. Et ibidem dominus eundem rotulum apperuit et copias partibus decrevit et terminum dicendi contra ad primam iuris post vacancias. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Iohanne de Czesky, Mathia de Iaryczow, Iohanne de Prussy, Simone de Lopaczyn, Iohanne de Zubrza, plebanis.

561. Paulus de Russow cum nobili Iohanne Msczyszek de Colthow personaliter comparentes, reproducta citacione ficta et erronea, in termino iuris non emanata ab audiencia domini, proposuerunt contra discretum Simonem plebanum in Lopaczyn alterius diocesis Chelmensis, quomodo eundem Paulum denotasset fuisse non absolutum a processibus loci ordinarii iudicis Leopoliensis per instigatorem publice in audiencia ostensis, quos ibidem dominus videns reservavit eosdem in suo robore, supersedendo de ulteriori fulminacione et declarando eundem Paulum non esse absolutum, ex quo ab eisdem absolucio non apparuit, et propterea dictum Simonem ab instancia cum ceteris confratribus absolvit, tam termini quam etiam cause, et in expensis taliter cuilibet indebite citato et tracto adiudicavit, literarum opportunarum cum decreto, tanquam in negocio recenti et noviter emerso. Presentibus.

562. Iohannes, plebanus de Zubrza, iuxta dependenciam termini ex citacione per suum procuratorem Nicolaum Harsch proponit contra laboriosos Iohannem Gyntharth percussorem et eius complices et coadiutores Iohannem Lodwyd et Martinum textorem de Zubrza, quomodo ipsi Dei timore postposito manus sacrilegas temereque violentas in eum ibidem iniecerunt sabbato in vigilia sancti Philippi et Iacobi, ipsum vulneraverunt et cum securri ad caput vulnus letale intulerunt, qui meduendo se ad operam medici exolvit marcas duas pecuniarum, petens in eisdem adversarios puniri et vigore canonis tanquam sacrilegos sentenciam excomunicacionis declarari incidisse publice in facie eclesie denunciandos, iniuriam extimando ad centum florenos unacum percussione, petens ad solvendum compelli sibi actori. In presencia reorum deliberancium ad primam

iuris post vacancias et protestancium de reconveniendo. Et ibidem discretus Iacobus retulit se citasse dnum Iohannem plebanum in Prussy ad instanciam dictorum laicorum, ad primam iuris post vacancias terminum assignando. Presentibus.

563. Iurasek cum dno Iaslowyeczsky in causa suspenditur super remissorialibus et electione iudicis remissarii inpro-
[384] bandi sigillum ad consultacionem | procuratoris dicti dni Iaslowyeczsky. Et ibidem dominus decrevit literam obligacionis ad acta reponi et ex post de iudice remissario concordari. Presentibus.

564. Mathias murator vagabundus ad instanciam nobilis Petri Czebrowsky et eclesie iuris conferendi in Zabokruky per N. Harsch accusatus pronunciatur.

CXXXVI. Veneris prima mensis Iulii in vigilia [1] (1 lipca 1491).

565. Discreti Simonis plebani de Lopaczyn et Nicolai Harsch cum nobili Iohanne Msczysek de Colthow in causa ex notoria dehonestacione publice in consistorio coram domino facta et per eundem Msczysek dictis Simoni et Nicolao irrogata diffidacionibusque et machinacionibus in mortem et corporis cruciatum dominus providendo securitatem diffidatis, quantum melius et efficacius valuit, penam vallavit et interposuit contra et adversus prefatum Iohannem Msczysek presentem, audientem, videntem et intelligentem, marcarum tricentarum receptibilium, casu quo aliquam paterentur dicti diffidati invasionem aut offensam, extunc dictus diffidator eclesie et sedi dictas tricentas marcas vallatas succumbet et solvere sit astrictus eclesiasticis sub censuris. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Michaele Mebroth baccalario, Iacobo, Stanislao et Michaele vicariis Leopoliensibus, testibus circa premissa.

CXXXVII. Die Lune quarta mensis Iulii (4 lipca 1491).

566. In causa Barbare Sopczyna et Iohannis plebani de Prussi parcium dominus interloquendo decrevit proposicioni Iohannis respondendum et eciam ipsius mulieris per Iohannem. Magister Andreas Bochnya ad proposicionem mulieris respon-

[1] W rkp. opuszczono: Visitationis b. Marie.

dendo negavit narrata, prout narrantur, et datur ad probandum dicte mulieri arbitramentum recuperantis marcas tres cum media. Et in eodem instanti Nicolaus procurator respondendo ad probacionem dudum acticatam in actis contentam Iohannis plebani de Prussi, animo legittime litem contestando allegavit concordiam, offerens se probaturum, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus. Presentibus venerabili et discreto Kyliano canonico, Iohanne presbitero, testibus circa premissa.

567. Mathias tabernator de Prussi proponit contra honorabilem plebanum de Prussi, quomodo anno presenti ante festa Penthecosten, ignoratur quo spiritu ductus, eundem nominavit furem, quod sibi abstulisset subam et duos equos, denotando crimine furti iniuriose et contra Deum, quam iniuriam procurator extimat ad viginti marcas, | malens plus de propriis am- [384r]
mittere, quam huiusmodi iniuriam pati. In presencia magistri Bochnya procuratoris partis adverse, qui deliberatus in octava respondebit.

568. Iohannes viccarius de Zudaczow citatus testis inductus pro parte discreti Petri plebani de Chodorowstaw iuravit in presencia magistri Andree Bochnya procuratoris partis adverse.

569. Testamentaria in causa Premisliensi dni Gromaczky cum Dersnyak reponitur rotulus attestacionum secunde produccionis circa acta.

570. Providus Paulus notarius castri in Zudaczow suum procuratorem Nicolaum Harsch constituit, ut in forma meliori, in causa, quam movet et movere intendit discreto Iohanni viccario de ibidem. Presentibus. Et ibidem Paulus notarius castri de Zudaczow, clericus in minoribus ordinibus constitutus, per suum procuratorem proponit contra discretum Iohannem viccarium de ibidem, quomodo de anno presenti feria tercia post Conductum Pasce proxima in domo providi Nicolai Sczyrba ibidem in Zudaczow dictus Iohannes Dei timore postposito matrem ipsius actoris defunctam obloquendo fore oblocutricem et latratricem, eundem eciam Paulum nominavit oblocutorem et latratorem, et expost ibidem manus suas violentas contra clericum ordinatum iniecit per se cum cuspide et mediante suo complice Martino eclesie ministro et scole cum cultro, quem sibi dnus Iohannes presbiter porrexerat, evaginato ad percu-

ciendum, ita quod in eodem instanti fuit ipse Paulus letaliter vulneratus et percussus, et in signum dicte vulneracionis cicatricem vulneris et vestimenti lesuram ostendit domino pro tribunali sedenti, premissa fuisse facta, allegans dictus procurator, animo iniuriandi, quam iniuriam et percussionem extimat ad centum florenos ungaricales, offerens probaturum et petens ad solvendum compelli et ex superhabundati (!) dictum percussorem presbiterum sentenciam excomunicacionis a canone latam incidisse declarari iuxta canonicas sentencias. In presencia dicti Io-
[385] hannis vicarii ibidem per discretum | Nicolaum presbiterum gracialem citati, qui salva deliberacione obtinuit ad respondendum ad primam iuris post vacancias cum protestacione reconveniendi.

571. Discretus Nicolaus presbiter gracialis de mandato domini retulit se citasse ad instanciam Iohannis vicarii Paulum actorem ad videndum reconveniri, ad primam iuris post vacancias terminum eidem assignando.

572. Anna mulier de suburbio petit Iohannem laicellum compelli ad consumandum matrimonium in facie eclesie iuxta contractum initum per verba de presenti et copula carnalis (!) subsecuta. In presencia dicti Iohannis confitentis eam coniacuisse et nunquam sibi vovisse, licet eam coniacuit pro sua pecunia et eam impregnavit, et datur ad probandum mulieri pro omnibus dilacionibus.

573. Dominus reintrusit Procopium Corava ad instanciam nobilis Nicolai servitoris dni Arnast in pristinas sentencias et graviores decrevit.

CXXXVIII. Die Mercurii sexta mensis Iulii (6 lipca 1491).

574. Honorabilis dnus Stanislaus viccarius eclesie Leopoliensis retulit se citasse providum Georgium sellatorem ad instanciam honorabilis dni Mathie Bar altariste, qui reus non comparuit, et illum contumacem pronunciat. Presentibus honorabilibus providis Andrea Bochnya, Petro, Iacobo presbiteris, testibus circa premissa.

CXXXIX. Veneris VIII mensis Iulii (8 lipca 1491).

575. Providus Iohannes Baly civis Leopoliensis magistrum Nicolaum Harsch suum constituit procuratorem in causa, quam

movere intendit nobili dne Barbare Zubrska, dans *etc.* Presentibus venerabilibus et discretis viris dnis Iohanne Pylczyczky, Paulo Geruch, Michaele Mebroth viccariis et graciali et nobili Pyotrowski et aliis etc.

576. Iohannes Baly civis Leopoliensis petit intuitu expensarum factarum Stanislai filii dne Barbare Zubrska de non solvendis residuis annis sex cum medio, demptis uno anno et medio, pro quo dicta dna Zubrska solvit dictas expensas, residuas solvere recusans, videlicet tredecim sexagenas seorsum pro quolibet anno per duas sexagenas, iuxta contractum et appreciacionem inter dictum actorem et ipsam ream initum, petens eandem ad solvendum compelli et casu quo negatum fuerit, probare intendit, et petens se ad probandum admitti. In presencia | discreti Pauli procuratoris dicte Barbare deliberantis ad [385v] primam iuris post vaccancias, et ibidem protestatus est de reconveniendo.

577. Stanislai olim Colomyski in causa donacionis facte discreto Stanislao Socha, ex decretali tales cessiones prohibente per laicos clericis factas et aliis respectibus animum domini moventibus, cassandam decrevit et cassavit cum silencio dicto clerico inposito. Presentibus.

578. Barbare Schopczina cum Iohanne Crispo plebano in Prussy testes Lucas et Nicolaus advocati iuraverunt in presencia partis, contra quam inducuntur.

579. Casper advocatus de Prussy acusatus per magistrum N. Harsch procuratorem inducentis, ad instanciam cuius per dominum pronuncciatur contumax.

CXL. Lune XI mensis Iulii, ultima iuris ante festum sancte Margarethe (11 lipca 1491).

580. Premisliensium appellacionis in causis Nicolai Gromaczsky et Dersnyak Iohannis de Rokythnycza et Barbare de Premislia parcium hincinde producti sunt rotuli medio iuramento nunciorum, quos dominus presentibus procuratoribus apperiri petentibus apperuit et copias decrevit cum termino dicendi contra. Presentibus venerabilibus dnis Iohanne Pylczicz-sky et Kiliano canonicis.

581. Dorothee de Zudaczow et nobilis Iuchno parcium in causa, citatis hincinde parcium procuratoribus, concludi peten-

tibus, dominus iuxta termini dependenciam in causa conclusit. Presentibus.

CXLI. Lune octava mensis Augusti (8 sierpnia 1491).

582. Nicolaus Harsch per se accusata contumacia nobilis Hectoris stipendarii Regie Maiestatis de Podolia, per dominum pronunciatur processuum opportunorum cum decreto. Presentibus discretis Michaele et Paulo vicariis.

583. Nicolaus Harsch in causis sue procuracionis et defensionis substituit suos procuratores discretos Paulum Geruch et Michaelem de Busko vicarios Leopolienses procuratores, ut in forma meliori. Presentibus.

CXLII. Die Iovis XXV Augusti (25 sierpnia 1491).

584. Nobilis Martinus Olschansky constituit suum procuratorem honorabilem Paulum Gyeruch vicarium eclesie Leopoliensis in causa et causis, quam et quas habet vel habiturus est cum honesta Zophia de Gologori muliere, dans *etc.* Presentibus honorabilibus Kyliano canonico, Iohanne preposito sancte Katherine et aliis.

CXLIII. Veneris XXVI mensis Augusti, prima iuris post festum sancti Bartholomei (26 sierpnia 1491).

585. Providus Czystybarthosz de Leopoli constituit in
[386] suum procuratorem magistrum Andream Bochnya | in causa, quam movet seu movere intendit honorabili Floriano in Stareschyolo plebano, dans *etc.* Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Iohanne Pylcziczsky, Kiliano canonicis, Stanislao, Michaele vicariis, Nicolao Brodawka, Andrea de hospitali presbiteris gracialibus, testibus.

586. Martinus pannitonsor cum Anna coniuges de Grodek constituerunt in suum procuratorem magistrum Andream Bochnya in causa, quam movere intendunt nobili Procopio Corawa, dantes *etc.*

587. Famoso dno Petro Lynnar consuli Leopoliensi in causa debiti de consensu venerabilis dni Kiliani canonici Leopoliensis robur monicionis infra hinc ad feriam sextam proximam post festum sancti Michaelis suspenditur ob spem satisfactionis fiende, alias in eadem feria sexta iuridica ad videndum

se sentencias excomunicacionis incidisse declarari coram domino comparebunt. Presentibus.

588. Iohannes in Zudaczow viccarius constituit in suum procuratorem dnum Michaelem Mebroth viccarium Leopoliensem in causa, quam sibi movet seu movere vult et intendit providus Paulus notarius civitatis in Zudaczow, dans *etc.*

589. Paulus Geruch eclesie Leopoliensis viccarius retulit se citasse honorabilem Iohannem Brzezeczky de Conyvsky, ad feriam sextam proximam post festum sancte Crucis proximam eidem terminum assignando, ad instanciam nobilis dne Katherine relicte olim Corythko.

590. In causa Katherine de Comarno Sigismundi consortis de ibidem et providi Iohannis Capynosz de eadem Comarno, visis deposicionibus testium de vita Sigismundi mariti primi, quem testes vivum coram nobis prestito iuramento deposuerunt vidisse, prefatam Katherinam ab eodem Iohanne separamus et contractum inter eos matrimonii fuisse nullum declaramus, ipsi Iohanni ad alia vota matrimonii licenciam convolandi damus.

591. Iohannes advocatus hereditarius de Colomya constituit in suum procuratorem magistrum Andream Bochnya in causa, quam sibi movet seu movere intendit ingeniosus Iacobus scolaris de ibidem, dans *etc.*

592. Martinus plebanus in Zlothnyky constituit in suum procuratorem magistrum Andream Bochnya in causa, quam movet seu movere vult et intendit nobilibus Iohanni Czudzynowsky et Nicolao Varlowsky citatis, dans *etc.* Presentibus.

593. Iacobus vicecapitaneus de Colomya nobilis constituit [386v] in suum procuratorem magistrum Andream Bochnya in causa, quam sibi movet seu movere intendit ingeniosus Iacobus scolaris de eadem Colomya, dans *etc.*

594. Nobiles Iohannes advocatus hereditarius de Colomya et Iacobus vicecapitaneus de ibidem per magistrum Andream Bochnya procuratorem constitutum protestati sunt de diligencia termini, citati ad instantiam ingeniosi Iacobi scolaris de ibidem, qui accusatus per se pronunciatur cum condempnacione expensarum.

595. Leonardus plebanus in Cosczeyow retulit se citasse

venerandum patrem dnum Petrum electum [1] Camenecensem citatorio ab auditorio domini loci ordinarii Leopoliensis legitime emanato, quod tunc laniavit et fregit, ad instanciam gsi Iohannis Czurylo de Hwykowycze, eidem terminum ad horam presentis diei assignando, cuius contumaciam Paulus Geruch procurator substitutus per Nicolaum Harsch contumaciam accusavit, qui per dominum pronunciatur processuum opportunorum cum decreto.

596. Artis carnificum certi familiares laici legitime citati ad horam presentis diei ad instanciam ingeniosi Gregorii Thobola clerici de Leopoli pronunciantur per se per magistrum Andream Bochnya procuratorem ad hoc constitutum. Presentibus.

597. Procopius Corawa ad instanciam dni Stanislai de Vhrinow notarii castrensis Leopoliensis ob non solucionem certi debiti in actis nostris obligati sentencias excomunicacionum incidisse declaratus est, actore instante et petente, processuum opportunorum cum decreto. Presentibus.

598. Katherina Niclowa de Leopoli instante procuratore venerabilis dni Iohannis Bostowsky plebani in Iaroslaw pristinas excomunicacionum, aggravacionum et reaggravacionum sentencias reintruditur, processuum opportunorum cum decreto. Presentibus.

599. Discretus dnus Nicolaus de Dubyeczsko presbiter gracialis de Leopoli retulit se citasse nobilem Katherinam Coszlowska, ad horam presentis diei terminum eidem assignando, ad instanciam honorabilis dni Martini Romani eclesie Leopoliensis vicarii, et ea non comparante contumaciam accusavit, que per dominum loci ordinarium Leopoliensem pronunciatur processuum opportunorum cum decreto. Presentibus. |

[387] **600.** In causa olim honorabilis Ambrosii in Gorzkow diocesis Chelmensis plebani iam defuncti nobili Georgio de Chrynkowcze pro pecuniis quadraginta marcarum occasione bonorum apud prefatum Ambrosium emptorum datur terminus prefato Georgio, tanquam in bona eadem successori et matris sue evictori, ad probandum satisfactionem pro dictis quadraginta marcis obligatis infra hinc pro omnibus dilacionibus, si expedicio belli

[1] W rkp. eclectum.

non interveniat, alias post reversionem belli comparebit in duabus septimanis. Presentibus honorabilibus dnis Kiliano canonico, Paulo Geruch, Stanislao vicario Leopoliensi, Paulo de Zudaczow notario civitatis.

601. Provido Paulo notario civitatis in Zudaczow tanquam actori in causa cum honorabili Iohanne vicario de ibidem prorogatur terminus et suspenditur cum cognicione presentis cause suspenditur infra hinc usque ad felicem adventum Nicolai Harsch sui procuratoris.

602. Paulus Geruch procurator et nomine procuratorio nobilis dni Iohannis Czurylo de Hvykowycze ad hoc constitutus petit a venerando patre dno Petro Lessyowsky canonico Leopoliensi et electo [1] Camenecensi duodecim florenos citra vel ultra sibi mutuatos in vim restitucionis fiende, petens ipsum ad solvendum cogi et compelli. In presencia Alberti ministri tanquam nuncii ad hoc destinati, cui dominus proprio motu terminum respondendi prefixit et assignavit ad feriam sextam post festum sancti Michaelis proximam, et obtinuit. Presentibus.

CXLIV. Lune V^ta^ mensis Septembris (5 września 1491). *Nichil actum est.*

CXLV. Mercurii VII^a^ mensis Septembris (7 września 1491).

603. Discretus Iacobus de Croszna presbiter proponit verbo contra providum Georgium Gebel, quomodo anno presenti ipsum verbis turpibus, inhonestis, furem, latronem, spurionem appellabat, quam infamiam ad centum florenos revocat, et post verba hec levando cantarum et ad pectus eum percussit cantaro, et reprimendo ictum clavibus eum ad palpebram nolens lesit, et ex his multis verbis iterum increpavit, petens eum in dictis centum florenis condempnari. In presencia eiusdem Georgii animo litem legitime contestandi negans narrata, prout narrantur, petens petita fieri non debere, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus. Presentibus honorabili et discretis dnis Kiliano canonico, Casparo sacristiano, magistro Michaele rectore scole.

[1] W rkp. eclecto.

CXLVI. Veneris IX mensis Septembris, in crastino Nativitatis gloriose Virginis Marie (9 września 1491).

604. Bartholomeus familiaris servilis iuxta dependenciam termini ex citacione petit a nobili dno Iohanne Dawydowsky duodecim marcas per sex annos conventas deservitas, quolibet anno per duas marcas, et barchanum et pannum binum in valore eciam sex marcarum, petens ipsum in eisdem summis pro deservitis condemnari. In presencia eiusdem allegantis evasionem tali modo, quod prout ipsum dominus Leopoliensis ad ius terrestre Leopoliense in proximis terminis particularibus tunc Leopoli celebratis remiserat, et ibi comparens prefatum Barthossium iuxta dependenciam termini, ipso Barthossio non com-
[387v] parante, iudicialiter evasit. | Ex adverso prefato Barthosz verbo appellante et dicente, quod in eodem termino comparuit, sed ipsum verbis comminatoriis et infamatoriis ac increpacionibus a iure repulit, ideo causam huismodi in eodem termino non est prosecutus. Presentibus honorabilibus Kiliano canonico, Andrea Bochnya, Stanislao et Michaele vicariis, testibus circa premissa.

605. Providi Nicolaus baccalarius, Stanislaus Plichtha consules de Camyonka absolvuntur ab instancia termini ad instanciam Iohannis Szuchopolewka concivis Buscensis cum condemnacione in expensis, casu quo dictos consules secundo citaret, quos tanquam laicos cum laico ad suum forum cum toto negocio remisit dominus. Presentibus.

CXLVII. Lune XII mensis Septembris (12 września 1491).

606. Gso dno Andree Prokopowycz de Strzelycze prorogatur terminus in causa ingeniosi Stanislai studentis Cracoviensis infra hinc ad quindenam ad idem faciendum, alias in contumaciam partis non comparantis graviores decernentur. Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Kiliano, Iohanne Pylcziczsky canonicis, Andrea Bochnya, Stanislao Szynawydowsky.

CXLVIII. Veneris XVI mensis Septembris post festum Exaltacionis sancte Crucis (16 września 1491).

607. In causa honorabilis dni Iohannis Brzeszeczsky instante eodem dno Iohanne graviores processus contra dnam

Katherinam olim relictam Korythko occasione debiti post maritum, que suus maritus ipsi dno Iohanni in actis solvere obligavit, tanquam successorem in omnia bona petente, in presencia magistri Andree Bochnya procuratoris eiusdem domine negantis successionem in totalem bonorum possessionem, sed partem eorum bonorum tenentem, que in dote sua possidet, de qua non tenetur ad solucionem debitorum sui mariti tanquam domina dotalicialis, ex adverso dno Iohanne replicante, quod ipsa domina Katherina Corythko possidet bona post suum maritum integra et non diminuta, de quibus offert se probaturum pro omnibus dilacionibus. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Kiliano canonico, Paulo Geruch vicario, Iohanne Cochanek mansionario, Andrea de hospitali.

608. In causa Czystibarthosz de Leopoli dnus auditor Leopoliensis publicavit dicta testium nomine suo inductorum et contra dnum Florianum plebanum in Staresyolo copiasque partibus habere volentibus dare decrevit. In presencia Pauli ex adverso procuratoris plebani, petentis copias et terminum ad excipiendum, et obtinuit ad quindenam. Presentibus.

609. In causa discreti Iacobi Bruchnal presbiteri cum Georgio Gebel prorogatur terminus partibus ob spem concordie ad octavam peremptorie, alias ab spem concordie partes idem faciendi coram nobis comparebunt. Presentibus.

610. In causa decime manipularis in Myrzwycze et in Pszemywolky post predia et araturas magnifici dni palatini Brestensis de Opporow et Stanislai Ossygalka, super quibus lis vertitur inter venerabilem et honorabilem Petrum de Lessyow in Culykow et Leonardum de Cosczeyow plebanos, prorogatur terminus ad reverendissimum dnum Iohannem archiepiscopum Leopoliensem, si convaluerit, aut alias ad ipsius coadiutorem dnum Rosza archiepiscopum Othomaniensem (!), coram quibus comparebunt, et ad quam eclesiam decimas huismodi limitabunt, eorundem decreto erit standum. Presentibus. |

CXLIX. Veneris XXIII Septembris (23 września 1491). [388]

611. Discretus Stanislaus eclesie Leopoliensis vicarius de mandato domini retulit se citasse magistrum Nicolaum Harsch procuratorem honeste Barbare de Premislia ad instanciam Iohannis de Rokythnycza appellacionis in causa ad horam pre-

sentis diei ad videndum produci instrumentum de manu Mathie de Panthalowycze in adminiculum testium pro parte eiusdem appellantis inductorum, quod instrumentum effectualiter magister Andreas procurator dicti dni Iohannis produxit. In presencia Nicolai Harsch petentis copias et terminum ad excipiendum, et obtinuit ad octavam. Et ibidem dictus procurator Nicolaus Harsch facta mencione de suis excepcionibus contra testes datis petivit procuratorem ex adverso eundem compelli ad replicandum alias accusata contumacia non replicantis, qui obtulit se in octava replicaturum. Et in continenti iuxta dependenciam termini Nicolaus Harsch produxit replicaciones in duplici producto nomine sue partis, presente ex adverso magistro Andrea Bochnya, terminum duplicandi obtinuit ad quindenam. Presentibus honorabilibus dnis Iacobo graciali, Floriano in Stareschyolo plebano, Mathia et Stanislao vicariis, Iohanne Burza baccalario cive Leopoliensi, testibus circa premissa.

612. Honorabilis Iacobus presbiter gracialis animo litem legitime contestandi ad proposicionem et libellum pro parte Georgii Gebel per procuratorem producti verbo et generaliter respondendo negavit narrata, prout narrantur, petens petita fieri non debere, in presencia magistri Andree Bochnya procuratoris dni Georgii Gebel, petentis intencionem suam ad probandum admitti, cui datur pro omnibus dilacionibus. Presentibus.

613. Magnifici dni Michaelis Iaslowyeczsky in causa cum ex adverso Iuraschek principali procurator Nicolaus Harsch dicti dni Iaslowyeczsky prout termini requirebant sub uno contextu verborum protestatus est de omnibus dilacionibus contra prefatum adversarium non probantem et nichil facientem super phictione (?) sigilli litere probacionis appensi, presente procuratore ex adverso magistro Andrea Bochnya dicentem (!) se primo suum principalem avisaturum.

CL. Lune XXVI[a] *mensis Septembris* (26 września 1491).

614. Nicolaus Harsch procurator ingeniosi Stanislai studentis alme universitatis Cracoviensis in causa comissaria Sedis apostolice, vigore cuius iurisdicio fundatur, proposuit nomine procuratorio contra nobilem dnum Andream Procopovycz heredem de Strzelycze tanquam superstitem et successorem in

bona fratris sui vita functi nobilis Procz alias Procopii, petendo ab eo sexaginta quinque florenos certi debiti residui, item pro armis septem florenos, item pro *tafty* duos florenos, item pro duodecim ulnis panni, seorsum ulna per octo grossos, omnia faciencia totalem summam sexaginta [1] quatuor florenos et duas marcas, prout desuper suum prestitit dictus donator famosus dnus Nicolaus Domslar consul Leopoliensis retroactis diebus corporale iuramentum. In presencia dicti dni Andree negantis narrata, prout narrantur, | et datur ad probandum vel et defe- [388v] rendum, et ibidem repetitum est a dicto reo respondente calumnie iuramentum, quod in continenti dictus reus prestitit. Presentibus discretis Stanislao vicario, baccalario Mybruth (!), testibus circa premissa.

615. Discretus Stanislaus vicarius de mandato domini retulit se monuisse nobilem dnum Andream Procop ad instanciam Anne Domslarova pro sexagena pecunie, quam solvere tenetur idem monitus duabus septimanis post festum sancti Martini proximum eclesiasticis sub censuris. Presentibus.

616. Discretus Stanislaus vicarius de mandato domini retulit se citasse Nicolaum Harsch procuratorem ut asseritur dni Nicolai Domslar consulis ad horam presentis diei ad instanciam Nicolai Rusyeczki procuratoris, qui ibidem petivit nomine Kyerdey petivit publicari dicta testium, et dominus publicavit et terminum dicendi contra admisit [2].

617. Andreas Bochna procurator gse dne Anne Vchnouvska petit a dno Harnasth in primis quatuor vasa luceorum, que dedit ad debitum septuaginta marcarum, postmodum duo vasa luceorum de piscina Ostrow ad idem debitum, item iteratis vicibus misit ei novem vasa luceorum et quatuor tincarum, item postmodum quatuor vasa luceorum recepit. Et idem Harnasth recognovit coram publico notario, quod eosdem pisces recepit prout erant in foro, et eodem tempore erant in foro lucei per mediam sextam marcam et vasa tincarum per tres marcas.

618. Paulus Gyeruch vicarius Leopoliensis in causa propria continuata cum Dorothea coca prestitit iuramentum decisorium se non percussisse eandem, in forma solita et consueta,

[1] Powinno być: septuaginta.

[2] Z boku dopisane: solvit sexagenam.

et ob hoc ab instancia per dominum est absolutus et in expensis per dominum complenatis.

CLI. Mercurii antepenultima Septembris (28 września 1491).

619. Stanislaus faber, opidanus de Bobrka, proponit contra nobilem Felicem Dzyewyathnyczsky iudicialiter cum querela, quomodo contracto foro inter partes vendidit sibi piscinam superiorem in Dzyewyathnyky pro triginta marcis et tribus pecunie comunis cum omni iure demissionis et utilitate iuxta consuetudinem observandam et cum expressione et cautela defendendi et non iniuriandi iuxta inscripcionem in actis contentam, casu quo inscripcio non teneretur, extunc in damnum dicti Felicis redundabit. Item dictus actor dicto reo totalem solucionem impendit iuxta inscripcionem solucionis sibi solvere obligando, in primis solvit sibi marcas decem septem cum uno fertone, demum octo marcas, summa faciens viginti quinque marcas cum uno fertone, expost tres marcas, successive quatuor marcas sub testimonio probarum personarum, demum bra-
[389] seum in Bobrka pro media sexagena | et medium achtuale cervisie pro septem grossis, summe totalis solucionis marcarum triginta trium cum uno grosso, petens eundem reum ad solucionem et restitucionem pecuniarum compelli et pro iniuria in totidem puniri et condemnari per actorem suscepta et passa occasione exclusionis [1] et repulsionis a piscina emtorum familie et piscatorum et sua personalitate, et si hoc negatum fuerit, probare intenditur cum peticione admissionis. In presencia ex adverso Stanislai de Vhrinow petentis deliberandi terminum ad quindenam occasione responsionis, et obtinuit, et caventis de rathihabicione probandi in eodem termino vel citra. Presentibus discretis Paulo Geruch vicario, Michaele Mebroth baccalario.

CLII. Veneris ultima mensis Septembris, in crastino sancti Michaelis archangeli (30 września 1491).

620. Discretus Mathias eclesie Leopoliensis vicarius retulit se citasse magistrum Andream Bochnya procuratorem dni Iohannis plebani in Prussy ad instanciam Barbare Szopczyna ad videndum publicari dicta testium nomine ipsius mulieris induc-

[1] W rkp. exclusis.

torum ad horam presentis diei, et dominus publicavit et copias magistro Andree Bochnya procuratori ex adverso petenti dare decrevit et terminum ad quindenam ad excipiendum limitavit. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Michaele, Stanislao vicariis, Nicolao locato, Iacobo Bruchnal.

621. Nobilis Thobias de Syemyonowka heres nobili dne Dorothee consorti dni Cleophe obligatur florenos duos hungaricales occasione expensarum et impensarum in causa huiusmodi factarum in quindena solvere sub excomunicacionum penis obligatur, super quibus dnus Cleophas prestitit iuramentum. Presentibus.

622. Discretus Stanislaus eclesie Leopoliensis vicarius de mandato domini retulit se citasse providos Nicolaum Przextha, Stano Clopar cives et venerabilem dnum Nicolaum Camenecz canonicum Leopolienses ad instanciam nobilis Georgii Iuraszek Fredrich ad horam presentis diei ad perhibendum testimonium veritati, de quorum numero Nicolaus Przextha prestitit iuramentum dicendi veritatem. In presencia Nicolai Harsch ex adverso procuratoris ad hoc citati, protestantis, quod huiusmodi testes non sunt tempestive inducti infra dilaciones a iure admissas, et de excipiendo et dandis interrogatoriis. Presentibus.

623. Nobilis dnus Felix Dzyewyathnyczsky per se constituit in suum procuratorem dnum Andream Bochnya in causa et causis, quam vel quas sibi movet seu movere intendit providus Stanislaus faber de Bobrka, dans *etc.* Presentibus Iohanne Wyelgosz, Michaele signatore et aliis nonnullis suis familiaribus, testibus.

624. Nobiles Georgius et Iohannes Cunathowye fratres germani de Thulyglowy ut tanquam testes ad instanciam honorabilis dni Iohannis Brzeszeczky de Cunwsky inducti citati iuraverunt, presente magistro Andrea Bochnya ad hoc citato, protestante de dandis interrogatoriis et de excipiendo in causa inter ipsum dnum Iohannem vertente ex una | et nobilem dnam [389v] Annam Corythkowa vertentem(!) partibus ex altera, qui iureiurando unanimiter et conformiter deposuerunt et singulatim confessi sunt neutri parti favendo, quod ipsa dna Anna Corythkowa tota bona Brzeszany post mortem mariti sui olim Iohannis Corythko in possessione pacifica sed non diminuta tenet et possidet cum omnibus censibus, fructibus et redditibus universis

ad dicta bona provenientibus et spectantibus, et cum tercia parte molendini et eius emolimentis. Iniunxit[1] quoque quilibet testis, quod omnibus terrigenis in districtu Leopoliensi sitis constat, quod dna Anna et neuter alter ea bona super premissa pacifice possidet et tenet. Presentibus.

625. Iohannes Brzeseczky actu presbiter de Conyvsky constituit in suum procuratorem Nicolaum Harsch in causa, quam movere intendit nobili Stanislao Irzmanowsky, specialem et in aliis generalem cum omni potestate substituendi, ut in forma meliori et prout merita causarum exigunt. Presentibus.

626. Iohannis Czurylo in causa cum reverendo patre dno Petro Lessyowsky electo Camenecensi et canonico Leopoliensi prout terminus requirit et ad proposicionem dicti actoris dependebat ex scriptis missis proprie manus, per nuncium productis, per dominum revisis et lectis et in personam actoris delatis, dominus decrevit iurare super petitis ipsi actori moderamine previo in peticione contento, quod si subterfugerit actor a causa, pronunciabitur cecidisse. Presentibus.

627. In causa dni Michaelis eclesie Leopoliensis vicarii actoris cum nobili dna Katherina Krznylowska parte citata de mandato domini idem faciendi terminus prorogatur peremptorie ad octavam, alias ea non comparante, pronunciabitur per se cum condemnacione in expensis processuumque opportunorum cum decreto.

CLIII. Lune III[a] Octobris (3 października 1491).

628. Nobilis Nicolaus Cosczey de Prussy gravi in querela proponit contra dnum Iohannem plebanum de ibidem, quod sibi tres scrofas propriis canibus depastus est et easdem ipsius canes momorderunt et postea easdem comederunt, in valore medie marce, item servum conventum sibi abduxit et ipsum hodie servat, qui sibi labores neglexit tempore messis, in valore decim marcarum, item tenet aduc sibi caprellos per eum in sepe suspendit, petens ad solvendum compelli verum valorem predictorum. In presencia eiusdem plebani negantis narrata, prout narrantur, et datur ad probandum vel deferendum pro

[1] W rkp. iniuxit.

omnibus dilacionibus. Presentibus honorabilibus Kiliano et Nicolao Camenecz canonicis.

CLIV. Veneris septima mensis Octobris (7 października 1491).

629. Paulus Geruch eclesie Leopoliensis vicarius retulit se citasse magistrum Andream Bochnya procuratorem nobilis Nicolai Goldacz de Zalvnye ad videndum ferri sentenciam diffinitivam ad horam presentis diei ad instanciam nobilis Katherine Coczarowska. Et ibidem idem executor assignavit terminum dicto magistro Andrea(!) Bochnya tanquam [*procuratori*] discreti Iohannis de Rokythnycza ad instanciam Barbare notarie de Premislia ad videndum concludi in causa. Et in continenti de domini consensu et decreto prefigitur terminus partibus procuratoribus producendi et dicendi hincinde contra omnia ad octavam. | Presentibus venerabilibus et honorabilibus [390] dnis Iohanne Myskowsky preposito et Kiliano canonico, Michaele vicario, Michaele Mebroth baccalario graciali et Nicolao Cuchtha.

630. Simon clericus de Drohobycz per procuratorem suum ad hoc constitutum petit a provido Nicolao Przextha cive Leopoliensi florenos quatuor cum medio pro equo vendito et debiti certi contracti, petens ad solvendum compelli, in presencia eiusdem petentis terminum, et obtinuit ad quindenam. Presentibus.

CLV. Lune X mensis Octobris (10 października 1491).

631. Nobilis Georgius Czechowycz de Hrynkowcze Camenecensis diocesis constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch [*in causa*], quam habet motam et introductam cum superstitibus nobilibus dnabus Elena, Heduigi de Gelczwa germanis honorabilis Ambrosii plebani quondam de Gorzkow vita functi, occasione quadraginta marcarum insriptarum super villa Borek in Trebowliensi districtu sitam(!), dans *etc.* Presentibus venerabili et discreto Kiliano canonico et Iacobo graciali, Gregorio Thobola, testibus circa premissa.

632. Discretus Iacobus presbiter gracialis Leopoliensis de mandato domini retulit se citasse ad horam presentis diei no-

biles Nicolaum Broda de Kobylowloky et Andream de ibidem tanquam testes in causa nobilis Georgii Czechowycz super allegata solucione quadraginta marcarum inductos necnon magistrum Andream Bochnya circa acta procuratorem substitutum, per expressum oneri renunciantem ex causa non consolacionis ut asseruit sui patrocinii, qui testes ibidem iuraverunt de veritate dicenda, audiente domino et referente se in ipsa causa apud suam paternitatem repositas per nobilem Sigismundum fratrem germanum dicti inducentis in paratis peccuniis decem marcas. Presentibus. Et ibidem procurator nomine principalis in adminiculum testium deposiciones produxit certum cirografum super allegata solucione in papiro scriptum.

633. Nicolaus Arnasti per magistrum Andream Bochnya procuratorem gse dne Anne Hwnowska ob non responsionem proposicionis sive libelli accusatus, per dominum pronunciatur processuum opportunorum cum decreto.

CLVI. Mercurii XII mensis Octobris (12 października 1491).

634. Stanislai fabri de Bobrka in causa piscine cum nobili Felice Dzyewyathnyczsky parcium ab utraque, iuxta dependenciam termini et prout terminus requirit, procurator magister Andreas Bochnya dicti rei animo litem legitime contestandi respondendo ad proposicionem actoris et ad articulum addicionalem presentem de invasione violenta circa piscinam in tugurium, extimata ad florenos quadraginta iniuria, per omnia negavit narrata, prout narrantur, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus. Presentibus venerabilibus dnis Iohanne Crowyczky decano, Iohanne Pylcziczsky, Nicolao Camenecz canonicis Leopoliensibus.

CLVII. Veneris XIIII Octobris | (14 października 1491).

[390v] **635.** Discretus Iacobus eclesie Leopoliensis vicarius de mandato domini retulit se citasse venerabilem dnum Nicolaum Camenecz canonicum Leopoliensem et plebanum in Prochnyk diocesis Premisliensis appellantem ad instanciam discreti Georgii presbiteri eiusdem diocesis appellati ad horam presentis diei ad videndum in causa interloqui. Et ibidem idem executor retulit se citasse a simili eundem dnum Georgium tanquam procuratorem nobilis dni Iohannis Roszborsky ad instanciam

dni Camenecz ad videndum interloqui. Et ibidem dominus in scriptis interlocutus est. Presentibus honorabilibus dnis Andrea Bochnya, Nicolao Harsch procuratoribus, Stanislao vicario.

636. Nobilis Katherina Coczarowska iuxta decisionem factam per sentenciam diffinitivam domini prestitit iuramentum decisorium in presenti causa habita cum ex adverso principali dno Nicolao Goldacz sub hac pronunciacione verborum, quod iustum debitum repetivit in ipso Nicolao tanquam superstite per olim Mathiam suum patrem contractum, dum vixit in hac vita, et prout testes in suis attestacionibus deposuerunt, quos dicta principalis Katherina suo prestito relevavit iuramento.

637. Discretus Andreas presbiter gracialis de hospitali retulit se citasse de mandato domini, prout ex citacionis tenore lacius continetur, procuratorem magistrum Andream Bochnya ad videndum testes iurari, qui ibidem iuraverunt, Michael, Iacobus scabini de Prussy, nomine actoris Mathie thabernatoris inducti contra plebanum de ibidem. Presentibus.

CLVIII. Die Lune XVII mensis Octobris (17 października 1491).

638. Katherine Barbare Sopczina in causa ex una et honorabilis Iohannis plebani de Prussi parte ab altera una cum marito dicte mulieris, instantibus procuratoribus hincinde dicta testium occasione infamie inductorum, dominus dicta testium publicavit et copias partibus decrevit. Et ibidem magister Andreas ad dicta testium inductorum super arbitramento verbo et generaliter excipiendo contradixit, obiciendo testi Luce manifestas inimicicias. Presentibus honorabilibus Mathia, Stanislao viccariis, Bartholomeo Czisti, testibus circa premissa.

639. Iuraschek Frederici et dni Iaszlovyeczky in causa testes super sigillo inductos, instantibus procuratoribus parcium, in eorum dictis publicavit et copias partibus decrevit. Et ibidem Nicolaus Harsch terminum ad dicendi contra obtinuit ad quindenam.

640. Katherina Mzurowska de Strzelczicze magistrum Nicolaum Harsch suum constituit procuratorem in causa appelacionis, quam movere intendit in secunda instancia | occasione [391] divorcii nobili Stanislao Crissowsky asserto marito, dans *etc.* Presentibus.

641. In causa discreti Stanislai Wyelgosz comendarii in Brzosdowcze magister Andreas Bochnya procurator eiusdem protestatus est de ultima dilacione contra honorabilem Petrum Wolsky plebanum in Chodorowstaw, non probantem intencionem suam infra dilaciones a iure admissibiles, cum condemnacione in expensis super testamento non probato.

642. Iohannis vicarii de Zudaczow cum Paulo notarii(!) datur terminus verificandi productionis libelli et diligencie contra Paulum actorem beneficio reconvencionis producto ad primam diem iuris peremptorie. Presentibus.

643. Famosus dnus Nicolaus Arnast consul Leopoliensis post arestum contumacie respondendo ad proposicionem gse dne Anne Lithwynowska animo litem legitime contestandi allegavit se esse quittatum per actricem de universis debitis, offerens se probaturum et petens ad probandum admitti, et datur pro omnibus dilacionibus, quia satisfactionem iuxta inscriptiones pro debitis dne Heduigis de Brzeszany et dne Anne filie eiusdem accepit et non plus, de quibus debitis dominam quittavit ipsaque eundem a simili.

644. Discretus Stanislaus Czandik eclesie Leopoliensis vicarius de mandato dni auditoris Leopoliensis retulit se citasse honorabilem dnum Gregorium canonicum Leopoliensem ad instanciam venerabilis dni Nicolai Camenecz canonici eiusdem Leopoliensis ad feriam quartam proxime venturam ad ferendam sentenciam diffinitivam in causa inter ipsas partes vertente et consequenter ad omnes alios et singulos actus et terminos iudiciarios eiusdem cause inter ipsos prefatos dominos terminande et finiende, et hoc executus est die dominico, ipso die sancti Galli confessoris alias XVI mensis Octobris.

645. Providus Martinus de Przeworsko civis Leopoliensis proponit contra discretum Iacobum Bruchnal presbiterum gracialem Leopoliensem, quomodo veniens in domum ipsius quandam mulierem ignotam sibi et sue domine ad servicium ordinavit, promittens pro eadem muliere fidelitatem et ipsius noticiam et famam comendans eius parentum, quam prefatus Martinus ex huiusmodi comendacione in servicium suscepit, et postmodum serviens palium et velamen in valore omnia trium marcarum cum media recepit et furtive cum illis abscessit, petens ipsum ad solucionem dampnorum cogi et compelli. In presencia eius-

dem Iacobi animo litem contestantis et dicentis, quod eam novi semper ab etate bonam et fidelem, et recognoscens se illam promovisse et ad promocionem suam fuisse susceptam, ex adverso Martino petente sentenciam super his pronunciari. Et dominus, quando paratus erit, obtulit se pronunciaturum. |

646. Honorabilis Iohannes in Zudaczow vicarius constituit [391v] in suum procuratorem magistrum Iacobum Sulek in causa et causis, quam et quas movet seu movere vult et intendit honorabili Iohanni Thomaschowsky plebano in Zudaczow et provido Paulo notario castri Zudaczoviensis, dans *etc.* Presentibus.

CLIX. Mercurii XIX Octobris (19 października 1491).

647. Discretus Stanislaus Wyelgosz comendarius in Brzoszdowcze de mandato domini retulit se citasse Iohannem presbiterum vicarium in Zudaczow ad videndum responderi proposicioni in actis contente, cui dudum respondere tenebatur. Et ibidem idem executor e contra dictum actorem ad instanciam rei citavit ad idem faciendum. Et ibidem dictus reus Iohannes ad intencionem actoris sue proposicionis animo litem legitime contestandi respondendo negavit narrata, prout narrantur, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus, quantum autem ad reconvencionalem ex decreto domini respondebitur prima iuris. Presentibus honorabilibus dnis Nicolao Camenecz, Iohanne Pylcziczsky canonicis et Kiliano, Andrea Bochnya, Iacobo vicario.

648. Mathie Szopka in causa cum honorabili Iohanne plebano de Prussy testium inductorum super infamia dominus instantibus procuratoribus dicta testium publicavit et excipiendi terminus datur ad octavam peremptorie.

649. Anna Beguina ordinis Predicatorum legitime citata soror, ad instanciam Vrsule matrone accusata, pronunciatur processuum opportunorum cum decreto. Presentibus.

650. Discretus Iohannes vicarius in Bobrka et providus Iohannes civis de ibidem testes inducti nomine Stanislai fabri de Bobrka citati mediante processu iuraverunt in presencia partis procuratoris magistri Andree ad hoc citati legitime per Mathiam vicarium relacione facta. Et ibidem procurator in adminiculum dictorum testium produxit literam recognicionis supportando eosdem testes.

CLX. Veneris XXI mensis Octobris (21 października 1491).

651. Iaslowyeczky et Iuraschek in causa instante procuratore ob non restitucionem copiarum inducentis testium ad primam iuris cum conclusione ibidem fienda. Presentibus honorabilibus Nicolao locato, Paulo Geruch, Michaele et Mathia vicariis, Iohanne Oppauitha, Iohanne Burza baccalario.

652. Nicolaus Przextha ad intencionem Simonis clerici respondendo negat forum cum actore contractum salvo eo, quod obtinuit equum a Nicolao mercatore, super quam vendicionem dedit bovem, cuius solucione obtenta, quam dicebat non obtinuisse, solvet equum, cui solvi veniat, racione facta cum dicto dno Nicolao.

653. Nobilis Stanislaus Krzysowsky constituit in suum
[392] procuratorem magistrum Andream Bochnya in | causa matrimoniali appellacionis vigore, quam sibi movere intendit nobilis Katherina Mzurowska in secunda instancia, dans *etc.* Presentibus.

CLXI. Lune XXIIII mensis Octobris (24 października 1491).

654. Discretus Iacobus de mandato domini retulit se citasse magistrum Andream Bochnya tanquam procuratorem gsi dni Demetrii Chodorowsky ad horam presentis diei ad videndum dicta testium publicari ad instanciam Iacobi clerici actoris. Et dominus publicavit et copiam partibus habere volentibus decrevit et terminum excipiendi ad quindenam peremptorie. Presentibus honorabilibus dnis Nicolao Camenecz, Kiliano canonicis, Michaele vicario, Nicolao Brodawka, Andrea de hospitali gracialibus, testibus circa premissa.

655. Michael vicarius et Mathias civis Leopoliensis testes inducti nomine Georgii Gebel citati mediante processu iuraverunt in contumaciam dni Iacobi Bruchnal ad hoc legitime citati.

656. In causa gsi dni Stanislai Dersnyak et venerabilis dni archidiaconi Premisliensis dominus ex officio suo partibus ad producendum omnia ad primam iuris terminum assignavit peremptorie prefigendo.

657. Andreas Bochnya procurator laboriosorum (Iohannis

Lodwyk [1] Martini Woynar respondit ad peticionem discreti Iohannis plebani de Zubrza animo litem legitime contestandi, vim vi defendendo se a dicto Iohanne plebano, quod eum eciam letaliter ibidem vulneravit et sibi vulnera circa huiusmodi defensionem ad caput inflixit. Similiter Iohannes Gyntharth ad peticionem dni Iohannis plebani et in presencia sui procuratoris respondit, quod dnus plebanus increpando eum verbis inhonestis et furem appellando cervisia cum olla in taberna ad caput percussit, et postmodum duo vulnera, unum ad manum, aliud ad caput, gladio intulit, clamando: percucias et occide, et post huiusmodi percussionem videns se iam ultra modum vulneratum securi in continenti vim vi repellendo plebanum ad caput percussit, quam percussionem et verborum dehonestacionem rei offerunt se probaturos. Iohannes Lodwyk negat per omnia, dicens se fuisse innocentem huius percussionis, solummodo contencionem sequestrando, nullum ex his percuciendo aut suggestionem faciendo. Presente ex adverso ibidem Nicolao Harsch terminum replicandi petente ad primam, et obtinuit ex decreto domini. Presentibus.

CLXII. Mercurii XXVII [2] *mensis Octobris* (26 października 1491).

658. Iohannis plebani in Zubrza iuxta dependenciam termini procurator replicando ad responsionem percussorum beneficio reconvencionis datam negavit narrata, prout narrantur, et protestatur super confessatis principalis percussoris Iohannis Gyntharth per expressum iudicialiter factis, quantum autem ad Iohannem Lodvyk | et Martinum complices affirmat eosdem esse [392r] coadiutores, petens se ad probandum admitti allegata et suam intencionem et emergens inde secutum contra dictum Iohannem Gyntharth, quomodo ante percussionem et expost invadebat plebanalem curiam, evocando eundem ad percuciendum secum, et hoc ex inicio, quia eum plebanus monebat, ne diebus festivis laboraret, prout die Assumcionis Marie in campo laborabat, et quantum ad ostensas cicatrices per plebanum fuisse illatas, per omnia negat. In presencia Andree ex adverso procuratoris offerentis probare suam intencionem.

[1] W rkp. to nazwisko przekreślono.

[2] Powinno być: XXVI.

CLXIII. Veneris[1] *ultima mensis Octobris, in vigilia Omnium Sanctorum* (31 października 1491).

659. Magister Georgius altarista Leopoliensis petit florenos sex a nobili Iohanne Ryczerzyk, quos sibi famosus Stanislaus Menda frater eius germanus cessit et donavit, verum suum debitum pro mercibus apud eum receptis, petens ad solvendum cogi et compelli. In presencia discreti Michaelis procuratoris dicti Iohannis negantis narrata, prout narrantur, et allegantis, quod non nomine suo merces ab eo recepit, sed ad mandatum dni Iohannis capitanei Haliciensis levavit. Et magister Georgius pro omnibus dilacionibus debitum probabit aut alias in defectu probacionis prefatum Iohannem a debito huiusmodi mediante iuramento absolvet. Presentibus honorabilibus Michaele vicario, Iohanne de Rykythnycza(!), Kiliano canonico, Andrea Bochnya.

660. Michael vicarius de mandato domini retulit se citasse magistrum Andream Bochnya tanquam procuratorem Iohannis plebani in Prussy ad instanciam coniugum tabernariorum de ibidem ad videndum peti concludi ad horam presentis diei in ambabus causis, tam infamie quam iniuriarum. Et ibidem procurator citancium concludi petivit et etiam citatorum, et dominus conclusit.

661. Nobilium Elizabeth et Heduigis de Rypczowycze procurator Andreas ex consolacione sibi impensa onus cause reassumsit, cui renunciaverat. Et ibidem Nicolaus iuxta termini dependenciam ex citacione produxit citacionem legitime executam ad terminum cause ad prosequendum, in quo termino repetivit suas attestaciones, in presencia partis procuratoris cum protestacione clarioris probacionis. Et in continenti in adminiculum sue cause produxit literam missilem. Et ibidem dominus processum interdicti contra Margaretham fulminatum taxavit et viam solvere decrevit. Et in eodem loco procurator Nicolaus petivit partem compelli ad reponendum literam vel literas super bona, que olim habuit dnus Ambrosius Sbrozek in sua tenuta, ex nomine Borzecz et Dzyczkow. Et ibidem dominus decrevit dictam literam fore reponendam probata solucione et satisfactione debiti.

662. Conventus Corporis Christi Leopoliensis per procu-

[1] Powinno być: Lune.

ratorem suum petit duos arthomos de feno recepto per vim et testamentaliter legatos a nobili Magdalena Smerekowska, petens compelli ad solvendum. In presencia nobilis Nicolai Smerekowsky filii dicte ree caventis de rathi[*habicione*] et ad respondendum obtinentis ad quindenam.

663. Discretus Iacobus eclesie Leopoliensis presbiter gra- [393]
cialis de mandato domini retulit se citasse magistrum Andream Bochnya tanquam procuratorem gse dne Anne Lithwynowska ad videndum repeti quittanciam in actis contentam ad instanciam providi dni Nicolai Arnasti consulis Leopoliensis, quam quittanciam de anno Domini 149[*0*] die Lune quarta mensis Ianuarii acticata verbo repetivit. In presencia Andree Bochnya procuratoris dicte dne Anne cum peticione absolvendi ab instancia cause et petente interloqui et per dominum cognosci. Et ibidem dominus interloquendo, quod ex quo hincinde partes se quittaverunt de eorum debitis, dictum dnum Nicolaum Arnast absolvit ab instancia et silencium perpetuum dicte Anne imposuit super ulteriori vexacione.

664. Iacobus Bruchnal recognovit per famosum dnum Stano et suum procuratorem satisfactionem pro Benedicto fratre suo, quam in pecuniis duarum marcarum recepit realiterque et cum effectu levavit, de quibus ipsum quittatur et liberum dimittit.

CLXIV. Iovis III[a] mensis Novembris (3 listopada 1491).

665. Honorabilis et religiosus pater Nicolaus ordinis Predicatorum conventus Belzensis constituit procuratorem Nicolaum Harsch in causa, quam movere intendit laborioso Georgio Fredrici ortulano hospitalis et colono in Czesky Fratrum Minorum, ad agendum, defendendum, ut in forma meliori, et specialiter lucra percipiendum pro conventu Leopoliensi ipsoque dno vicario. Presentibus dnis canonicis in comuni sessione.

CLXV. Veneris quarta Novembris post Omnium Sanctorum (4 listopada 1491).

666. In causa librorum eclesie Dunayowyensis, Viatici et Sermonum, dnus Iacobus moram agens in hospitali extra muros ad sanctum Stanislaum librum Sermonum nunc reponat et in manus dni Iohannis plebani in Dunayow sub excomunicacionum

penis dabit, Viaticum de consensu eiusdem Iohannis plebani ad festum Nativitatis Christi dnus Iacobus retinebit, lapso festo Nativitatis sub penis excomunicacionis huiusmodi Viaticum restituat. Presentibus honorabilibus et discretis Mathia Bar, Andrea Bochnya, presbiteris gracialibus, Stanislao vicario, Nicolao Harsch.

CLXVI. Lune VII[a] mensis Novembris, in crastino sancti Leonardi (7 listopada 1491).

667. Stanislai fabri de Bobrka contra nobilem Felicem Dzewyathnyczky testes citati, providi Nicolaus Parzyglyen et Albertus Bronyecz opidani de Bobrka, inducti iuraverunt in presencia magistri Andree Bochnya procuratoris ad hoc citati. Presentibus venerabilibus et honorabilibus Nicolao Camenecz, Iohanne Pylcziczsky canonicis, Paulo et Michaele vicariis Leopoliensibus, testibus circa premissa.

668. Fratris Gregorii ordinis Predicatorum procurator ad hoc constitutus proponit contra Andream sutorem de Bobrka, [393v] quomodo anno presenti post festum Trinitatis | euntem de Leopoli versus Bobrka et Swyrsz et devenientem ad suspirandum equis in curru trahentibus in quadam taberna, eundem actorem Andreas tanquam incorrectus, qui tunc clero detrahebat, verbis inhonestis obruit, diffamando eundem esse latronem, fornicatorem, meretricis natum, et alia inhonesta verba sibi obiiciendo, que propter pias aures obmittuntur, iniuriando eidem, quam iniuriam extimat ad centum florenos cum comminacione ibidem facta extrahendi gladium ad percuciendum dictum actorem, a circumstantibus liberatum, petens eundem in eisdem condemnari et se ad probandum admitti suam intencionem. In presencia dicti rei ex adverso respondentis animo litem legitime contestandi et negantis narrata, prout narrantur, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus. Presentibus.

669. Iohannes italicus constituit in suum procuratorem magistrum Andream Bochnya in causa, quam movere intendit honeste dne Agneti consorti olim dni Nicolai Zarogowsky, dans *etc.* Presentibus venerabilibus dnis Iohanne Pylcziczsky, Kiliano canonico, magistro Georgio.

CLXVII. Mercurii nona Novembris (9 listopada 1491).

670. Honorabilis dnus Iohannes Dmytrowsky actu presbiter constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch in causa, quam movere intendit nobili Iohanni procuratori in Gay, dans *etc.* Et ibidem dictus Iohannes procurator a simili dicto suo collitiganti ex adverso principali magistrum Andream Bochnya constituit in suum procuratorem, prout in forma meliori. Et ibidem honorabilis Iohannes Dmytrowsky nomine actoris proponit per suum procuratorem legitimum contra nobilem Iohannem procuratorem in Gay, quomodo ita duo anni, durante expedicione bellica, quando quidam fur intulerat eidem actori damnum in pecoribus subtractis novem in numero vaccis, extunc idem procurator ostendendo se modo amicabili in insequendo alias *w pogony* cum sibi adherentibus certis personis dicti actoris et captivando furem cum spoliis tribus pelliceis, valoris qualibet per mediam sexagenam, cum cute vitule valoris sex grossorum et tribus fertonibus pecunie parate, que premissa concernebant dictum actorem, eodem fure suspenso, premissa dictus reus apud se reservavit et in hodiernum diem occupat, pluribus vicibus monitus restituere recusando, petens ad solucionem compelli valorem aut restitui, et si negatum fuerit, probare intendit, forma iuris servata. In presencia dicti rei et sui procuratoris magistri Andree Bochnya deliberantis ad quindenam respondendi. Presentibus venerabilibus Nicolao Camenecz, Kiliano canonicis.

CLXVIII. Lune XIIII mensis Novembris (14 listopada 1491).

671. Discretus Caspar eclesie Leopoliensis vicarius de mandato domini retulit se citasse | hincinde parcium procura- [394]
tores, discreti Iohannis presbiteri de Rokythnycza partis appellantis magistrum Andream Bochnya, et honeste Barbare scribisse de Premislia appellate magistrum Nicolaum Harsch, ad horam presentis diei ad videndum sentenciam diffinitivam ferri. Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Nicolao Camenecz, Kiliano, Iohanne Pylcziczsky canonicis, Mathia presbitero graciali, Michaele signatore.

672. Gsa dna Anna de Lithwynow gsi dni Derslai Hwnow

legitima conthoralis cavendo de ratihabicione sui mariti, cuius nomine magistrum Nicolaum Harsch constituit in suum procuratorem in causa, quam movere intendit dictus suus maritus nobili Iohanni Glynsky, et hoc citra approbacionem iurisdicionis, de qua idem procurator protestatus est, et excepcionibus declinatoriis fori loco suo dandis, dans *etc.* Presentibus.

673. Discretus Caspar eclesie Leopoliensis vicarius de mandato domini retulit se citasse nobilem Georgium Frederici ad instanciam honorabilis et religiosi Nicolai prioris Belzensis, ad horam presentis diei terminum assignando.

674. Busko plebani et consulum in causa occasione collature scole in ibidem et electionis rectoris scolarum de consensu parcium in termino constitutarum per dominum suspenditur et reservatur minister scole pro tempore serviens discretus Petrus ad festum Pasce proxime venturum, quo die adveniente termino dnus plebanus nominatum instituet et presentabit pro illo tempore, in quem et ipsi consules consentire tenebuntur, et ex post futuris temporibus, qualiter institucio fieri debeat dicti ministri sive magistri scole, huiusmodi dicte partes extunc aliam inter se faciant ad perpetuitatem ordinacionem. Presentibus venerabilibus et gsis dnis Nicolao Wylczek, Iohanne Szokolnyczsky, Kiliano, Nicolao Camenecz.

675. Iuraszek ad instanciam religiosi prioris Belzensis accusatus per N. Harsch, pronunciatus.

676. Magdalena Smerekowska ad instanciam prioris conventus Leopoliensis ob non responsionem libelli accusata, pronunciata.

CLXIX. Mercurii XVI mensis Novembris (16 listopada 1491).

677. Discretus Caspar eclesie Leopoliensis vicarius de mandato domini retulit se citasse magistrum Andream Bochnya tanquam procuratorem honorabilis Iohannis plebani in Prussy ad horam presentis diei ad instanciam honestorum Mathie Szopka et Barbare coniugum ad videndum ferri sentenciam diffinitivam. Venerabilibus et honorabilibus dnis Nicolao Camenecz, Kiliano, Iohanne Pylcziczky canonicis, Bartholomeo presbitero graciali Leopoliensi, testibus. |

[394v] **678.** In causa Iacobi de Byschow cum gso dno Demetrio

Chodorowsky terminum excipiendi dudum ab uno mense subductum vel citra propter negligenciam principalis dominus limitavit peremptorie excipiendi contra testes magistro Andree Bochnya infra hinc ad secundam iuris.

679. Petrus quondam minister eclesie in Chlopy petit a discreto Mathia plebano in Chlopy mediam marcam pro laboribus tempore messis ad mandato(!) ipsius plebani exhibitis cum dicti Petri uxore fenum rostrando et quovis(!) labores dicto plebano et servicia ministrando. Item gravi cum querela contra dictum plebanum proponit, quod ipsum verbis inhonestis, diffamatoriis infamavit, ad hospicium dicti ministri cum suis complicibus intrando cum baculis, fustibus, cuspidis illum percutere voluit et latronem appellavit, iniquum hominem asseruit et defraudatorem nominavit, quam iniuriam, infamiam et molestacionem ad viginti florenos extimat, petens ipsum in petitis dictis viginti florenis puniri et ad solvendum cogi et compelli, et si negatum fuerit, offert se probaturum. In presencia magistri Andree Bochnya arrestando contumaciam et caventis de ratihabicione dicti accusati et petentis terminum deliberandi, et obtinuit ad quindenam ad respondendum. Item dictus actor contra Annam cocam plebani proponit, quod ipsum latronem et consortem suam meretricem nominavit et appellavit, quam iniuriam et infamiam extimat ad XXX florenos, petens ipsam in eisdem condemnari et ad solvendum compelli, in dicti dni Andree Bochnya presencia arrestantis contumaciam et caventis de ratihabicione et petentis terminum deliberandi, et obtinuit ad quindenam. Presentibus.

CLXX. Veneris XVIII mensis Novembris (18 listopada 1491).

680. Frater Petrus conversus ordinis Predicatorum petit ab honesto Daniele suo quondam domino intuitu servicii sibi impensi hic Leopoli retroactis temporibus, in primis unum florenum eidem actori specificatum et nominatum per ipsum dnum reum in civitate Iaroslaw tempore nundinarum, item petit eum compelli de indempnitate ad solvendum pro damno, quod suscepit in suo servicio de ipsius mandato insequendo eum pedester equitantem, in qua via invasio latronum eum spoliavit de duabus tunicis valoris unius sexagene et de duabus camisiis

et cultro valoris unius fertonis et de parata pecunia unius floreni, et ibidem fuit vulneratus, petens ad solvendum compelli et per dominum super facto cognosci cum protestacione expensarum. In presencia dni reverendi doctoris dicti rei responsalis, allegantis infirmitatem et accipientis ad deliberandum ad XV, et obtinuit. Presentibus venerabilibus et honorabilibus Iohanne Myskowsky preposito, Iohanne Pylcziczky, Kiliano canonicis, Stanislao vicario, Andrea Bochnya, Iacobo Bruchnal, Nicolao Brodawka.

681. Gsi dni Derslai de Vhnow in causa cum nobili Alberto Glynsky, qui reproduxit in termino iuris processus repentinarum, petens taxari et per dominum cognosci, et dominus cognito non posse probari de bene obtento reservavit processus et illorum taxacionem ad finem litis et procedere super negocio | principali decrevit cum beneficio absolucionis in personam [395] dicti dni Derslai. Et ibidem procurator Andreas Bochnya dicti actoris ad hoc constitutus dabit in scriptis prima die iuris. In presencia magistri Nicolai Harsch protestantis de excepcionibus fori declinatoriis.

682. Honorabilis Iohannes plebanus in Zubrza retulit se citasse de mandato domini gsum dnum Stanislaum *sandzycz* Haliciensem de Syenyawa ad instanciam discreti Bartholomei presbiteri gracialis Leopoliens s, ad horam presentis diei terminum sibi assignando, tanquam ab actore ipsum reum, qui in termino comparuit per se personaliter, contra quem dictus actor proposuit dnus Bartholomeus tanquam successorem in paternalia bona, petens ab eodem reo octo marcas ordinatas et conventas pro servicio dudum expleto cum quatuor truncis siliginis et totidem tritici, petens ad solvendum compelli tanquam successorem. In presencia eiusdem rei negantis implicite narrata, prout narrantur, et deferentis actoris consciencie, et casu quo probatum fuerit, obtulit se solvendarium mediante cognicione et decreto domini.

CLXXI. Lune XXI mensis Novembris (21 listopada 1491).

683. Discretus Iohannes plebanus in Zubrza petit annonas a providio Iohanne Wylczek cive Leopoliensi de agris cultis in Zubrza in valore trium truncorum siliginis et avene, similiter petens ad solucionem compelli, in presencia eiusdem allegantis,

quod dna Zubrska sic secum convenit, ut nulli aliquid nisi sibi de convento precio responderet, petens terminum ad evicendum sibi dari, et obtinuit ad XV. Presentibus honorabilibus Bartholomeo, Nicolao Brodawka presbiteris gracialibus, Kiliano, Barnaba canonicis.

684. Nobilis Bernardus de Thismencza petit unam marcam cum sex grossis polonicalibus pro talento croci, quem apud ipsum emit et solucionem facere promisit olim dno Andree Swyrsky, petens ad solucionem compelli. In presencia eiusdem nobilis Sigismundi Petrilowsky, a quo dicta marca cum sex grossis petitur, negantis, sed dnus olim Andreas defunctus apud eum crocum forisavit et pro parato croco empto ad eum missus recepit. Ex adverso Bernardo offerente suo (!) probaturum per ipsum Sigismundum croci emcionem pro omnibus dilacionibus.

CLXXII. Mercurii XXIII mensis Novembris (23 listopada 1491).

685. Georgius de Stareschyolo et Stanislaus de Bobrka ministri proponunt contra Stanislaum Czuplyk de Bobrka Ruthenum, quomodo in die sancti Martini anno presenti hora secunda noctis de hospicio in scolam transibant, idem Stanislaus Ruthenus erruens se de tenebris irruit super eos, percussit, vulneravit innocentes et Georgio mutilavit digitum et Stanislao tres fertones cum caletha eripuit et abstraxit, quam iniuriam extimant ad centum florenos et pecuniarum restitucionem. In presencia eiusdem petentis se remitti ad forum suum et a iure importune recedentis, et huiusmodi remissionem non obtinendo, petendo ob | huiusmodi absenciam pronunciari contumacem, et [395v] dominus pronunciavit et processus opportunos decrevit dandos. Presentibus Kiliano, Camenecz, Iacobo graciali.

686. Iohannes procurator de Gay ad peticionem honorabilis dni Iohannis Dmytrowsky per modum facti sic respondit, quod quidam dictus Kilianus procurator veniens ad dictum Iohannem petivit [1] eum, ut secum furem insequeretur, qui novem iuvencas dno Iohanni de bonis furatus fuit, quas in Rohatin in annuali foro vendidit et pelliceas tres pro eisdem recepit, et eundo de Rohatin in Bobrka cum pondere captus fuit,

[1] W rkp. petuit.

quem Iohannes veniendo in Bobrkam cum procuratore Kiliano detentum in cipo sedentem invenit cum rebus in pondere contentis, super quem ius in Bobrka fieri et poni sive locari petiverunt et obtinuerunt usque per tres dies de consuetudine iuris civilis, et fuit decretum iuxta recognicionem furis, quod ipse vaccas furatus fuit et huiusmodi pelliceas pro vaccis recepit, pro qua recepcione pena patibili est sentenciatus, et sic dnus Iohannes procurator de Gay obtinendo pondus et res dedit mediam sexagenam pro huiusmodi pondere, prout est moris et consuetudinis, et expectando terminum per tres dies cum sex personis et totidem equis affirmavit esse exposuisse tres fertones, petens sibi huiusmodi impensas resartiri, et huiusmodi pelliceas apud se retinuisse duas et terciam Kilianus procurator eiusdem dni Iohannis recepit, quantum de cute confessus est, sed nescit, quis de curia recepit. In presencia Nicolai Harsch petentis ad probandum admitti suam intencionem pro omnibus dilacionibus et protestantis de iuramento calumpnie.

687. Albertus Glynsky a gso dno Derslao Hwnowsky petit in primis sex marcas et novem florenos, quas et quos recepit post fratrem mortuum dictum Glynsky, item duas sexagenas, quas recepit a laico in Hwnow eundem Glynsky concernentem, item ligibulas coralina cum *gagathky*, inter quas pendebat unum nobel [1] in valore duorum florenorum et unus aureus et anulus cum lapidibus in valore trium florenorum, item duos equos, in valore unus quinque marcarum et alius in valore trium marcarum, item subam unam nigram Astradomiensem vulpibus subductam in valore quatuor florenorum et aliam rubeam in valore eciam quatuor florenorum, petens ipsum compelli ad restituendum dictas res per eum receptas aut valorem earundem exolvi. In presencia magistri Nicolai Harsch procuratoris dicti dni Derslai declinantis forum et defendentis se declinatoria fori sicut in actione civili et inter seculares personas, actorem videlicet et reum, non valentis se dominum esse in hac causa partibus iudicem competentem, petentis se remitti ad districtum Belzensem, ubi dnus Derslaus consuetum domicilium habet, per regularitatem, cum actor forum rei sequitur, et cum protestacione per eum facta de iniuria iniuste excomunicacionis, reservando

[1] Nobile: pieniądz angielski.

ibi actionem et petendo super premissis cognosci et per dominum interloqui, et dominus deliberatus interloquetur. Presentibus.

688. Ad testes et eorum dicta nomine Iacobi clerici in- [396]
ductos contra dnum Demetrium, quibus testibus ut asserit inducens probavit suam intencionem super quibus marcis propositam iuxta dependenciam termini et prout terminus requirit excipiendi, magister Andreas Bochnya procurator dicti dni Demetrii excepit, allegans easdem quinque marcas dudum fuisse solutas sibi Zacharie, offerens se probaturum, et dantur eidem inducie sex septimanarum sub ammissione cause. Presentibus.

689. Anne mulieris cum dno Iacobo presbitero in causa ex controversiis parcium per dominum auditis, videlicet per dnum Iacobum quatuordecim latis petitis, presente dicta actrice allegante solucionem in parte dne Buczaczka octo latos factam et super reformacionem stube et camere decem latos et ita in totum factam fuisse solucionem, ex residuo confessatorum per dnum Iacobum, videlicet unius marce minus quinque latis, remittendo per reum consciencie actricis super deperditis rebus in camera clausis, per eandem actricem moderacione previa ad duas marcas extimatis, super quo prestando datur ad deliberandum partibus.

690. Discretus Iacobus de hospitali presbiter res clausas Anne mulieris in camera et in domo dne Katherine Buczaczska apperta camera per eandem Annam mulierem per subordinatum laicum receptas et deportatas pro omnibus dilacionibus offert se probaturum. Presentibus.

CLXXIII. Lune antepenultima mensis Novembris ante festum sancti Andree Apostoli proxima (28 listopada 1491).

691. Michael eclesie Leopoliensis vicarius de mandato domini retulit se citasse magistrum Andream Bochnya tanquam procuratorem nobilis Stanislai Krzyschowsky ad instanciam magistri Nicolai Harsch tanquam procuratoris nobilis Katherine Krzyschowska ad videndum in causa interloqui, ad horam presentis diei terminum eidem assignando. Presentibus honorabilibus dnis Kiliano, Iohanne Pylcziczky canonicis, Paulo Geruch, Stanislao vicariis Leopoliensibus.

692. Martinus vicarius Leopoliensis retulit se citasse a si-

mili Paulum Geruch tanquam procuratorem dni Iohannis presbiteri de Zudaczow ad instanciam Nicolai Harsch procuratoris Pauli notarii castrensis de ibidem, hincinde eisdem ad horam presentis diei terminum assignando. Presentibus.

693. Cristinus murator obligatur patri priori conventus Corporis Christi ex confessatis sedecim scotos eclesiasticis sub censuris infra tempus quindene solvere obligatur. Presentibus.

694. Alberti Glynsky in causa cum gso dno Derslao de Hwnow prout terminus requirit ad interloquendum, instantibus parcium procuratoribus ad interloquendum, petentibus interloqui, dominus exoneravit se ex causa et de mandato reverendissimi dni Iohannis archiepiscopi dicte sedis metropolitane Leopoliensis remisit causam viceversa tractandam et examinan-
[396v] dam. In presencia | magistri Andree Bochnya procuratoris dicti actoris Glynsky ex adversoque principalis prefati dni Derslai verbo appellantis. Presentibus.

695. Paulus Geruch eclesie Leopoliensis vicarius de mandato domini retulit se citasse magistrum Nicolaum Harsch tanquam procuratorem venerabilis dni Nicolai Gromaczky archidiaconi Premisliensis executoris testamenti olim dni Nicolai Rosza ad instanciam venerabilis dni Nicolai Camenecz procuratoris dni Stanislai Dersnak succamerarii Premisliensis a similique eundem dnum Nicolaum Camenecz, ipsis terminum ad horam presentis diei assignando, ad videndum in causa eadem diffinitivam ferri, et dominus ad instantes peticiones parcium procuratoribus (!) tulit et pronunciavit in scriptis.

CLXXIV. Veneris secunda mensis Decembris post festum sancti Andree Apostoli proxima (2 grudnia 1491).

696. In causa matrimoniali providorum Pauli sutoris de de Kamenecz et Katherine olim Busky relicte de Leopoli parcium super condicionibus appositis vertente, ex quo contrahens Paulus non potuit condicionem appositam adimplere ipsi Katherine promissam contrahenti, ex ipsorum iuramentis de veritate dicenda hincinde prestitis, dicimus matrimonium esse nullum et liberum arbitrium partibus damus ad alia vota libera contrahendi et convolandi. Presentibus honorabilibus dnis Nicolao Camenecz, Kiliano, Iohanne Pylcziczky canonicis, Mathia

et Paulo vicariis, Michaele Mebroth, Andrea de hospitali presbiteris gracialibus, testibus.

697. Mathias vicarius de mandato domini retulit se citasse providum Martinum lorificem, ad horam presentis diei terminum assignando, ad instanciam Margarethe uxoris sue, et per dnum Nicolaum Camenecz procuratorem ad hoc constitutum prefate uxori sue petitum est, ut dominus compelleret predictum maritum ipsius ad redimendam tunicam, quam idem apud Iudeos invadiavit, et dominus prefixit terminum duarum septimanarum predicto marito, ut tunicam prefatam a Iudeis redimeret sub penis excomunicacionum, quem prefatus executor monuit, ut infra duas septimanas eandem tunicam redimeret. Presentibus.

CLXXV. Lune V^ta^ mensis Decembris, in vigilia sancti Nicolai episcopi (5 grudnia 1491).

698. In causa discreti Iohannis quondam vicarii in Zudaczow et Martini ministri de ibidem super ipsorum controversiis hincinde habitis, dnus Iohannes vicarius iurabit, quod medium florenum pro Martino ministro solvere non promisit, quem Paulo integraliter florenum dedit post concordiam cum Paulo factam, a simili Martinus minister iuramentum prestabit, quod libellum cum carminibus de camera ipsius dni Iohannis Martinus non recepit, que iuramenta partes prestabunt infra hinc prima die iuris post Epifaniarum peremptorie, Martinus autem carminare ad unum florenum pensabat. Presentibus venerabilibus Kiliano, Iohanne Pylczyczsky, Nicolao Camenecz canonicis.

699. Discretus Iacobus vicarius retulit se citasse honestum [397] Nicolaum Lichy servitorem dni pallatini Russie de Chlopy tanquam testem pro futuro inducendum ad instanciam venerabilis dni Nicolai Kamyenyecz plebani in Prochnyk, terminum sibi ad horam presentis diei assignando, qui cittatus in instanti iuravit ad imaginem Salvatoris nostri crucifixi. Item honestus Nicolaus Lichy testis cittatus et iuravit in absentia partis, neutri parti favet nisi pure propter Deum testatur, et principali interrogatus, quid sibi constaret de ornato et calice olim dni Iaczko Rosborsky, qui erat in eclesia depositus, et quis mandavit sibi ipsum de eclesia recipere, respondit, quod dnus Iohannes Rosborsky, apud quem tunc temporis servivit, qui mandavit sibi ire et nomine omnium fratrum ornatum cum calice

recipere de eclesia, et sic dno Nicolao baccalario plebano dixit, ut daret ornatum cum calice de eclesia, quia mandaverunt ipsum omnes fratres germani recipere, et sic dnus Nicolaus baccalarius plebanus testi dedit et a teste dnus Iohannes Rosborsky recepit. De aliis testi non constat.

CLXXVI. Veneris nona mensis Decembris (9 grudnia 1491).

700. Providus Nicolaus Cuchtha institor Leopoliensis petit a discreto Michaele vicario marcas tres cum media, pro quibus fideiussit prefato dno Nicolao pro dna Katherina Krznylowska, et florenum pro liripipio occasione fideiussorie pro dno Iaslowyeczky facte, petens se ad probandum admitti, casu quo negatum fuerit, dictumque fideiussorem ad solvendum cogi et compelli. In dicti Michaelis presencia petentis ad deliberandum, et obtinuit ad quindenam. Presentibus reverendissimo in Christo patre dno archiepiscopo Leopoliensi et honorabilibus Nicolao Wroblowsky canonico, Stanislao et Paulo Geruch vicariis.

701. In causa septem florenorum testamentariorum olim nobilis Iohannis Boxa, qui dno Iacobo Bruchnal tanquam executori ad tollendum et recipiendum per testatorem sunt commissi, quos Nicolaus Wydawsky debitor ipsius Iohannis Boxa solvere tenetur, pro quibus allegavit patri dicti Boxa satisfacionem, quam probabit post octavas Epifanie Domini peremptorie.

702. Venerabilis dnus Nicolaus Wroblowsky canonicus Leopoliensis et Iohannes de Parznyowycze in Dunayow plebanus notarius publicus, testes pro parte nobilis Glynsky Alberti super citacione ab auditorio dni reverendissimi archiepiscopi Leopoliensis contra gsum dnum Derslaum de Hwnow emanata inducti, recognoverunt, quod huiusmodi citacio fuit contra prefatum dnum Derslaum decreta et in termino citacionis ipse Derslaus comparuit, qui furiose cum indignacione a termino discessit, propter quod excomunicatus racione contumacie existit, et postmodum dum sua socrus mortua fuit, tunc ad sepelliendum eandem absolucionem cum citacione ad idem faciendum obtinuerat, et postmodum in eadem audiencia dni archiepiscopi ob non paricionem termini sibi ad hoc limitati fuit reintrusus et excomunicatus. Presentibus.

703. Iacobus suburbanus castrensis et Iohannes Bylycza cocus castri superioris, testes pro parte dni Iacobi presbiteri et

contra Annam Armenam citati, inducti iuraverunt in presencia partis procuratoris. |

704. In causa matrimoniali providi Martini Plathnyerz ve- [397r]
nerabilis dnus Nicolaus Wroblowsky canonicus Leopoliensis ponendo se principalem fideiussorem sub pena centum florenorum de securitate vite Margarethe dicti Martini consorte(!) cavit et Martinus predictus huic pene se subdidit, etiam vinculis carcerum, quod ipsam Margaretham tanquam consortem honeste fovebit et tractabit, alias si repertus fuerit, quod in eam seviciam exercebit, extunc dnus Nicolaus canonicus prefatus poterit eum ad carceres coniicere et tamdiu tenere, donec penam centum florenorum reponat. Presentibus dnis Nicolao Camenecz, Kiliano canonicis et Nicolao locato presbitero graciali.

CLXXVII. Lune XII mensis Decembris (12 grudnia 1491).

705. Anna mulier Armena attemptabat primam diligenciam sua protestacione contra dnum Iacobum non probantem suam intencionem. Presentibus honorabilibus Kiliano canonico, Alberto Borowsky, Nicolao Harsch.

706. Ingeniosus Michael de Wylno petit a laborioso Iohanne suburbano marcas tres occasione debiti certi et veri mutuati pro Margaretha Byenyaschowa socre sua facti, et pro quo se dictus Iohannes posuit principalem debitorem, petens ipsum ad solucionem compelli. In presencia eiusdem allegantis se pro eadem intercessisse tantum et non fideiussisse, ex adverso dicto Michaele replicante et se fideiussoriam admitti petente, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus. Presentibus.

CLXXVIII. Mercurii XIIII Decembris, in crastino sancte Lucie virginis (14 grudnia 1491).

707. In causa appellacionis Katherine Mzurowska cum Stanislao Krzyschowsky citatis hincinde procuratoribus et petentibus uno alterum libello responderi, extunc dominus decrevit verificare gravamina per acta prime istancie compulsorialium literarum cum admissione parti servienti. Presentibus venerabilibus dnis Kiliano, Nicolao Camenecz canonicis, Stanislao et Michaele vicariis.

CLXXIX. Veneris XVI mensis Decembris (16 grudnia 1491).

708. Martinus Plathnyerz civis Leopoliensis constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch in causa. quam movet seu movere intendit nobili dne Heduigi Romanowska et Margarethe consorti sue illam repetendo, dans *etc.* Et ibidem exigente dicto actore iuramentum calumpnia(!) a parte rea, quod ipse prestitit, quod eam non calumniatur, quod domina scit de sua uxore et ipsa eam alienavit a se, petens ex adverso hoc ipsum prestari, et dominus limitavit terminum ad octavam. Presentibus honorabilibus dnis Michaele, Stanislao, Iacobo vicariis, Andrea Bochnya.

709. Iacobus eclesie Leopoliensis vicarius de mandato domini retulit se citasse ingeniosum Iohannem prepositi ad instanciam venerabilis dni Gregorii Barnabe canonici Leopoliensis ad horam presentis diei, a quo petivit cimbalum sibi mutuatum in valore octo grossorum, petens ipsum ad solvendum cogi et compelli. In presencia eiusdem confitentis se cimbala recepisse, qui obligatur sub excomunicacionum penis eosdem octo grossos
[398] infra unum mensem | solvere, in ipsum eo facto ferendas(!). Presentibus.

710. Iacobus vicarius de mandato domini retulit se citasse magistrum Nicolaum Harsch tanquam procuratorem gsi dni Derslai de Hwffnow ad horam presentis diei ad instanciam nobilis Alberti Glynsky ad videndum dictum dnum Derslaum in pristinas excomunicacionum sentencias reintrudi. In presencia eiusdem Nicolai allegantem satis fuisse functum suo officio et appellantem, cui appellacioni non renunciat percipere prosecucionem sui dni principalis, instante magistro Andrea Bochnya instancius et petente reintrudi, et dominus reintrusit processuum opportunorum cum decreto. Presentibus ut supra, dicto procuratore N. H. protestantis(!) super attentatis post appellacionem.

711. Nobilis Albertus Glynsky ex certis causis ad id animum suum moventibus magistrum Andream Bochnya procuratorem contra dnum Derslaum de Hwffnow prius constitutum revocavit cum onere reassumendi.

712. Agnes consors olim dni Nicolai Zarogowsky constituit in suum glem procuratorem Georgium Gebel genera-

liter contra omnes debitores, quos ipsa domina duxerit nominandos, dans *etc.*

CLXXX. Veneris XXIII mensis Decembris post festum sancti Thome (23 grudnia 1491).

713. Nicolaus Harsch procurator Nicolai Abrkonis petit ab ingenioso Petro ministro eclesie in Busko sex latos certi debiti, petente ipsum ad solvendum compelli. In presencia Pauli mansionarii petentis ad deliberandum, et obtinuit ad quindenam. Presentibus honorabilibus Kiliano canonico, Mathia vicario.

714. Stanislaus vicarius de mandato domini retulit se citasse Nicolaum Harsch tanquam procuratorem Anne Armene ad instanciam dni Iacobi presbiteri ad videndum publicari dicta testium ad horam presentis diei, et dominus publicavit et copias partibus habere volentibus decrevit et terminum excipiendi ad primam iuris post vacancias. Presentibus.

715. Iacobi de Byschow clerici iuxta dependenciam termini super improbandis testibus duo Demetrio datis protestatus est procurator dicti clerici contra non inducentem eosdem reprobatorios testes de secunda dilacione sibi per ius admissa.

716. Magistri Georgii altariste in causa cum Iohanne Ryczerzyk prestandi iuramenti decisorii terminus prorogatur eidem sub forma prefixa soli principali ad primam iuris post vacancias sub eclesiasticis censuris in principalem ipso facto ferendis. Presentibus.

1492.

CLXXXI. Die Lune XVI mensis Ianuarii (16 stycznia 1492).

717. Paulus advocatus de Buszko per procuratorem suum petit compelli honestam dnam Katherinam suam glotem de Buszko ad reponendum ad restituendum sibi privilegium illum concernentem(!) super hereditaria bona ibidem post obitum sui | sui(!) fratris Laurencii, quod usurpat et retinet penes se [398v] nullis ex causis vel respectibus, et casu quo negatum fuerit, probare intendit. In presencia Bartholomei ipsius procuratoris mandatum ad causam producentis, qui obtinuit ad deliberandum respondendi ad quindenam. Presentibus honorabilibus Iohanne

plebano de Prussy, Casper zacristiano, Mathia, Michaele vicariis, testibus ad premissa.

718. Famosus Paulus advocatus de Buszko constituit suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch contra Katherinam suam glotem de Buszko in causa inter eos attemptata, ut in forma meliori. Presentibus.

719. Helizabet de Grodek inherendo priori contractui inito clandestine medio iuramento cum discreto Mathia clerico de Grodek, qui eandem de honestate seduxit et ipsa volente defloravit, eundem petit compelli ad consumendum matrimonium contrahendum in facie eclesie, et hoc propter mortem inviti mariti Bartholomei sutoris, cum quo retroactis annis causa examinabatur. In presencia dicti rei, qui renitet contractum allegans causas nunquam secum contraxisse nec aliquod examen cause habuisse nec secum aliquas pecunias quatuordecim marcas consumsisse aut sedecim in mutuum recepisse, super quibus dominus deliberabit ad octavam, prefiendo partibus terminum audiri suum decretum ad octavam. Presentibus.

720. Honesta Agnes Zarogawska de Leopoli petit a dno Iohanne plebano de Prussi novem fertones pro curru salis, in presencia eiusdem Iohannis plebani petentis ad deliberandum ad quindenam, et obtinuit. Presentibus.

721. Honorabili dno Iohanni de Kamyonka cum honorabili dno Paulo de Zelechow terminus prorogatur ad octavam idem faciendi etc.

CLXXXII. Die Veneris vicesima mensis Ianuarii [1] (20 stycznia 1492).

722. Martinus de Mlynowcze pro decim florenis occasione testamenti olim Stanislai prepositi executorio nomine petitis prestitit iuramentum, quod dictos florenos illi nunquam tenebatur, quem dominus ab impeticione ulteriori absolvit. Presentibus dno Kyliano canonico et Paulo Geruch vicario et dno Andrea de hospitali. |

[399] *CLXXXIII. Lune XXIII mensis Ianuarii* (23 stycznia 1492).

723. Elizabet de Grodek matrimonialis in causa cum Mathia Pyrok clerico de ibidem dominus auditis parcium diffe-

[1] W rkp.: Ianurii.

renciis, Elizabet petentis maritum et Mathia subterfugientis contractum, decrevit eidem iuramentum super sua responsione, quod prestitit in hec verba: nunquam in mutuum recepisse sedecim marcas neque aliquem contractum matrimonialem contraxisse cum dicta actrice, quam ibidem evasit et cui ex decreto domini propter susceptam prolem et eius nutrimentum obligatur et astringitur solvere marcam pro dominica Ramispalmarum, aliam pro festo sancte Trinitatis et terciam marcam pro festo sancti Michaelis, ratis se sequentibus immediate. sibi Elizabet eclesiasticis sub censuris in eum fulminandis iuxta domini decisionem assignatas. Presentibus dnis Kyliano, Gregorio canonicis, Iacobo, Stanislao viccariis, testibus circa premissa.

724. Famosus dnus Petrus Lindnar consul Leopoliensis ad instanciam venerabilis dni Kyliani ob non paricionem monicionis sentencias excomunicacionum incidisse declaratus est. Presentibus.

CLXXXIV. Die Mercurii XXV mensis Ianuarii (25 styczcznia 1492).

725. Honorabilis dnus Mathias guardianus de Halycz proponendo contra Iacobum opidanum de Halicz petit ab eo censum retentum trium annorum, per unam marcam seorsum, petens eundem ad solvendum compelli. In presencia dicti rei, qui ibidem petivit executorem beneficio reconvencionis, et obtinuit discretum Stanislaum viccarium relacione facta, qui citavit actorem ad instanciam dicti rei, contra quem proponitur, quod tenet decem grossos residuos receptos ultra censum suum cum damno suscepto apreciacione equi pro uno fertone, petens eundem ad solvendum compelli et ad interesse de damno. Qui reus animo legitime litem contestandi negavit narrata, prout narrantur, a simili idem actor ad petita rei narravit (!) narrata, et datur partibus hincinde ad probandum vel deferendum pro omnibus dilacionibus. Presentibus ibidem honorabilibus et discretis Floriano, Mathia, Georgio, Simone, testibus circa premissa. | Et ibi- [399v]
dem reus evadendo actorem, qui detulit reo, prestitit iuramentum decisorium et evasit actorem, petens impensas et expensas cum protestacione, petens taxari et ad vota domini expensas permisit et complanavit.

726. Discretus Michael viccarius retulit se citasse de man-

dato domini ad instanciam discreti Floriani plebani de Staressyolo Andream Bochnya tanquam procuratorem Czisti Barthosz ad terminum audiencie presentis ad videndum in causa concludi. Et dominus diucius expectato citato, in contumaciam eius in causa conclusit, offerens suam intencionem. Presentibus.

727. Honorabilis dnus Michael viccarius eclesie Leopoliensis retulit se citasse honorabilem Paulum procuratorem gsi dni Monastirsky ad videndum in causa concludi. Et dominus conclusit, in presencia dni Andree Bochnya procuratoris reverendi patris dni episcopi Chelmensis. Testibus ut supra.

CLXXXV. Die Veneris XXVII mensis Ianuarii (27 stycznia 1492).

728. Honorabilis dnus Michael viccarius eclesie Leopoliensis retulit se citasse discretos Paulum Colat et Iohannem plebanum de Vyssnya notarium dni Crowyczky ad instanciam providi Nicolai mercatoris de Leopoli ad horam presentis diei. Presentibus venerabilibus Gregorio, Iohanne Pilcziczky, Iacobo viccariis, testibus circa premissa.

729. Iohannes plebanus de Vyssnya notarius dni decani Leopoliensis ad instanciam famosi Nicolai mercatoris de Leopoli pronunciatus est contumax.

CLXXXVI. Die Lune XXVIIII[1] *mensis Ianuarii* (30 stycznia 1492).

730. Discretus Nicolaus nomine providi Pauli de Bruchnal petit honestam Gertrudem filiam Stanislai Vydlycza iuxta contractum per verba de presenti inter eos factum in facie eclesie consumari. In presencia dni Andree procuratoris Gertrudis allegantis contractum matrimonium licet posterius, tamem eam cognoscens carnaliter et inpregnatam faciens tanquam adulter separandus est, et eciam alio obstante, quod virgo negat aliqua verba per ipsam expressa circa talia sponsalia, que
[400] matrimonium facere viderentur. | Et actor probabit contractum per verba de presenti factum. Presentibus ibidem venerabili et discretis Iohanne Pylcziczky, Nicolao Harsch, Casper zacristiano, testibus circa premissa.

[1] Powinno być: XXX.

731. Venerabilis dnus Nicolaus de Wroblovycze, canonicus Leopoliensis audita cominacione Regie Maiestatis per dnum capitaneum Leopoliensem Spy[*t*]konem de Iaroslaw, quem sua magnificencia nomine Regie Maiestatis fecit se obligare caucionari ad standum et se representandum personaliter coram Regia Maiestate in convencione generali proxime ventura pro canonicatu Cracoviensi, quod dnus archiepiscopus in suum favorem resignavit, et tandem ipse dnus Nicolaus coram dno officiali personaliter constitutus sub penis excomunicacionum obligavit ad standum et se representandum coram Regia Maiestate et toto consilio regni, et quia ipse dnus Nicolaus talibus auditis canonicatum Leopoliensem, quod debuit Iohanni Syennovsky resignare et dnum Nicolaum Kamyenyecz ad cedendum dictum canonicatum procuratorem constituerat, revocavit et ex nunc revocat et dno viccario et officiali dictam revocacionem intimavit et insinuavit. Presentibus Mathia et venerabili dno Iohanne decano, Martino plebano de Thysmienycza, Gregorio Barnaba, testibus circa premissa.

732. Honorabilis dnus Martinus plebanus de Thysnyenicza constituit et solenniter ordinavit suum verum et legittimum procuratorem dnum Andream Bochnya contra nobiles Andream Mylovanszki et alios duos nobiles nostre diocesis Leopoliensis omnibus melioribus, modo, via, cum omnibus clausulis, ut in forma meliori, dans *etc.* Presentibus.

CLXXXVII. Die Veneris III[a] mensis Februarii (3 lutego 1492).

733. In causa honorabilis dni Floriani plebani de Staressyolo et Czistibarthosz petente concludi in eadem causa, et conclusit dominus et sentenciam deliberatus pronunciabit. Presentibus ibidem honorabilibus et discretis Iohanne, Iacobo, Stanislao viccariis, Michaele, testibus circa premissa. |

CLXXXVIII. Die Mercurii VIII mensis Februarii (8 lutego 1492). [400v]

734. Gsus dnus Petrus Cebrowski constituit et solenniter ordinavit suum verum et legittimum procuratorem honorabilem dnum Paulum vicarium Leopoliensis eclesie contra honorabilem dnum Iohannem plebanum de Trebowla, dans *etc.* Presentibus

venerabilibus et discretis Gregorio, Kyliano canonicis, Stanislao viccario, testibus circa premissa.

735. Discretus Nicolaus Catrusza vicarius de Grodek constituit in suum procuratorem dnum Andream Bochnya in causa, quam sibi movet seu movere vult et intendit ingeniosus Georgius scolaris de ibidem, dans *etc.* Presentibus discretis Paulo Geruch, Mathia vicariis, Casparo sacrista.

CLXXXIX. Veneris XVIII[1] *Februarii* (17 lutego 1492).

736. Honorabilis dnus Martinus Romanus eclesie Leopoliensis vicarius retulit se citasse nobilem Georgium Frederici ad instanciam venerabilis dni Stanislai de Trzebochow canonici et officialis Leopoliensis, eidem terminum ad horam presentis diei assignando, et eo non comparente pronunciatur per se processuum opportunorum cum decreto. Presentibus venerabilibus dnis Iohanne Pylcziczski, Kiliano, Barnaba canonicis.

CXC. Lune XX mensis Februarii (20 lutego 1492).

737. Honesta dna Agnes relicta olim dni Zarogowsky de Leopoli ob non paricionem monicionis contra ipsam dudum ad instanciam venerabilis dni Iohannis Bostowsky plebani in Iaroslaw emanate et emisse occasione certi debiti in actis obligati, eodem instante et petente, per dominum sentencias excomunicacionis incidisse et incurisse declaratur processum opportunorum cum decreto. Presentibus discretis dnis Andrea Bochnya, Paulo Geruch vicario, Stanislao de Vhrinow notario castrensi.

CXCI. Veneris XXIIII Februarii (24 lutego 1492).

738. Nobilis dnus Stanislaus Dawydowsky de Nowosyelcze constituit in suum procuratorem magistrum Andream Bochnya in causa et causis, quam et quas sibi honesta Zophia relicta olim Pawlyk de Leopoli movet seu movere vult et intendit occasione quadraginta florenorum, dans *etc.* Et ibidem dicta Zophia actrix a simili Paulum Geruch vicarium contra prefatum
[401] Stanislaum | constituit in suum procuratorem, actorem, factorem et negociorum suorum gestorem, agendi et defendendi, prout in forma meliori. Presentibus honorabilibus dnis Kiliano cano-

[1] Powinno być: XVII.

nico, magistro Georgio altarista, Stanislao vicario, Iohanne Cochanek mansionario Leopoliensibus, testibus circa premissa.

739. Discretus Nicolaus Brodawka presbiter gracialis de mandato domini retulit se citasse dnum Paulum Geruch tanquam procuratorem dne Zophie Pawlykowa ad instanciam Andree Bochnya ex adverso procuratoris dni Stanislai Dawydowsky ad videndum reconvenire ad horam presentis diei. Et ibidem magister Andreas Bochnya reconveniendo petit ab honesta Zophia Pawlykowa nomine procuratorio dni Dawydowsky pro novem vasis luceorum per mediam quintam marcam, quod Pawlyk maritus eius tenebatur tanquam certum et liquidum debitum contractum, petens ad solvendum cogi et compelli. In presencia ex adverso dni Pauli procuratoris dne Zophie petentis terminum ad deliberandum, et obtinuit ad quindenam, ex adverso dni Andree protestantis, casu quo negatum fuerit, admitti ad probandum suam intencionem pro omnibus dilacionibus Presentibus.

CXCII. Veneris secunda Marcii (2 marca 1492).

740. Discretus Andreas Bochnya ingeniosi Iacobi ministri eclesie de Golegori procurator [1]

CXCIII. Veneris nona mensis Marcii (9 marca 1492).

741. Comparens personaliter famosus dnus Andris advocatus civitatis Leopoliensis nomine providi Nicolai Myenda carnificis testatoris infrascripti, reproducto publico testamenti instrumento, debita cum instancia petivit et postulavit, ut voluntas prefati testatoris suum sortiretur effectum, ad acta presencia introduci et in audiencia publica ingrossari. Et dnus auditor Leopoliensis presidens attenta huiusmodi peticione iusta et racioni consona admisit, cuius quidem instrumenti tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis:

In nomine Domini amen. Sub anno Nativitatis eiusdem millesimo quadrigentesimo nonagesimo secundo, indicione decima, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri dni Innocencii divina providencia pape octavi anno ipsius octavo, die vero Veneris XX mensis Ianuarii, hora terciarum vel quasi,

[1] Zapiska niedokończona.

in stuba murata domus honesti Georgii sutoris in platea sutorum civitatis Leopoliensis site, in mei notarii publici testiumque infrascriptorum pariter vocatorum et rogatorum specialiter ad hoc presencia constitutus personaliter providus Nicolaus Myenda carnifex, per graciam Dei sanus mente et corpore, racione et intellectu, timens inevitabilem mortis eventum, quem nullus effugere potest, et considerans, quod nil cercius morte nilque incercius hora mortis, nolens intestatus decedere, sed volens de suis bonis sibi a Deo collatis anime sue et suorum predecessorum salutem providere de ipsisque suam ultimam in finem et effectum exprimere voluntatem, ne post ipsius decessum inter proximos et amicos lis et discordia aliqualiter oriatur, pro eisdem bonis tale testamentum condidit, fecit et ordinavit distribuitque in hunc modum, qui sequitur: In primis Deo animam suam commendavit, item Dorothee sue sorori germane decem
[401v] marcas cum suppellectilibus | dedit, item ad hospitale extra muros Leopolienses decem marcas dedit, item honorabili dno Iohanni fratri suo germano quadraginta marcas absque una ante annos aliquot dederat, donavit, qui dnus Iohannes receptis prefatis XL minus una marcis ordinacionem cuiuscunque donacionis per dictum Nicolaum Myenda fiende nullomodo impedire sed omnia pro voluntate dicti testatoris rata et grata habere compromisit, omnem successionem abrenuncians, quemadmodum ipse testator retulit, item eclesie metropolitane Leopoliensi omnes pecunias alias, quascunque habuit, super pavimentum construendum dedit, donavit ipsasque pecunias dispensandas et in usus meliores commutandas suis veris et legitimis executoribus, quos sibi elegit, videlicet famosos dnos Andream advocatum, Nicolaum Gayszlar et Michel Kunczam, commisit, dans et concedens eis omnem potestatem prefatorum bonorum dispensandi. Super quibus omnibus et singulis prefati dni executores taliter ordinati a me notario publico infrascripto pecierunt publica instrumenta et hoc presens instrumentum publicum sibi fieri et confici. Acta sunt hec anno, indicione, pontificatu, die, mense, hora et loco, quibus supra. Presentibus honorabili et providis magistro Georgio altariste(!) dnorum consulum civitatis Leopoliensis, Mathia, Michaele Gebel consulibus et Iohanne notario civitatis, testibus circa premissa. Subscriptio notarii. Et ego

Iohannes Martini de Grodek clericus Leopoliensis diocesis publicus imperiali auctoritate notarius, quia predictis legacionibus, donacionibus testamentique sive ultime voluntatis confectioni et ratihabicioni aliisque omnibus et singulis premissis, dum sic ut premittitur agerentur et fierent, unacum prenominatis testibus presens interfui eaque sic fieri vidi et audivi, ideo hoc presens publicum instrumentum manu propria scriptum exinde confeci et in hanc publicam formam redegi signoque et nomine meis solitis et consuetis consignavi in fidem et testimonium omnium premissorum rogatus et requisitus.

Et ibidem dnus auditor Leopoliensis, reviso huiusmodi testamenti instrumento et eo perlecto et reviso, de iurisperitorum consilio omnia in eo contenta roboravit et emunitati eclesiastice commendavit. Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Iohanne Pylcziczsky, Kiliano, Barnaba canonicis, Michaele et Paulo vicariis, Nicolao Brodawka, testibus circa premissa.

742. Honorabilis dnus Petrus Wolski plebanus in Chodorowstaw constituit in suum procuratorem magistrum Andream Bochnya in causa et causis, quam et quas movet seu movere vult et intendit gso dno Gunthero de Syenyawa iudici terrestri Leopoliensi, dans *etc.*

743. Discretus Bartholomeus presbiter gracialis de mandato domini retulit se citasse circumspectum Paulum Geruch procuratorem gsi dni Iohannis Monastirski ad instanciam magistri Andree Bochnya tanquam procuratoris reverendi patris dni Mathie Dei gracia episcopi Chelmensis ad videndum sentenciam diffinitivam ferri et alias voluntatem domini pronunciari, eidem terminum ad horam vesperorum assignando. |

CXCIV. Mercurii XIIII mensis Marcii, post festum sancti [402]
Gregorii proxima (14 marca 1492).

744. Discretus Iohannes de Colomya proponit in querela, quomodo de anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo primo providus Paulus vitricus de Colomya cum servo Rutheno dicto Warzywoda [*eum*] tempore nocturno circa galli cantum percussit et letaliter ad ventrem vulneravit, quam percussionem et molestacionem revocat ad centum florenos, petens ipsum in eisdem puniri et ad solvendum cogi et compelli, mallens tantum et plus ammittere, quam huiusmodi infamiam et percus-

sionem pati et sustinere, et casu quo negatum fuerit, offert se et petit ad probandum admitti pro omnibus dilacionibus. In presencia eiusdem Pauli negantis percussionem, sed famulus suus Ruthenus defedendo se, quia dnus Iohannes super eum gladio percuciebat, et vim vi defendendo, percussit eum et proiecit super eum. Item contra dnum Luryncz pellificem, quomodo mandavit eum percutere et ex isto mandato percussus est, quam iniuriam extimat ad centum fiorenos, in presencia eiusdem negantis narrata, prout narrantur, petens petita fieri non debere. Et dominus obtemperando litibus deputavit examen cause commissariis delegatis, honorabilibus Iohanni preposito in Colomya et Petro de Thlumacz plebano, super inductione testium examinandorum et per partes inducendorum hincinde, qui remissarii attestaciones fideliter conscriptas domino remittent. Et ibidem dicti rei mediante suo procuratore in modum reconvencionis allegabant prius fuisse invasos per actorem, cuius insultibus obtemperando nisi cessissent, fuissent letaliter vulnerati, offerendo se probaturos, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus. Et ex post dicti rei constituerunt procuratorem magistrum Nicolaum Harsch ut in forma meliori contra dnum Iohannem actorem agendi, defendendi. Presentibus discretis Stanislao vicario, Andrea de hospitali.

CXCV. Veneris XVI Marcii (16 marca 1492).

745. Coadiutoris archiepiscopi proventuum assignatio[1]. In nomine Domini amen. Super differencia posessionis et sequestracione bonorum mense archiepiscopalis occasione coadiutorie facta est talis amicabilis composicio inter reverendissimos in Christo patres et dominos dnos Iohannem archiepiscopum Leopoliensis ab una et Andream Rosza archiepiscopum Theomoniensis eclesiarum Dei gracia et coadiutorem prefate eclesie Leopoliensis parte ab altera in hunc modum, quod reverendissimus dnus Iohannes archiepiscopus Leopoliensis de bonis ad eclesiam spectantibus libere cessit et resignavit et venerabili dno Iohanni Crowyczski decano Leopoliensi factori dni Rosza coadiutoris gubernanda et regenda commendavit et commisit, quod pro singulis quatuor temporibus quinquaginta marcas pro mensa

[1] Ten nagłówek dopisano później.

sub excomunicacionum penis et interdicti absque quavis recusacione et negligencia est solvere obligatus in manus gsi Stanislai Watrabka tradere et dare usque ad felicem dni prefati Andree Rosza coadiutoris adventum. In quo ipsi domini archiepiscopi voluerint stare contenti, ipsorum voluntati et mutuo consensu erit standum, et stante huismodi tempore prefatus dnus Iohannes decanus et factor bona ipsa eclesie tenebit et possidebit in nullo ipsum impediendo per se et consanguineos suos vel per quasvis submissas personas, alias si secus factum fieret, extunc prefatus Iohannes | decanus factor poterit sentencias excomunicacionum contra ipsos impedientes extendere et promulgare, et si opus fuerit, brachium seculare invocare, omnibus appellacionibus, excepcionibus, dilacionibus, cautelis procul motis et penitus exclusis. Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Kiliano, Alto Gregorio, Gregorio Barnabe, magistro Iohanne canonicis, Iohanne Myskowsky preposito, Iohanne Crowyczsky decano et aliis quam pluribus circa premissa testibus Leopoliensibus fidedignis. [402v]

746. In causa honorabilis dni Petri Wolsky plebani in Chodorowstaw et sue eclesie ab una parte, ex altera vero gsi dni Guntheri de Syenyawa iudicis terrestris Leopoliensis, ex disceptacionibus parcium super solucione viginti quinque marcarum dicti dni Petri et procuratoris ex adverso Nicolai Harsch sui principalis dicti dni iudicis, de consensu et voluntate parcium terminus ob spem composicionis alias idem faciendi per dominum decisi prorogatur infra hinc ad feriam sextam proximam ante dominicam Ramispalmarum peremptorie. Presentibus.

747. Georgius de Croszno clericus in minoribus ordinibus constitutus Premisliensis diocesis proponit contra discretum Henricum signatorem scole Leopoliensis clericorum, quomodo de anno presenti feria quinta ante dominicam Reminiscere proxima (*15 marca*) peractis prandiis dormientem invasit alias soporatum et in illum manus sacrilegas iniecit, ipsum enormiter ledendo ad faciem sub oculum, ad vulnus lividum illatum et effusionem sanguinis, que eum non concernebat lesio loco tuto, pacifico et modesto, iniuriam non modicam per premissa sibi faciendo, quam per procuratorem suum proponentem extimat ad centum florenos hungaricales, petens eundem in eisdem puniri et ad solvendum

compelli. In presencia eiusdem ex adverso deliberantis ad primam iuris.

CXCVI. Lune XIX mensis Marcii post dominicam Reminiscere (19 marca 1492).

748. Honorabilis Mathias mansionarius castri inferioris Leopoliensis de mandato domini retulit se citasse dnum Paulum Geruch procuratorem gsi dni Iohannis Monastyrski ad instanciam reverendi patris dni Mathie Dei gracia episcopi Chelmensis et sui procuratoris ad videndum expensas taxari ad horam presentis diei, et ibidem dnus auditor Leopoliensis moderacione previa ad duas marcas taxavit et sentenciam debite execucioni demandavit processuum opportunorum cum [*de*]creto (!) Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Kiliano, Barnaba, Iohanne mansionario, Michaele doctore in medicinis, Nicolao Harsch procuratore consistorii, Mathia et Stanislao vicariis, magistro Michaele.

749. Georgii in causa cum Henrico parcium hincinde idem Henricus animo litem legitime contestandi negavit narrata, prout narrantur, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus. Et bidem dominus inter partes interposuit de securitate salutis penam viginti florenorum contra contravenientem leso solvenda (!)

750. Honesta Anna pannitonsoris consors Martini de Grodek, cavendo pro ratihabicione eiusdem, constituit procuratorem Nicolaum Harsch in causa contra Procopium Corawa cum potestate substituendi, agendi, defendendi, dans potestatem, ut in forma meliori. Presentibus. |

[403] *CXCVII. Mercurii XXI mensis Marcii* (21 marca 1492).

751. Discretus Florianus plebanus in Stareschyolo de mandato domini retulit se citasse magistrum Andream Bochnya tanquam procuratorem nobilis Stanislai Dawydowsky de Nowosyelcze ad instanciam honeste Zophie relicte olim Pawlyk ad videndum interloqui in causa ad horam presentis diei, et ibidem dominus pronunciavit suam voluntatem. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Kiliano, Barnaba canonicis, Paulo Geruch, Iacobo vicariis, Andrea de hospitali presbitero graciali.

752. Religiosus Petrus prior Belzensis nomine sui con-

ventus et suo interesse per procuratorem suum petit equum in valore quatuor florenorum vel ipsos quatuor florenos a nobili Iuraszek Frederici in mutuum receptum tempore itineris nupciarum dni Lynnar iter in Lubliyn continuantis, petentis ad solvendum compelli, in presencia magistri Andree Bochnya ex adverso procuratoris, qui deliberatus in quindena respondebit. Presentibus.

753. Stanislaus Ozygalka per Nicolaum Harsch ad instanciam prioris conventus Corporis Christi accusatus, per dominum pronunciatur contumax processuum opportunorum cum decreto. Presentibus.

CXCVIII. Veneris XXIII mensis Marcii (23 marca 1492).

754. Appolonie mulieris de suburbio lese per Iohannem de Oppauia dominus occasione vulnerum dicte mulieri illatorum decrevit mediam marcam pro dominica Letare sub excomunicacionum penis solvendam in ipsum Iohannem ferendis. Et ibidem dominus intuitu securitatis dicte mulieris interposuit penam decem sexagenarum contra reum, casu quo pene vallate contravenerit in actricem aut eius hospitam. Presentibus honorabilibus dnis Kiliano canonico, Iohanne Miskowsky preposito, magistro Michaele, Stanislao vicario, Iohanne in Prussy, Iohanne in Zubrza plebanis, testibus.

755. Honorabili Iohanni in Prussy plebano prorogatur terminus in causa Mathie Szopka et Barbare coniugum ob spem satisfactionis ad Conductum Pasce, et pendente huiusmodi termino pro dominica Palmarum fertonem, truncum siliginis et alium avene in valore, prout in foro emitur, sub excomunicacionum penis dabit et iuramentum de non habendo et iudicato solvendo in Conductu Pasce alias prima iuris post Conductum prestabit, et absolucionem eidem dominus dare decrevit.

CXCIX. Lune XXVI Marcii post dominicam Oculi mei alias in crastino (26 marca 1492).

756. Iacobi clerici de Brzyschow in causa cum nobili Demetrio Chodorowsky procurator dicti Iacobi protestatus est ex superhabundanti de ultima et ceteris dilacionibus et induciis adversus partem prefatam et suum procuratorem contra testium reprobatoriorum inductionem nichil faciencium et per partem

induci recusancium, petens sibi decerni executorem ad videndum concludi in causa, et dominus decrevit. Presentibus honorabilibus dnis Stanislao, Paulo, Casparo vicariis, Allexio notario publico, Nicolao Domslar cive Leopoliensibus, testibus. |

[403v] **757.** Magnificus dnus Michael de Buczacz castellanus Haliciencis ratificando et approbando occasione debiti contracti famoso dno Nicolao Domslar consuli Leopoliensi inscripciones inter eos factas et in actis notatas per nobilem Simonem de Schmianowycze nuncium cum credencialibus literis circa acta comparantem, recognoscendo se teneri et ad solvendum obligatum fieri centum cum quinquaginta et octo florenis hungaricalibus, obtinuit inducias solvendi infrahinc in duabus septimanis post festum Penthecostes proximum adveniens, casu quo non solverit communi receptibili pecunia, ex decreto domini et parcium de consensu eclesiasticis censuris subiacebit puniendus, cessante quavis occasione. Quod debitum, prout obligacio prior facta disponit, dictus Domzlar Nicolaus famoso Paulo Sworcz cessit et condescendit[1] dicti magnifici dni Michaelis cum consensu et voluntate ipseque etiam Paulus tollendum in se reassumsit, ad instanciam cuius dictus obligans etiam penis excomunicacionum in simul subiacebit.

CC. Mercurii XXIX[2] *mensis Marcii* (28 marca 1492).

758. Discretus Mathias mansionarius castri inferioris de mandato domini citavit providum Mathiam Byaly civem Leopoliensem ad horam presentis diei tanquam testem Stanislai fabri de Bobrka inductum contra nobilem Felicem Dzyewyathnyczsky, qui ibidem iuravit veritatem dicere examinatus, presente magistro Andrea Bochnya procuratore dicti Felicis, consenciente in examen et inductionem. Presentibus discretis Allexio notario publico, Mathia campanatore, Valentino aurifabro.

CCI. Veneris penultima Marcii (30 marca 1492).

759. Honestus Iozeph alme universitatis Cracoviensis studens de Zurathyn constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch in causa et causas(!), quam et quas movet

[1] W rkp. concescendit.
[2] Powinno być: XXVIII.

seu movere vult et intendit nobili Iohanni Ostrowyeczski, dans *etc.*

760. Ingeniosus et discretus Iozeph studens alme universitatis Cracoviensis de Zurathyn diocesis Leopoliensis diocesis(!) clericus inherendo articulis producendis sue cause movende nobili Iohanni Ostrowyeczski petit per procuratorem suum noningentas marcas pecunie comunis moderacione previa ab eodem reo bonorum mobilium per eundem occupatorum et receptorum derelictorum sibi actori et sue sorori Anne dominicelle per obitum et mortem eorum patris et matris, et lacius articulabit in scriptis tempore se offerentibus. In presencia dicti rei principalis allegantis litispendenciam in iure terrestri in Busko super huiusmodi actione, petentis se admitti ad probandum, ex adverso actore petente sibi terminum replicandi, et obtinuit ad octavam. Et ibidem dominus dicte litispendencie allegate probacioni inducias limitavit probandi dicto reo litispendenciam in iudicio terrestri Buscensi, postquam iudex terrestris per Regiam Maiestatem deputabitur et instituetur, dicto actore non acquiescente huiusmodi induciis incertis et desperatis et protestante de gravamine et appellando. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Michaele, Stanislao vicariis, Iohanne mansionario, Stanislao de Vhrinow, Allexio Fulkowsky notariis publicis, Chelmensis et Cracoviensis diocesium, Petro Zimnowodsky sub | iudice terrestri Leopoliensi, Nicolao Domslar [404]
consule.

761. Gsus dnus Petrus Zimnowodski iudex castrensis Leopoliensis citatus in causa parcium in testem per Paulum Geruch relacione facta prestitit iuramentum de dicenda veritate in contumaciam partis principalis dni Procopii ad hoc citati per edictum. Et ibidem venerabilis vir dnus Iohannes Miskowski prepositus Leopoliensis etiam a simili prestitit super dicenda veritate iuramentum, prout et dictus dnus Petrus. Presentibus.

762. Discretus Caspar vicarius de mandato domini retulit se citasse magistrum Andream Bochnya procuratorem dni Stanislai Dawydowsky ad videndum produci literam sub titulo consulatus Leopoliensis ad detegendum falsitatem litere producte coram consulibus Camencensibus, vigore cuius per suspicionem dictus Stanislaus Dawydowski a dna Zophia Pawlykowa extorsit in Camenecz quadraginta florenos indebite et contra

iusticiam, nunquam obligatam fuisse aliquid eidem ad solvendum. Et ibidem dictam literam cum sigillo et manu obligacionis facte procurator ex adverso magister Andreas Bochnya recognoscendo approbavit esse veram cum suis testibus inductis, providis dnis Stanczel Hasz et Nicolao Abrek, qui ibidem iuraverunt super veritate dicenda interrogati. In presencia ex adverso principalis dne Zophie et aliis personis ibidem constitutis, Nicolao Domslar consule, Iohanne Myskowsky preposito, Stanislao notario publico. Et ibidem magister Andreas Bochnya protestatus est super ulterioribus inducendis testibus super sua intencione pro omnibus dilacionibus.

763. Discretus Paulus viccarius de mandato domini retulit se citasse magistrum Andream Bochnya ut et tanquam procuratorem nobilis Demetrii Chodorowsky ad instanciam Iacobi clerici ad videndum in causa concludi ad horam presentis diei, et ibidem dominus de consensu parcium procuratorum, prout terminus requirit, conclusit.

764. Et sub eadem relacione citati dicti procuratoris Felicis Dzyewyathnyczky dicta testium publicantur per dominum ad instanciam fabri Stanislai inductorum, petentis in causa concludi, et dominus deliberatus super conclusione inducias elegit.

765. Appolonia mulier de suburbio Haliciensi publice recognovit, quia ei ingeniosus Iohannes de Oppauia occasione vulnerum sibi inflictorum mediam marcam pecuniarum iuxta decretum domini solvit et satisfecit, de quo ipsum libere dimisit. Presentibus discretis Allexio Fulkowski et Petro notariis publicis, testibus ad premissa.

CCII. Lune secunda mensis Aprilis post dominicam Letare Ierusalem (2 kwietnia 1492).

766. Stanislai fabri de Bobrka et nobilis Felicis Dzyewyathnyczky in causa, prout terminus requirit, citatis hincinde parcium procuratoribus et per discretum Paulum relacione facta ad horam presentis diei, et de dictorum procuratorum consensu dominus in causa parcium conclusit, offerens se iusticiam ministrari. Presentibus discretis Iacobo, Michaele vicariis et Allexio notario publico. |

[404v] **767.** Honorabilis dni Iohannis Bostowsky plebani in Iaroslaw in causa cum provido Nikyel cive de Leopoli occasione

debiti quinque florenorum cum fertone sue uxoris in actis dudum obligati et per procuratorem dicti dni Bostowski petiti ab eodem reo ad hoc citato, in termino iuris presente et debitum recognoscente sue uxoris, et ita per dominum attenta huiusmodi confessione, declaratur solvendarius dictus reus dictam pecunie quantitatem sibi dno actori pro prima rata festo sancti Petri nundinarum Premisliensium tres florenos, residuum pro finali rata festi Assumcionis Marie duos florenos cum fertone, sub excomunicacionum penis in dictum reum ipso facto ferendis solvere sit astrictus, decreto prefati domini mediante. Presentibus honorabilibus Stanislao de Vhrinow, Allexio notariis publicis, Iohanne plebano de Prussy, Stanislao Bryndza presbitero graciali, Michaele vicario. Solvit maritus dicte dicte (!) ree iuxta obligacionem [1].

768. Iohannes plebanus in Prussy personaliter circa acta constitutus per expressum et manifeste libere recognovit, inherendo priori obligacioni, se teneri et obligatum solvere fieri certi veri debiti marcas tres cum media honeste Barbare Szopczyna cum suo marito pro festo sancti Bartholomei proxime adveniente eclesiasticis sub censuris in eum ipso facto ferendis, quibus subiacebit denunciari et excomunicari ad plenariam dictarum pecuniarum solucionem, omni occasione, excepcione, evasione et quavis cautela et appellacione cessante, quibus ex nunc renunciat et renunciavit, demta solucione ad hoc adiecta unius fertonis et siliginis truncum et avene truncum pro dominica Ramispalmarum. Presentibus.

CCIII. Die Solis octava Aprilis (8 kwietnia 1492).

769. Gsus Andreas Gosdz de Chochlow constituit in suum procuratorem discretum Nicolaum Harsz in causa et causis, quam et quas habet vel habiturus est cum gsa Zophia virgine de Copyczincze filia olim Curopathwa cum potestate substituendi, dans *etc.* Presentibus honorabilibus dnis Gregorio de Sanok canonico, Iacobo de Vidawa viccario eclesie Leopoliensis, Cristino stipendario et aliis.

[1] Cała zapiska przekreślona.

CCIV. Die Martis X Aprilis (10 kwietnia 1492).

770. Providus Niklos Armenus de Leopoli debitum pro censu annuo retentum super Iohanne ministeriali de Schidaczow discreto Stanislao de Vrinow in Drosdowcze plebano mediam sexagenam ab eodem tollendam et recipiendam cessit et resignavit et se de omni proprietate eiusdem debiti abdicavit. Presentibus Nicolao presbitero, Georgio Frederici de Leopoli, Martino Garczaczski et aliis circa premissa testibus.

CCV. Die Mercurii XI Aprilis (11 kwietnia 1492). |

[405] **771.** Honorabilis Iohannes de Prussy plebanus in causa habita cum nobili dno Wlodek de Byelka suum constituit procuratorem Nicolaum Harsch cum potestate substituendi ad agendum, defendendum, ut in forma meliori, dando et concedendo eidem plenum mandatum. Presentibus venerabilibus et discretis Gregorio Barnaba canonico, Paulo et Stanislao viccariis ad ecclesiam Leopoliensem.

772. Andreas procurator et nomine procuratorio nobilis Georgii Frederici animo litem contestando negat aliquando aliquem equum accomodasse apud Michaelem priorem in Belz pro quatuor florenis et infra neque pro tribus neque pro duobus, et eciam nunquam ipse equitavit pro uxore cum dno Linnar in Lublin, petens petita fieri non debere, et datur ad defferendum vel ad probandum. In presencia ex adverso Nicolai Harsch procuratoris referrentis se ad recognicionem per reum factam coram priore Leopoliensi et aliis fratribus, cum quo componere intenderat. Presentibus.

CCVI. Veneris XIII Aprilis (13 kwietnia 1492).

773. Zophie Pawlykowa in causa cum nobili Stanislao Dawydowsky procurator dicte Zophie protestatus est de prima dilacione contra partem adversam negligentem inducere alios testes. Presentibus discretis Paulo Geruch, Iacobo vicariis et Allexio notario.

774. Nobilis Andreas de Conyusky constituit in suum procuratorem dnum Iohannem Cochanek mansionarium castri inferioris Leopoliensis in causa, quam sibi movere intendit et

alias movet ingeniosus Paulus quondam minister eclesie in Thulyglowy, dans *etc.* Presentibus.

CCVII. Lune[1] *XX*[2] *mensis Aprilis post dominicam Ramispalmarum* (16 kwietnia 1492).

775. Nobilis Georgius Kunath de Thulyglowy parendo prime obligacioni pro sua ratha florenos duos grossos decem aduc tenetur, pro residuo vero debiti in actis contenti fratres germanos, qui ad partem solucionis eiusdem debiti obligantur, quos pro festo natalis sanctorum Petri et Pauli apostolorum hic Leopolim conducet, alias si non poterit eosdem conducere, extunc coram domino Leopoli idem faciendi comparebit in causa cum Iohanne Fox tanquam tutore Anne filie olim Czombark Presentibus honorabilibus et discretis dnis Iohanne Miskowsky preposito, magistro Georgio altarista, Michaele et Stanislao vicariis, Allexio notario.

776. Nobilis Petrus advocatus Haliciensis a termino sibi ad instanciam honorabilis dni Michaelis prioris conventus Corporis Cristi occasione testamenti olim Anne Spycznykowa evocato absolvitur propter eius renunciacionem executorie dicti testamenti, cui cessit et in totum renunciavit. Presentibus. |

777. Venerabilis dnus Iohannes Miskowsky prepositus [405v] Leopoliensis petit pelliceam mardurinam in valore quindecim florenorum citra vel ultra, quam pelliceam provido Alberto Kmyothek pellifici Leopoliensi mutuavit, ut alicubi invadiaret et debitum suum solveret, petentis(!) ad restituendum compelli. In presencia eiusdem rei confitentis se recepisse pelliceam, quam infra unum mensem sub fide et honore et artificii ammissione et penarum excomunicacionum reintrusione et fulminacione dicto dno Myskowsky dare, reponere, restituere obligatur.

CCVIII. Audiencia Lunę ultima mensis Aprilis, prima mensis post Conductum Pasce alias in crastino (30 kwietnia 1492).

778. Zophie Pawlykowa in causa procurator Nicolaus Harsch protestatus est de secunda dilacione contra nobilem

---

[1] W rkp. wyraz ten napisany nad przekreślonym: Veneris.

[2] Powinno być: XVI, skoro poprawiono »Veneris« na »Lune«, tembardziej, że na 20 kwietnia przypadał Wielki Piątek.

Stanislaum Dawydowski de Nowosyelcze non probantem suam assercionem debite solucionis levate pecunie a predicta Zophia, petendo in causa concludi. In presencia magistri Andree Bochnya ex adverso procuratoris, qui obtinuit terciam dilacionem. Presentibus honorabilibus dnis Kiliano canonico, Stanislao et Michaele viccariis Leopoliensibus.

CCIX. Veneris quarta mensis Maii post Conductum (4 maja 1492).

779. Gsus dnus Andreas Gosdz de Chochlow per se constituit in suum procuratorem et(!) providum magistrum Andream Bochnya in causa et causis, quam et quas movet seu movere vult et intendit gse Zophie virgini de Copyczyncze filie olim Curopathwa occasione contractus matrimonialis, dans *etc.* Presentibus honorabilibus et discretis dnis Kiliano canonico, Michaele, Iacobo, Stanislao viccariis, Stanislao de Vhrinow notario publico.

780. Honeste dne Katherina antiqua advocatissa de Busko cum Agneta filia sua dicta Czarnucha constituerunt et solenniter ordinaverunt in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch in causa et causis, quam et quas sibi movet seu movere vult et intendit Dorothea relicta de Busko, dantes *etc.* Presentibus.

CCX. Veneris quarta mensis Maii post Conductum (4 maja 1492).

781. Iacobi ministri condam in Sokolnyky in causa cum honorabili dno Nicolao plebano de ibidem in causa petentis demonstrari servicium deservitum unius sexagene in presencia
[406] dicti plebani obicientis dampnum suscepti palii, | quod asseruit dicti actoris, cui datur ad probandum dampnum. Presente ex adverso dicto Iacobo, non negante dampnum, sed diffirmante suam culpam, cui dominus decrevit iuramentum non dedisse occasionem dampni, et datur ad deliberandum ad primam.

782. Gsus Andreas Gozdz de Chocholow per Andream procuratorem petit nobilem Zophiam de Kopyczyncze ad consumandum matrimonium compelli contractum per verba de presenti, videlicet ista: ego Andreas nolo aliam uxorem ducere preter te, et similiter eadem dixit dominicella coram fidedignis

personis dicteque puelle genitrice, offerens se probaturum. In presencia dni Nicolai Harsch deliberantis ad quindenam. Et in continenti ibidem dictus actor resiliit a causa et dictam Zophiam puellam solutam et liberam dimisit, cui dantur inducie convolandi ad alia vota, decreto domini interposito. Presentibus ibidem gsis nobilibus Iacobo Knyechynyczky, Paulo Petro de Oleszko Danilovycz Zoravynsky.

783. Dorothea mulier de Belza proponit contra honestam Agnetam consortem providi Barthosz de Busko, quomodo sabato festi Pasce in matutino in eclesia nullo ex merito maxillavit et mater eciam eiusdem Agnetis Katherina pessimis verbis ibidem increpavit, quam inhonestacionem et percussionem extimat ad viginti florenos. In presencia dni Nicolai Harsch deliberantis ad quindenam cum potestate reconveniendi, et ibidem datur terminus ad reconveniendum ad octavam per relacionem discreti Stanislai vicarii factam, qui dictam Dorotheam ibidem in audiencia publica citavit et terminum prefixit.

784. Dorothea mulier de Belza per se constituit in suum procuratorem honorabilem dnum Iohannem Kochanek in causa et causis, quam et quas movet seu movere vult, intendit, dans *etc.* Presentibus.

785. Iohannis Konopka et Mathie Iamny iuxta dependenciam termini ex ipsorum citacione et termini seductione in dolum cittatus discretus Paulus absolvitur ab instancia termini graviorum processuum contra eosdem cum decreto.

786. Iohannes Koszlowsky iuxta dependenciam termini ad instanciam honeste Anne Hanuskova accusatus, per dominum pronunciatur contumax. Presentibus. |

CCXI. Veneris XI mensis Maii (11 maja 1492). [406v]

787. Agnetis Barthoschowa beneficio reconvencionis procurator Nicolaus Harsch proponit, quomodo dicta Agnes ab etate sue discrecionis existens conversacionis honeste, maritata Bartholomeo suo viro, nichilominus mulier Dorothea hoc intelligens, contra quam proponitur, circumvenit dictum maritum suis sessionibus frequentatis, quod eundem totaliter a sua uxore alienavit ipseque eciam a sua uxore divertit, pro qua aversione postquam ipsa rea pluries monebatur, ut ab isto desisteret, et finaliter die sabbato magno noctis sequentis in eclesia ante

matutinum Resurrectionis mutuo cum dicto Bartholomeo in eclesia bibebant, fuit requisita dicta rea per actricem presentem, extunc maligno spiritu ducta in eam manus suas iniecit violentas, que moderata tutela postquam restitit, illam manu a se retrusit, demum dicta Dorothea superaddendo malum malo, extunc accessit dnum Paulum comendarium, qui propter complacenciam dicte mulieris ipsam Agnetam invasit propriis manibus eandem percuciendo pugno iam ad caput iam inter oculos in dorsum usque ad sanguinis effusionem et velaminis laniacionem, oculorum inflacionem in tantum, quod in hodiernum diem languet ab eius percussionibus, et ultra premissa educendo eandem de eclesia. imposuit feramento colli eclesie affixo et tenuit notabiliter usque ad magnam missam, quousque interposicione fidedignorum vix fuit liberata, quam iniuriam, percussionem erga prefatam Dorotheam extimat procurator ad centum florenos, petens ipsam in eisdem puniri et condemnari ac ad solvendum compelli et in expensis condemnari. In presencia ex adverso procuratoris dicte Dorothee, qui deliberatus in octava respondebit.

CCXII. Lune XIIII mensis Maii ante festum et diem sancte Zophie (14 maja 1492).

788. Nicolaus Harsch proponit contra Katherinam Nicolai sartoris uxorem interfecti per Doleschyobyath suburbanum [1], quod cum eliberasset eum viventem de captivitate, in quam imposuerunt eum, Nikyel extunc successu temporis interfectus, et ita Nicolaus solvit pro eo mediam marcam, offerens se probaturum, petens ab eadem muliere dictas peccunias, tanquam ab illa, que vendidit dicti interempti bona et solucionem recepit. In presencia eiusdem ree negantis narrata, prout narrantur, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus. Et ibidem nominavit testes, dnum advocatum, Iohannem Bedellum, Petherwyaczko, Nikyel et cui domum vendidit et dnum Kyczula, et ibidem relacione ad continuandos subsequentes actus facta per discretum Paulum presbiterum viccarium. Presentibus discretis dnis Stanislao viccario, Kiliano canonico, Michaele signatore, Paulo ministro eclesie in Busko.

[1] W rkp. suburbam.

789. Zophie Pawlykowa in causa cum nobili Stanislao Dawydowsky de Nowosyelcze Nicolaus Harsch protestatus est de ultima dilacione contra nichil facientem in suis allegacionibus necnon probacionibus. In presencia ex adverso magistri Andree Bochnya procuratoris et in termino ad hoc dependenti. Presentibus. |

CCXIII. Mercurii XVI mensis Maii, ipso die[1] *sancte Zophie* (16 maja 1492). [407]

790. Dorothea Schadowa mulier de Leopoli petit ab honorabili Floriano plebano in Stareschyolo plummaticam, cussinum, lintiamen tenue in valore unius marce cum octo grossis singula computando, petens ipsum ad solvendum cogi et compelli, et suppellectilia coquine lignea in valore quatuor grossorum. In presencia eiusdem plebani protestantis de reconveniendo, qui deliberatus in quindena respondebit. Et ibidem Paulus Geruch viccarius Leopoliensis retulit se citasse dictam Dorotheam ad videndum reconveniri ad instanciam dicti dni Floriani ad horam presentis diei, contra quam proponit, quod ipsum minus iuste malis verbis increpavit et maledixit pro suis beneficiis, que sibi pro Deo intulit et fecit, quam infamiam extimat ad centum florenos, item pro expensis petit mediam marcam, quam eidem dedit in propria domo eidem impendendo, petens ipsam ad solvendum cogi et compelli, offerens se probaturum pro omnibus dilacionibus. Presentibus venerabili et discretis dnis Kiliano canonico, Nicolao Harsch procuratore, Michaele signatore, Paulo ministro eclesie in Busko, in presencia dicte Szadowa deliberantis ad quindenam.

791. Discretus Gregorius de Wyssnyany vicarius protestatus est de prima dilacione contra laboriosum Georgium tabernatorem de Byelka non probantem intencionem suam et in causa nichil facientem, prout tota communitate docere debuit, quod dicto Gregorio in Byelka existente plebano monstraverat sibi decimam tollendam ad ipsum spectantem. Presentibus.

CCXIV. Veneris XVIII mensis Maii post festum et diem sancte Zophie (18 maja 1492).

792. Honesta Dorothea molendinatrix de regali Byelka constituit in suum procuratorem magistrum N. Harsch in causa

[1] Właściwie in crastino.

matrimoniali, quam et quas movet seu movere vult et intendit Nicolao asserto marito suo, dans *etc.*

793. Dorothea molendinatrix de Byelka regali petens divorcium in parte consumari proponit contra dictum maritum suum Nicolaum, quomodo discedit ab ea et alteri mulieri adheret adulterando nomine Maruscha Ruthena scismatica, cum qua binam prolem suscepit et fedus initum matrimoniale sue uxoris fregit et violavit, ex cuius inductione concubine prefata actrix multas insidias a marito tolleravit, interim quod de cetero tollerare non potest, machinacionem in mortem et corporis cruciatum, plures invasiones passa, ad ultimum insecucionem per gladium, per hastam et per cultrum, his verbis frequencius invasa: ubi pessima rebes (?), ut interficeretur, et nisi astancium defensione sine dubio fuisset interfecta, quousque de domo effugit, petens ab eo separari propter seviciam suam et crimen obiectum ipso iure, offerens se probaturam, casu quo negatum fuerit, et eum ab ea excludi propter securitatem sue vite cum pena de eadem securitate interposita usque ad cause totale
[407v] examen et decisionem. In presencia | ex adverso dicti rei animo litem legitime contestandi negantis narrata, prout narrantur, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus. Et ibidem dominus pena[*m*] vallavit et interposuit centum sexagenas per partem contravenientem infiscandam cum exclusione dicti rei ab eadem actrice usque ad examen et deductionem litis presentis cause. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Kiliano canonico, Michaele Mebroth baccalario in Zimnawoda, Gotardo in Dawydow plebanis, Martino viccariis (!), Iohanne mansionario, Allexio notario publico, Mathia Bar graciali, testibus circa premissa.

794. Buscensium mulierum in causa percussionis procuratores hincinde, prout terminus requirit et dependet, magistri Nicolaus Harsch et Iohannes mansionarius, animo litem legitime contestando hincinde ad eorum intenciones negaverunt narrata, prout narrantur, quibus admittitur probacio hincinde pro omnibus dilacionibus. Presentibus.

795. Honesta Heduigis consors providi dni Nicolai mercatoris ad instanciam discreti Simonis presbiteri citata absolvitur ab instancia termini. Presentibus.

796. Petrus quondam minister eclesie in Busko constituit in suum procuratorem discretum Mathiam viccarium eclesie

Leopoliensis in causa, quam movere intendit nobili Ieronimo Krznylowsky, dans *etc.*

CCXV. Lune XXI mensis Maii (21 maja 1492).

797. Zophie Pawlykowa relicte de Leopoli et nobilis Stanislai Dawydowski in causa procuratoribus hincinde citatis ac instantibus per discretum Stanislaum viccarium Leopoliensem relacione facta circa acta ad videndum in causa concludi, ad horam consuetam presentis diei termino assignato, dominus conclusit absentis magistri Andree Bochnya consencientis in conclusionem propter infirmitatem suam consuetam, qua est oppressus, ex relacione executoris. Presentibus honorabilibus Kiliano canonico, Nicolao Brodawka, Mathia Bar presbiteris gracialibus, Allexio notario publico.

798. Martinus civis Leopoliensis citatus ad perhibendum testimonium veritatis contra dnos Procze unacum Wlgango in causa debiti dni Domslar per discretum Iacobum viccarium relacione facta ad horam, ut supra notatur.

799. Domini executores testamenti olim Ade presbiteri Iurkowa suburbanam liberam dimiserunt occasione argenti per eos occupati de debito per testatorem Adam demonstrato septem fertonum. Paskowa *furmanka* fertonem cum floreno, quem fertonem solvere tenetur infra tres dies vel citra ac florenum ad festum Assumcionis Marie eclesiasticis sub censuris, per Stanislaum viccarium est monita et per eum relacione facta. Et ibidem Zophia olim Stanislai mercatoris pro festo Assumcionis Marie fertones tres dictis executoribus sub excomunicacionum penis solvere obligatur. Katherina Forymowa | quinque latos [408] infra unum mensem sub penis excomunicacionum solvere obligatur. Et ibidem Gregorius sutor duo coclearia argentea dimisit libera in debito unius sexagene dicti testatoris Ade sub ea cautela, quod si in maiori valore poterint vendi, residuum executores eidem solvere tenebuntur.

CCXVI. Mercurii XXIII mensis Maii (23 maja 1492).

800. Ingeniosus Stanislaus Myechownyk cum Dorothea coniuge constituit in suum procuratorem magistrum N. Harsch in causa, quam movere vult et intendit honorabili Floriano plebano in Stareschyolo, dans *etc.*

801. Et ibidem Iacobus clericus coniugatus minister ad

modicum tempus in Stareschyolo nomine suo et sue uxoris Dorothee, cavendo pro rato tanquam persona sibi coniuncta legitima, proponit contra discretum Florianum de ibidem ad hoc citatum per Gotardum plebanum in Dawydow relatione facta, quod dum habuit servicium ibidem in Stareschyolo, extunc nullis suis culpis exigentibus illum a servicio exclusit et nullam sibi fecit satisfactionem pro tempore servitutis et eum neglexit et dampnificavit ad extimacionem unius marce, quam actor in eo recuperat, petens compelli ad solvendum. Et interim servientem nota furti asseruit pisces sibi de sua piscinula subtraxisse contra Deum et iusticiam in iniuriam non modicam, quam extimat ad decem marcas, petens ipsum in eisdem condempnari. Et in peiora mala prorumpens violenter in scolam ad eius uxorem descendendo prefatam Dorotheam, nomine cuius procurator proponit contra dictum reum, quomodo ipsam opprimens et gravans manus suas in eam iniciando violentas, cum non liceat clericum esse percussorem, ipsam securcello, quod deferebat, notabiliter percussit et vulneravit in pluribus locis corporis, manibus et dorso, scapulis, ad lividorum vulnerum ostensionem, super quibus conquesta iudicialiter in audiencia publica coram domino et notariis ac procuratoribus ostendit, proclamans ab eodem eadem suscepisse, quam percussionem extimat ad XX florenos et negligenciam et dolorem, in quo in hodiernum diem iacentem perseverat, petens in eisdem ipsum puniri extimatis, offerendo contra negantem se probaturos. In presencia eiusdem rei, qui deliberatus in XV respondebit cum protestandi de beneficio reconvencionis. Et ibidem reconveniendo proposuit, quomodo dictus Iacobus nullis meritis suis exigentibus ab eclesia discessit, propter cuius absenciam divina officia parochianis suis dictus plebanus non peregit et a suis subditis suspectus fuisse videtur ipsumque in duabus marcis dampnificavit. Item reconveniendo contra eum proposuit, quomodo ipse Iacobus ausu temerario, nescitur quo spiritu incitatus, asseres eclesie, quibus ciniterium septum fuit, violenter ad scolam importavit et ignivit, quam eclesie iniuriam ad decem florenos extimavit. Item contra Dorotheam consortem Iacobi gravi in querela proponit, quomodo dicta Dorothea ipsum turpissimis et nephandis verbis deturpavit, dehonestavit et infamavit, asserens furem, latronem et nunquam dignum fuisse et uti officio

sacerdocii, iniuriam et infamiam ad centum florenos hungaricales bono animo revocando, petens ipsam in eisdem puniri et condemnari, offerens se probaturum. Et ibidem deliberatus in XV pari passu respondebit. Item | plebanus nomine suo proponit, [408v] quod dicti coniuges in dotem plebanalem veniendo dicto plebano in cruciatum corporis et in mortis machinacionem baculo minati sunt, iniuriam ad centum florenos extimando. In dicti Iacobi presencia, qui in termino prefixo respondebit. Presentibus venerabilibus dnis Iohanne Crowyczky decano, Iohanne preposito Leopoliensibus.

802. Katherina Skarpkowa de Leopoli constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch in causa matrimoniali, quam et quas movet seu movere vult et intendit provido Mathie Skarbek asserto marito suo, dans *etc.* Presentibus.

CCXVII. Veneris XXV mensis Maii, ipso die sancti Vrbani (25 maja 1492).

803. Nikyel iuravit dicere veritatem in causa cum Nicolao Harsch et Katherina muliere. Presentibus honorabili et discretis dnis Iohanne mansionario, Stanislao et Michaele viccariis, Mathia Bar graciali, Leonardo in Cosczeyow plebano.

804. Hanus antiquus viceadvocatus de Cosczeyow constituit in suum procuratorem Nicolaum Harsch in causa et causis, quam movet, movere vult et intendit discreto Leonardo plebano in ibidem, ut in forma meliori, contra quem ibidem Iohannes per procuratorem suum proposuit, ab etate sue discrecionis existens bone opinionis et conversacionis, honeste pro tali reputatus inter colonos, affines de Cosczeyow, nichilominus per dictum reum nullis suis culpis exposcentibus excomunicavit eum auctoritate pastorali minus iuste, diffamando super eum publice adulterum fore, cum ipse habeat legitimam uxorem, paratus se purgare per coniugium mediante persona sibi coniuncta legitima uxore, iniuriam extimans ad XX marcas occasione dicte infamie indebite excomunicacionis ad solvendum cogi et compelli. In presencia dicti rei, qui obtulit se probaturum, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus, alias ob defectum probacionis pena extimata in eo retorquetur. Presentibus.

805. Iwasko Balaban de Stratyn constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch in causa, quam movere

vult et intendit honorabili dno Nicolao de Camyenyecz presbitero graciali Leopoliensi, dans *etc.*

806. In causa invasionis mulierum de Busko dominus, instantibus procuratoribus hincinde pro remissariis iudicibus super examinandis testibus causam tangentibus, ad supplicacionem inclinatus admisit et deputavit ex certis causis et respectibus, obtemperando fatigis et impensis, discretos viros dnos Iohannem baccalarium et Donatum altaristam de ibidem, in forma solita et consueta.

807. Nobilis Iwasko heres de Stratyn proponit contra honorabilem Nicolaum de Camyenyecz presbiterum gracialem, quomodo continuatis cum dicto actore dictus reus certis terminis in iure terrestri occasione fideiussorie caucionis pro dna Swynczyna novem marcarum cum media et octo grossis, extunc ex mutuo pacto solucione recepta dictarum pecuniarum et occasione dampnorum mediam marcam per eundem reum levatas pecunias, ex quibus elegit cribrando quindecim latos, quos idem actor pro illo tempore recipiens solucione facta in domo dni Oleyek civis debuit sibi dedisse dictos latos grossos quindecim cribratos cum uno floreno procuratori Nicolao Raczkowsky dicti rei procuratori, quam primum Leopolim veniret aut alias ubi solucionem impendere posset, sub nulla pena statuta aut suscepta, quam solucionem dictus actor probare intendit et petens
[409] se admitti. Nichilominus dictus Nicolaus presbiter dicta solucione recepta taliter ut deductum est in iure terrestri, ubi eundem pro eodem floreno et quindecim latis trahere debuit, ibi eundem pro toto principali debito traxit contra titulum iuris canonici de plus peticionibus c. I., iniuriam non modicam dicti actoris recuperantis [1] in eo impensas, et si petentis duplicari inducias, iniuriam extimantis ad centum marcas, petens ad solvendum compelli. In presencia eiusdem dni Nicolai rei, qui deliberatus in quindena respondebit, ad cuius citaciones se refert dictus actor, petens easdem produci.

808. Catherina Skarpkowa petendo divorcium in parte a mutua consuetudine vite et affectione coniugalis debiti et thori liberacionem propter delictum adulterii et seviciam Mathie mariti, contra quem proponit, quomodo idem annis trans-

[1] W rkp. recuperandis.

actis concipiens insidias contra bonum matrimonialis status et condicionis, suis invasionibus et percussionibus expellebat et excludebat eam de domo, sepenumero machinando illi in mortem et corporis cruciatum et divertendo se ab ea ad alienas mulieres, quibus usus est adulterans, pro quo delicto pluries monitus et per dnos consules puniebatur promittens emendam, de quo in hodiernum desperatur, et novissimis diebus quandam mulierem in domum et lectum recipiens cum eadem adulterari non pretermisit, propter que adulteria petit ab ea separari particulariter prout est expressum, mallens in continencia vivere ad tempora vite sue, quam adulteranti viro adherere, suffragantibus sibi canonicis institutis, et perhorrescentis seviciam dicti mariti, petens sibi de securitate penam imponi et per dominum vallari usque ad litis decisionem cum protestacione consequendi et obtinendi suam dotem, a qua non recedit, bonorumque recuperacionem, ad que dictum maritum admisit, ad valorem centum marcarum se extendencium moderacione previa, petens ad restitucionem compelli divorcio canonice consecuto. In presencia dicti Mathie Skarbek mariti dicte Katherine petentis ad deliberandum, et obtinuit ad quindenam. Presentibus. Et ibidem dominus interposuit et vallavit de securitate vite parcium hincinde centum sexagenas pene.

809. Testes molendinatricis de Byelka Dorothee actricis inducti iuraverunt in presencia partis, videlicet Iacobus, Procopius, Miclas, Heduigis, Anna, citati.

810. Agnes mulier relicta de Zubrza petit a nobili Iacobo Calynsky viginti grossos, pro quibus fecit caucionem fideiussoriam actricis recipiendo cervisiam laborantibus et syppantibus piscine aggerem, petens ipsum ad solvendum compelli, offerens se probaturum. In presencia eiusdem Iacobi confitentis quinque grossos et alia negantis, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus.

CCXVIII. Lune XXVIII mensis Maii (28 maja 1492).

811. Dorothee molendinatricis de Byelka matrimonialis cum Myclas in causa ad hoc citato per dnum Mathiam mansionarium relacione facta ad instanciam dicte Dorothee ad horam presentis diei ad videndum publica[*ri*] dicta testium, que dnus auditor Leopoliensis publicavit et copias partibus habere volen-

[409v] tibus decrevit et terminum dicendi contra dicta testium | ad octavam limitavit. Presentibus discretis Mathia mansionario castri inferioris Leopoliensis, Iohanne prepositi. Et ibidem procurator protestatus est de rebus ablatis domus et ipsius Dorothee, petentis restitucionem lite pendente res non pretermittere repetendas.

CCXIX. Veneris prima mensis Iunii, in crastino Ascensionis Domini (1 czerwca 1492).

812. Nobilis Ianussius de Maleczkowycze prout iuramentum decisiorum Michaeli suo colono super dampnis illatis et serviciis eidem per Michaelem exhibitis prestare debuit, de consensu eiusdem Michaelis parsum est sibi iuramentum et omnes iam controversie in hac causa sunt complanate, nec perampplius actio pro eisdem reviviscere debet. Presentibus venerabili et honorabilibus dnis Kiliano canonico, Martino Romano viccario, Nicolao Camenecz presbitero graciali et Nicolao Domslar cive.

813. Discretus Michael eclesie Leopoliensis viccarius de mandato domini retulit se citasse venerabilem dnum Iohannem Bostowsky ad perhibendum testimonium veritatis ad horam presentis diei ad instanciam Stanislai Domslar et ipsius sollicitatorum, qui prestitit iuramentum in forma solita et fieri consueta. Presentibus.

814. Dorothee molendinatricis de Byelka cum Miclas marito dominus in causa conclusit propter testium inductorum habencium pro inductis, terminum ad componendum limitavit ad octavam.

815. Discretus Stanislaus plebanus in Boscz petit a gsa dna Dorothea Swynczyna de Pomorzany capitanea Trebowliensi duas sexagenas pro servicio sibi exhibito et pro panno mediam marcam sibi vendito, petens ad solvendum cogi et compelli, offerens se probaturum, casu quo negatum fuerit. In presencia nobilis Felicis de Zarwanicze tanquam nuncii petentis deliberandum, et obtinuit ad quindenam. Presentibus.

816. Discretus Mathias presbiter gracialis de mandato domini retulit se citasse ad instanciam Zophie Pawlykowa magistrum Andream Bochnya ut et tanquam procuratorem nobilis Stanislai Dawydowsky de Nowosyelcze ad videndum ferri sen-

tenciam diffinitivam, ad secundam iuris terminum assignando. Presentibus.

817. Honorabilis dnus Martinus Romanus viccarius Leopoliensis petit cantarum stanneum in valore medii floreni ab ingenioso Iohanne scolare de Przeworsko sibi mutuate et eum pro cervisia misse et destinate, petens ad restituendum cantarum compelli aut valorem eiusdem exolvi cogi. In presencia eiusdem Iohannis, qui deliberatus in quindena respondebit. |

CCXX. Mercurii sexta mensis Iunii (6 czerwca 1492). [410]

818. Honorabili Floriano plebano in Stareschyolo prorogatur terminus super decisorio iuramento prestando de satisfactione pro patrociniis causarum per Nicolaum Harsch dicto plebano prestitorum ad primam iuris post festum sancte Trinitatis, alias ob defectum prestandi condempnabitur in petitis. Presentibus honorabilibus dnis Iacobo, Michaele, Stanislao viccariis.

819. Florianus plebanus de Stareschyolo ob non responsionem libelli sive summarie peticionis, prout terminus requirit, ad instanciam Iacobi clerici coniugati et sue uxoris accusatus per procuratorem et ultra horam solitam expectatus contumax, pronunciatur per dominum. Presentibus.

CCXXI. Veneris octava mensis Iunii ante festum Pentecostes proxima (8 czerwca 1492).

820. Nobilis Iacobus Wolkowsky constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch in causa matrimoniali, quam movere vult et intendit nobili Katherine Hermanowska filie, dans *etc.* Et ibidem per procuratorem accusando matrimonium de fide mentita, quod secum contraxit mediante iuramento per hec verba: ego iuro nullum alium preter te habere in virum, et ipse a simili: ego iuro Deo et sanctis eius nullam habere pro uxore preter te, sic me Deus adiuvet, et ibidem reformaverunt dicto actori post dictam Katherinam amici et pater pro dotalicio quadraginta marcas, pro quo cavit nobilis dnus Iohannes Dawydowsky, circa quod dotalicium proci hincinde, qui procabantur partes, interposuerunt penam viginti marcarum parti contravenienti solvendam parti tenenti et non resilienti levandam, petens eandem ad solvendum compelli non tenentem

contractum partem, ipsam Katherinam aut ipsius patrem, pro qua pena cavit Iohannes Polak civis Leopoliensis et circa hoc Frycz interfuit, cum recuperacione arrarum duplicatarum valoris unius floreni, offerens se probaturum, casu quo negatum fuerit. In presencia ex adverso dicte Katherine negantis contractum nec aliquod prestitisse iuramentum, quantum autem ad arras ex decreto domini examinata causa, si partes non composuerint, restituantur in simplum, quantum autem ad penam vallatam negavit narrata, prout narrantur, et datur ad probandum vel deferendum pro omnibus dilacionibus. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Kiliano canonico, Stanislao et Michaele viccariis, Paulo plebano in Zelechow, Nicolao Brodawka, Nicolao Camyenecz presbiteris gracialibus, testibus circa premissa, et aliis quampluribus.

821. Mathias Skarbek civis Leopoliensis ad proposicionem sue uxoris accusantis matrimonium et petentis separacionem ad proposicionem respondendo animo litem legitime contestandi negavit narrata, prout narratur, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus. |

[410r] **822.** Iacobus Wolkowsky et Katherina partes in continenti hincinde mutuo prestiterunt calumpnie iuramentum.

823. Dorothee molendinatricis cum Myclas marito dominus reconclusit et inducias alios testes inducendi admisit. Presentibus.

824. Honorabilis dnus Nicolaus Camyenyecz presbiter gracialis ad proposicionem Iwasko Balabań respondendo allegavit rem iudicatam in foro terrestri Leopoliensi et iure extinctam et illam probabit pro omnibus dilacionibus alias ob defectum probacionis petetur in petitis condempnari et sentencias excomunicacionum dicto actori obiiciendo, quas probabit peremptorie ad octavam. Presente Nicolao procuratore ex adverso dicti Iwaskonis Balaban, allegante quidem posse fieri rem iudicatam pro certa summa soluta sibi respondenti, quam se petit ad probandum admitti, hoc adiecto, quod non pro presenti iniuria in actis contenta, in quantum autem ad excomunicacionem obiectam allegavit non culpa sui principalis, sed reiectionem Nicolai procuratoris, quem dnus iudex vicarius in spiritualibus exclusit a defensione, caventem pro rathihabicione vigore constitucionis presentorum (!) actorum.

825. Hannus viceadvocatus de Kosczeyow protestatus est de prima dilacione contra Leonardum plebanum de Cosczeyow non probantem intencionem suam super obiecta sibi infamia.

826. Honorabilis dnus Albertus plebanus in Nysznow personaliter constitutus constituit in suum procuratorem dnum Michaelem viccarium in causa et causis cum potestate substituendi, quam sibi movere vult et intendit providus Iohannes quondam rector scole in ibidem, dans *etc.* Presentibus.

CCXXII. Audiencia Veneris XV mensis Iunii, ipso die sancti Vitti (15 czerwca 1492).

827. Zophie Pawlykowa in causa citatus est magister Andreas Bochnya procurator dni Stanislai Dawydowsky ad videndum expensas taxari et sentenciam debite execucioni demandari ad horam presentis diei ad instanciam actricis, per discretum Stanislaum vicarium relacione facta. Et ibidem dominus moderacione previa expensas taxavit ad quatuor florenos et sentenciam debite execucioni demandavit et processus opportunos decrevit. Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Iohanne Myskowsky preposito, Kiliano canonico, Iohanne Parznyowsky etiam canonico, Mathia vicario.

828. Stanislai Hmyel clerici ordinati procurator et nomine procuratorio proponit contra providos sutores Leopolienses, in primis artis sutorie socium Valentinum, qui eundem invasit et cepit, demum contra Culhanek, Friczek, Czeluch magistros, quomodo feria secunda Penthecostes eundem transeuntem de hospicio sue pedagogie racione scolaris sibi assignati pro doctrina, extunc | ipsi nescitur quo spiritu ducti, nullis ex culpis, animo [411]
iniuriandi et ut presumitur vita privandi, in eum manus sacrilegas temereque violentas iniecerunt, notabiliter depilando per crines ad non modicam crinium evulsionem, lignis, fustibus alias *maczugamy*, quo quis habuit, per se et cum complicibus et manibus usque ad sanguinis effusionem, quam de ore et nasu percussus emisit, propter quod petit eosdem sentenciam excomunicacionum incidisse declarari, et iniuriam sibi factam procurator extimat ad florenos ducentos, petens in eisdem adversarios condempnari et ad solvendum cogi et compelli iusticia mediante, viis iuris remediis semper salvis. Et ibidem expost et ante Czeluch sutellus per se eundem nota furti nomi-

navit, asserens eum vasa piscium invasisse et fregisse et pisces subtraxisse, debite et iniuste contra Deum et sanctam iusticiam, iniuriam extimando ad centum florenos, petens ipsum in eisdem condemnari. In presencia dictorum reorum deliberancium ad quindenam.

829. Iohannes Byaly civis Leopoliensis et Martinus officialis de Krznylow, Magdalena, Vrsula testes iuraverunt in presencia partis Mathie Skarbek ad hoc citati et sui procuratoris dni Iohannis mansionarii ad hoc constituti, protestantis de dandis interrogatoriis, dans et concedens dicto suo procuratori plenam et omnimodam potestatem, prout in forma meliori.

830. Honesta Heduigis consors Nicolai mercatoris de Leopoli per procuratorem suum Iohannem Rab proponit contra discretum Simonem presbiterum, contra quem proponitur, quod eandem actricem diffamasset inhonestis verbis, nominando eam meretricem et suspectam dominam et furatam sibi fuisse cum cantore sua bona et tempore noctis hora terciarum de scola fuisse exclusam et eiectam. In presencia ex adverso procuratoris dicti Rab et eius filii Bernardini, qui cedentes extimacioni litis petiverunt silencium dicto citato reo imponi, ut talia de cetero non fierent. In presencia dicti rei, qui ad omnia consensit propter penam per dominum inter partes vallatam et interpositam decem marcarum et honeste conversacionis, solvendam per partem contravenientem parti tenenti quinque marcas et pro domino quinque irremissibiliter solvendam, et in hunc eventum dabunt ex adverso nomine actricis sibi Simoni presbitero unam peciam tele Colnensis cum uno orth pro festo sancti Petri vel in reversionem.

831. Anna et Anna mulieres inducte iuraverunt nomine Skarpkowa contra suum maritum in presencia eiusdem protestantis, ut supra.

832. Conventus fratrum Predicatorum ab instancia termini absolvitur ad instanciam Stanislai Ozygalka.

CCXXIII. Lune XVIII Iunii, in crastino sancte Trinitatis (18 czerwca 1492).

833. Veniens personaliter nobilis Nicolaus Lyppnyczsky tenutarius duarum arearum sive mansuum in villa Wolya Leo-
[411v] poliensis diocesis, non compulsus non coactus nec | aliquo errore

devio seductus, donatione inter vivos legitima et irrevocabili ac invariabili, pure propter Deum zelo devocionis accensus, priori ac fratribus conventus Corporis Cristi fratrum Predicatorum in Leopoli pro tempore morantibus dedit, donavit et inscripsit ac dat et inscribit dictas duas areas sive laneos, quos obtinuit racione sui servicii a nobili dno Iohanne Wyssoczsky olim subiudice terrestri Leopoliensi, dum vixit in humanis, tenendum, habendum et possidendum, cum omni iure, dominio et proprietate, prout solus tenuit et habuit, iuxta privilegii sui reformacionem, tenere et possidere ac utifrui in triginta marcis pecunie communis usque ad illarum plenariam solucionem sibi conventui solvendam per legitimos dicti Wyssoczsky subiudicis superstites et successores, quas areas tunc rehabebunt dicti heredes predicta summa totaliter persoluta. Et in firmius robur donacionis dictus donator predicto conventui et fratribus privilegium suum reposuit et dedit. Presentibus honorabilibus dnis magistro Georgio altarista, Stanislao, Michaele viccariis, Andrea Bochnya, Stanislao de Vhrinow notario publico, Floriano in Stareschyolo plebano.

834. Stanislai clerici Domslar et suorum solicitatorum in causa cum nobili Andrea Procz iuxta dependenciam domini(!) ex citacione per procuratorem petente dicta testium publicari, et dominus publicavit et copias partibus habere volentibus dare decrevit. In presencia magistri Andree Bochnya, qui ad dicendum contra dicta testium ad quindenam obtinuit. Et ibidem prefatus dnus Andreas Procopowycz constituit in suum procuratorem dnum Andream Bochnya in causa, quam sibi movere vult et intendit Stanislaus Domslar et sui sollicitatores in causa commissaria Sedis apostolice, dans *etc.*

835. Conventus Corporis Cristi per procuratorem suum petit vigore testamenti a nobili Iohanne Lakoczsky marcas duas testamentaliter legatas per Andream Poduschowsky conventui demonstratas tanquam a principali evictore, qui fideiussorem suum Stanislaum Ozygalka evicit et intercessit negando narrata, prout narrantur, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus. Et in continenti in vim probacionis produxit testamentum de manu Stanislai de Vhrinow habita pro recognita ac testem induxit fideiussorem, qui iuravit assercionem sue fideiussorie esse veram. Et ibidem petitum est interloqui, et domi-

nus interloquendo decrevit monitorium contra Lakoczsky, infra unum mensem terminum solucionis prefigendo.

836. Iacobus minister eclesie in Rodathycze proponit contra Martinum de Chlopy ministrum, quia pro festo sancti Petri apostoli anno preterito mutuavit apud eum pileum in valore trium grossorum, respectu cuius dictus minister Iacobus mitram mardurinam in valore XX grossorum in pignore dedit
[412] et invadiavit, petens ipsum | ad valorem dicte mitre solvendarium cogi et compelli. In presencia eiusdem rei allegantis nunquam mitram sibi mutuasse aut dedisse aliquando, sed vi eandem recepisse, offerens se probaturum pro omnibus dilacionibus, testes nominando, videlicet dnum Martinum viccarium, Simonem campanistam. Cui datur ad probandum pro omnibus dilacionibus, ipse autem actor pileum reo propriam restituebat, quam recipere noluit. Presentibus.

CCXXIV. Martis XIX mensis Iunii, comissaria in causa, feria tercia post Trinitatis proxima (19 czerwca 1492).

837. Nobiles dni Nicolaus Choczymyrsky et Iohannes filius suus et Franciscus Curopathwa, Andreas Mylowansky constituerunt in suum procuratorem et solenniter ordinaverunt magistrum Andream Bochnya in causa commissaria Sedis apostolice, quam ipsis movet movereque vult et intendit discretus Stanislaus Domslar assertus studens Cracoviensis et sui sollicitatores et instigatores, dantes *etc.* Presentibusque ibidem honorabilibus dnis Iohanne Parznyowski, Kiliano canonicis, Paulo mansionario, Stanislao viccario, Thoma Methelsky.

838. Stanislai Domslar studentis alme universitatis Cracoviensis in causa commissaria Sedis apostolice actoris iuxta dependenciam termini ex citacionem (!) rei nobilis Nicolai Choczymyrsky et Iohannis filii, caventis pro ratihabicione sui patris, in causa producta citacione per procuratorem ibidem dicti actoris cum processibus inde secutis racione contumacie obtentis, petentis solvere sibi repentinas et demum ad ulteriora procedi. In presencia Andree procuratoris ex adverso, allegantis non debere solvi propter collusionem factam et male impetrantis dictam comissionem. Et dominus repentinas ad unum fertonem taxavit, quas in quindena sub gravioribus solvet. Et ibidem Stanislai Domslar clerici et suorum sollicitatorum procurator

Nicolaus Harsch procurator petivit liquidi debiti reformati dicto actori per donatorem pro hac vice vertente apodixe incise decem septem florenos cum medio, cuius conformem dictus reus apud se dimisit, qui de residuis repetendis debitis non dimittitur, de quo protestatur, et de fatigis et impensis, petens ad solvendum compelli. In presencia magistri Andree Bochnya ex adverso procuratoris allegantis, quod Stanislaus actor assertus scolaris cecidit a privilegio clericali et abutitur iam eo, quia studet mechanicam et factus est de facto iam mechanicus, videlicet carnifex, propter quod non debet aliqua defensione spirituali tueri, sed querat reos in ipsorum foro, ad quod se procurator offert infra omnes dilaciones probandum admitti. In presencia Nicolai terminum obtinentis replicandi ad quindenam. Et obtinuerunt partes.

839. Michael eclesie Leopoliensis vicarius procurator et nomine procuratorio honorabilis dni Alberti plebani in Nysznow citati accu | savit contumaciam providi Iohannis quondam rec- [412v] toris scole in ibidem coniugati tanquam actoris in termino nichil facientis, qui per dominum contumax pronunciatur, quia maior est contumacia actoris quam rei, cum condempnacione in expensis et processum opportunorum cum decreto. Presentibus.

CCXXV. Mercurii XX mensis Iunii, in vigilia Corporis Cristi (20 czerwca 1492).

840. Francisci Curopathwa in causa commisaria sedis apostolice cum actoribus ex adverso Andreas Bochnya procurator assertus dictus (!) Francisci nomine suo cavit pro ratihabicione agendi, defendendi, ut in forma meliori, quam probabit prima iuris post vaccancias sub pena sinodali trium marcarum et principalis sub excomunicacionum penis. Et ibidem Nicolaus Harsch nomine actoris et sollicitatoris petivit residui debiti liquidi undecim florenos cum tribus grossis de septem decim florenis, quod debitum contraxit mercibus et fideiussoria pro fratribus germanis, prout regestrum dni donatoris collatum more negociatorum in se |includit et disponit, ad quod se refert, petens ad solvendum compelli aut alias, si ad hoc deventum fuerit, negantis consciencie defert. In presencia ex adverso procuratoris magistri Andree Bochnya petentis terminum ad

deliberandum, et obtinuit ad quindenam. Presentibus venerabilibus Kiliano et Iohanne Parznyowsky canonicis.

841. Albertus Slaczko de Comarno per Iohannem kathedralem notarium accusatus, per dominum pronunciatur.

CCXXVI. Veneris XXII mensis Iunii infra octavas Corporis Cristi (22 czerwca 1492).

842. Hannus viceadvocatus de Cosczeyow per suum procuratorem protestatur de secunda dilacione contra Leonardum plebanum de ibidem non probantem suam intencionem infra dilaciones a iure admissas. Presentibus venerabilibus et discretis dnis Nicolao Camyenyecz, Iohanne Parznyowsky, Kiliano canonicis, Michaele vicario, Nicolao Brodawka.

843. Martinus molendinator de Byelka testis in causa Dorothee molendinatricis, nomine cuius inducitur, et Miclasz coniugum de ibidem, inductus citatus iuravit omnem veritatem dicere, de qua interrogatus fuerit. In presencia ex adverso partis ad hoc citate.

CCXXVII. Martis tercia mensis Iulii (3 lipca 1492).

844. Stanislai Domslar studentis alme universitatis Cracoviensis comissaria in causa sedis apostolice et suorum sollicitatorum, prout terminus dependet, procurator Nicolaus Harsch contra nobilem Nicolaum Choczymyrsky et filium eius, qui in termino ex domini decreto solvere tenebantur processus repentinarum per dominum taxatarum, quorum contumaciam non solvencium accusavit, petens processus gravari iuxta acta, et dominus diucius expectatos processus gravavit. Et ibidem dictus procurator Nicolaus Harsch protestatus est in contumaciam partis contra non probantes pro prima dilacione dictum cleri-
[413] cum | actorem esse mechanicum, et in omnem eventum in termino sibi prefixo replicandi ad pretensam obiectam excepcionem replicat eandem non habere locum ea vice propter taciturnitatem et obmissam illam obiici circa exordium litis, quam eciam replicans locum (!) et tempore purgacione evadere obtulit se paratum, et casu quo posito et non concesso limitaretur, dictus actor propter meliorem experienciam sui status in posterum aliquo artificio ex mechanicis per talem actum, cum ille actus non sit ordini contrarius, sicut bigamia, et clericus non perdit

privilegium clericale, petens cognosci et super facto interloqui partis ex adverso in contumaciam. Presentibus venerabilibus Kiliano, Iohanne Parznyowski canonicis.

CCXXVIII. Mercurii quarta mensis Iulii post festum Visitacionis Virginis Marie (4 lipca 1492).

845. Nicolaus Cuchtha institor, Thobias serifex et ego Petrus actorum presencium notarius, testes inducti nomine Anne contra Procopium Corawa super veritate dicenda, in presencia ex adverso magistri Andree procuratoris ad hoc citati. Presentibus honorabilibus dnis Paulo Geruch, Michaele viccariis.

846. Valentinus socius artis sutorie, Culhanek, Friczek, Czeluch magistri sutores, Busky cingulator, instante actore Stanislao Chmyel accusati ob non responsionem proposicionis sive libelli, per dominum pronunciantur processuum opportunorum cum decreto. Presentibus.

847. Honorabilis Andreas plebanus quondam in Zukow, prout terminus requirit ex minuta citacionis, propter non paricionem in termino actoris sentenciis contumacie involuti discreti Martini plebani de Thismyenycza, absolvitur ab instancia termini, ipsa contumacia in sua robore reservata.

848. Francisci Curopathwa in causa commissaria sedis apostolice Andreas procurator, prout terminus requirit, nomine rei ad peticionem actoris negavit narrata, prout narrantur, et datur ad probandum vel ad deferendum pro omnibus dilacionibus. Presentibus.

849. Honorabilis Martinus plebanus in Bruchnal, prout terminus requirit ex minuta citacionis, propter non paricionem in termino actoris Elizabeth mulieris relicte, absolvitur ab instancia termini cum condempnacione in expensis, que per dominum pronunciatur, per dnum Martinum accusata.

850. Stanislaus clericus quondam minister ecclesie in Marthynow dictus Corws constituit in suum procuratorem magistrum Andream Bochnya in causa et causis, quam et quas movet seu movere vult et intendit discreto Andree comendario in Marthynow et cui Pawlyk opidano de ibidem, dans *etc.* |

851. Elizabeth mulier relicta de Nowosyelcze querulose [413v] proponit contra discretum Martinum plebanum in Bruchnal, quomodo anno presenti percussit eam baculo, quod fuerunt

scapule sue livide, quam percussionem extimat ad decem marcas, petens ipsum in eisdem puniri et condempnari, et si negatum fuerit, obtulit se probaturum pro omnibus dilacionibus. In presencia eiusdem sacerdotis, qui deliberatus prima die iuris post vaccancias respondebit.

852. Dnus auditor Leopoliensis proprio motu totum negocium cause inter Iacobum clericum de Byschow et actorem ex una et gsum dnum Demetrium de Chodorowstaw partibus ex altera[1] terminum usque ad felicem adventum reverendissimi dni Andree Rosza archiepiscopi Theomoniensis et coadiutoris Leopoliensis suspendit. Presentibus.

CCXXIX. Lune IX mensis Iulii, in crastino sancti Kiliani (9 lipca 1492).

853. Katherina Skarpkowa actrix accusans matrimonium mediante adulterio mariti sui Mathie Skarbek tanquam rei ab ea discedentis prestitit calumpnie iuramentum, in presencia dicti rei ad hoc citati, cui prefigitur terminus ad primam iuris hoc ipsum prestandum. Presentibus honorabilibus dnis Iohanne Parznyowsky canonico, Michaele viccario.

CCXXX. Mercurii XI mensis Iulii ante festum sancte Margarethe (11 lipca 1492).

854. Catherina Skarpkowa actrix per procuratorem suum iuxta dependenciam termini ex relacione discreti Caspar sacristiani facta petivit dicta testium publicari, in presencia Mathie Skarbek ex adverso citati, a quo eciam exigebat prestari calumpnie iuramentum, qui requisitus et inductus iurari recusavit et subterfugit et negocio infecto de iudicio recessit, petens dictus procurator reservari se penes canonica instituta ac dictum subterfugientem tanquam reum haberi pro convicto nec ibidem dicta testium publicari. Et dominus publicavit et copias partibus habere volentibus decrevit. Presentibus honorabilibus dnis Nicolao Camyenyecz, Kiliano canonicis.

855. Hannus viceadvocati de Cosczeyow procurator protestatus de ultima dilacione ex superhabundanti de quarta con-

[1] W rkp. trzy ostatnie słowa dwa razy wpisane.

tra plebanum de Cosczeyow, in quantum nichil probat super obiecto crimine. Presentibus.

856. Providus Petrus vitricus eclesie in Halycz constituit in suum procuratorem honorabilem Martinum vicarium Leopoliensem cum potestate substituendi in causa et causis, quam vel quas movet seu movere vult et intendit nomine eclesie nobili Iurscha de Nowosyelcze, dans *etc.* Presentibus. |

CCXXXI. Lune XVI mensis Iulii, in crastino Divisionis [414]
apostolorum (16 lipca 1492).

857. Katherine Skarpkowa actricis ab una et Mathie mariti ab altera parcium in causa iuxta termini dependenciam ex relacione per discretum Paulum rectorem facta, citatis hincinde procuratoribus ad videndum concludi ad horam presentis diei, parcium de consensu eorundem procuratorum, Nicolai Harsch ipsius actricis et Iohannis mansionarii ipsius Mathie, dominus in causa conclusit, offerens se suamque intencionem pronunciaturum. Et ibidem procurator Katherine produxit significatoriales per compulsoriales extractas literas a dnis consulibus Leopoliensibus in adminiculum suarum attestacionum, quas procurator prefatus ex adverso habens pro recognitis nec illas impugnavit et neque conclusionem impedivit nec contra testes excepit. Presentibus venerabilibus et discretis Kiliano et Gregorio canonicis, Michaele et Stanislao viccariis.

CCXXXII. Mercurii XVIII mensis Iulii (18 lipca 1492).

858. Dorothea mulier de Culykow petit Stanislaum ministrum eclesie in ibidem assertum clericum matrimonium coniungi et cohabitari, prout secum a sedecim annis cohabitabat ex eaque prolem sex pueros procreavit et nunc gravida ab eo incedit, petens eum ad consumandum in facie eclesie consumari. In presencia eiusdem Stanislai allegantis apud eam propriis pecuniis carnales actus comparari et alias dixit eam virum proprium vivum habere, quod ipse Stanislaus offert se probaturum, et alias idem scolaris de parendo iuri se hic presentibus inscribit, quod iudicio et iudicato stando persistet sub excomunicacionum penis in eum ipso facto ferendis. Presentibus honorabilibus dnis Andrea Bochnya, Nicolao Brodawka presbiteris, Mathia campanatore.

859. Stanislaus campanista de Culykow constituit in suum procuratorem magistrum Andream Bochnya in causa matrimoniali, quam sibi movere vult et intendit Dorothea mulier de ibidem, dans *etc.* Presentibus.

CCXXXIII. Veneris XX mensis Iulii (20 lipca 1492).

860. Discretus Stanislaus eclesie Leopoliensis viccarius de mandato domini retulit se citasse honestum Mathiam Skarbek ad horam presentis diei ac suum procuratorem ad videndum sentenciam ferri ad instanciam Katherine Skarpkowa actricis, quam dominus pronunciavit in scripto, dictis partibus consencientibus, audientibus pariter et videntibus. Presentibus honorabilibus dnis Kiliano canonico, Michaele viccario, Allexio notario, testibus.

CCXXXIV. Lune sexta mensis Augusti, in crastino Marie Novis(!) *infra vaccancias. Ave Maria* (6 sierpnia 1492). |

[414v] **861.** Discretus Iohannes viccarius de Colomya proponit gravi in querela contra honorabilem Iohannem prepositum sancti Spiritus, quod certis diebus in eclesiam Colomiensem ambulando eum coram certis personis obloquebatur et execuciones indebite non exequebatur nec excomunicatos ad instanciam sui debite iuxta processus denunciare(!). Item quod in die sancte Anne vocatus cum dicto dno Iohanne ad prandium cuiusdam vidue et cum ad mensam sedissent, dnus Iohannes ira conmotus, quod non est expectatus cum prandio, incepit contra dnum Iohannem viccarium insultare verbis diffamatoriis, vocando eum proditorem, malum sacerdotem, et his non contentus elevata manu cutello vibrato voluit eum transfigere, quam iniuriam et infamiam ad centum florenos extimat et pensat, petens ipsum in eisdem puniri et condempnari et ad solvendum cogi et compelli, offerens se probaturum loco et tempore suis. In presencia dicti dni Iohannis prepositi et sui procuratoris ex observacione feriarum in iure dispositarum, in quibus regulariter conquiescit strepitus iudicii, petens propter importunitatem et indebitum tractum eundem in expensis et impensis ac fatigis puniri et condempnari et terminum partibus submoveri et prorogari, iuridicis diebus se offerentibus petens interloqui. Et dominus interloquendo decrevit solucionem repentinarum et ibidem

dominus taxavit ad viginti sex grossos et dominus solucionem XXVI grossorum infra hinc ad quindenam dicto indebite trahenti excomunicacionum sub censuris, pro quibus circa acta per discretum Mathiam viccarium est monitus et citatus ad solvendum. Presentibus discretis Iohanne mansionario, Kiliano canonico. Et dno Iohanni preposito terminus ob responsionem peticionis actoris prorogatur et per dominum limitatur ad primam iuris post vaccancias.

862. Honorabilis Iohannes viccarius in Colomya constituit in suum procuratorem magistrum Andream Bochnya in causa et causis, quam et quas movet seu movere vult et intendit honorabili Iohanni preposito de ibidem, dans *etc.*

CCXXXV. Post vaccancias prima iuris, Lune XXVII mensis Augusti, post Bartholomei apostoli sancti festum proxima (27 sierpnia 1492).

863. Discretus Nicolaus viccarius de Grodek retulit se citasse ad instanciam nobilium Francisci Curopathwa, Choczymyrsky ad videndum produci et recognosci literam et sigillum civitatis Crosznensis circumspectum Nicolaum Harsch tanquam procuratorem Stanislai clerici Domslar et sui sollicitatorum ad horam presentis diei, quam ibidem produxit magister Andreas Bochnya, petens compelli ad recognoscendum. Presentibus honorabilibus dnis Matheo in Sczyrzecz, Michaele Mebroth baccalariis in Zimnawoda plebanis, Allexio notario. |

864. Iohannes Waygank notarius kathedralis constituit in [415]
suum procuratorem magistrum Nicolaum Harz in causa, quam movere intendit provido Alberto Slaczko opidano de Comarno, dans *etc.*

865. Iohannis prepositi de Colomya Nicolaus procurator Harsch animo litem legitime contestandi ad proposicionem Iohannis viccarii de ibidem respondendo negavit narrata, prout narrantur, petens petita fieri non debere, et datur ad probandum vel ad deferendum pro omnibus dilacionibus salvo eo, quod ad verba est responsum impertinente et de iure admissibili.

866. Iohannes plebanus de Wyssnyany per procuratorem suum magistrum Andream Bochnya petit a nobili Paulo Pye-

czyhoski nisum in valore medie sexagene, quem sibi recepit clam de domo, petens valorem persolvere aut nisum restituere. In presencia Nicolai Harsch procuratoris dicti rei allegantis actionem pro niso nomine plebani non tollerari in iure spirituali, presertim cum clerici prohibentur vaccare venacionibus per canonica instituta, petentis silencium imponi et ab instancia absolvi et ob indebitum tractum in expensis condempnari et petentis super facto interloqui et per dominum cognosci. Presentibus.

867. Ex decreto domini providi consules de Sczyrzecz honorabili dno Matheo baccalario plebano de ibidem quater duas marcas pecunie communis infra unum mensem sub excomunicacionum penis solvent, dum et in quantum in cistucula eclesie pecunie reperientur.

868. Honorabilis Martinus presbiter de Grodek petit a nobili Stanislao Brathkowsky restitucionem pratorum nomine Wszduchy, quos pater eiusdem ad sex annos arendavit, qui nobilis iam a duobus annis a collectione feni et aliarum utilitatum prefatum dnum Martinum post mortem patris sui repulit, et petens iuxta arendacionem ad posessionem dictorum pratorum admitti et eum in expensis et in utilitatibus condempnari, offerens se probaturum, casu quo negatum fuerit. In presencia eiusdem Stanislai allegantis solucionem a quinque annis a festo sancte Margarethe usque ad alterum festum sancte Margarete in toto fuisse factam et completam, quam probabit pro omnibus dilacionibus.

869. Iacobus minister eclesie in Rodathycze protestatus est de omnibus dilacionibus iam dudum effluxis contra Martinum de Chloppy ministrum non probantem intencionem suam sub uno contextu et ultra, quem dominus ob non probacionem intencionis sue pronunciavit contumacem, Iacobo instante.

870. Discretus Michael eclesie Leopoliensis viccarius re-
[415v] tulit se citasse ingeniosum Iohannem de | Przeworsko nunc in scola Leopoliensi manentem, ad horam presentis diei terminum peremptorie assignando, ad instanciam discreti Petri de Ossyek consistorii Leopoliensis notarii, et eo non comparante, actore instante, per dnum auditorem pronunciatus processuum opportunorum cum decreto. Presentibus.

CCXXXVI. Audiencia Mercurii antepenultima mensis Augusti (29 sierpnia 1492).

871. Discretus Simon archipresbiter petit a provido Martino Plathnyerz cive Leopoliensi XXI grossum pro erudicione sui pueri per tria quartalia, quolibet quartali per septem grossos condictando, petens ipsum ad solvendum cogi et compelli. In presencia eiusdem Martini ad hoc legitime citati, per discretum Mathiam viccarium relacione facta, negantis informacionem iuxta condictacionem, quam informacionem et diligenciam circa huiusmodi informacionem exhibitam probabit pro omnibus dilacionibus. Presentibus honorabilibus dnis Andrea Bochnya presbitero graciali, Iohanne Brzeszeczsky.

872. Iohannis Brzeszeczsky de Conyusky et Anne Corythkowa super repentinis per dominum cognitis prorogatur terminus solucionis medie marce per ipsam Annam implende infra hinc ad quindenam sub gravioribus in eam ferendis racione contumacie, instante magistro Andrea suo procuratore absolucionem petente, quam ibidem obtinebit solucione completa repentinarum, et in principali ex post coram domino partes procedere curabunt. Presentibus.

873. Discretus Martinus Romanus eclesie Leopoliensis vicarius procurator et nomine procuratorio religiosi dni Mathie guardiani de Halycz ordinis Minorum petit a nobili Iurscha de Nowosyelcze marcas decim octo cum media, quas olim pater eiusdem apud prefatum guardianum in mutuum recepit, petens ipsum ad solvendum compelli. In presencia eiusdem petentis racionem de premissis fieri ad quindenam, et obtinuit. Presentibus.

CCXXXVII. Veneris ultima mensis Augusti post festum sanctorum Felicis et Aucti (31 sierpnia 1492).

874. Discretus Michael eclesie Leopoliensis viccarius de mandato domini retulit se citasse magistrum Nicolaum Harsch procuratorem Czarnucha de Busko ad videndum apperiri rotulum ad horam presentis diei ad instanciam Dorothee Zolnyerka et sui procuratoris, et dominus apperuit et copias partibus dandas decrevit et terminum excipiendi ad quindenam limitavit.

Presentibus honorabilibus dnis Kiliano canonico, Paulo Geruch, Mathia viccariis, testibus circa premissa.

875. Nicolaus cantor eclesie Leopoliensis querulose proponit contra Paulum famulum sartorum, quomodo proditorie, ipso cantore ignorante et securum per viam transeunte hora noctis quasi secunda, a tergo lapide percussit, nulla causa de
[416] merito exigente, | quam iniuriam et percussionem extimat ad centum florenos, petens ipsum in eisdem puniri et condempnari. In presencia eiusdem Pauli petentis ad deliberandum ad XV, et obtinuit. Et ibidem discretus Michael vicarius de mandato domini ad instanciam dicti Pauli sartoris retulit se citasse dnum Nicolaum cantorem ad horam presentis diei ad videndum eundem reconveniri, qui reconvenitur. Paulus sartor, reconveniendo proponit, quomodo anno presenti die Mercurii proxima, quando dictus cantor vacabat rei illicite operam dans alee, extunc eidem Paulo excutit vitrum de manibus ad concussionem, qui tunc de mandato suo sibi cervisiam infundebat, cum qua eundem perfudit, nec sibi eciam pepercit, et eciam in dampnum Paulum imposuit unius grossiculi pro vitro soluti. Et ex post insidiis conceptis cum suis complicibus in obvio transeuntem eis et condolentem de suo damno et casu infortuito, fuit invasus per dictum cantorem et suos complices et nisi se moderata tutela defendisset, fuisset percussus impie per tres personas, quam iniuriam extimat pari passu ad centum florenos. In presencia eiusdem cantoris negantis narrata, prout narrantur, et datur ad probandum vel deferendum pro omnibus dilacionibus.

CCXXXVIII. Lune X mensis Septembris post festum Nativitatis Virginis Marie (10 września 1492).

876. Providus Martinus servilis petit a nobili dno Balthazaro de Lowczycze marcam cum tribus grossis, ulnas tres panni per septem grossos, de barchano quatuor ulnas et ocreas valoris sex grossorum, petens ad solvendum compelli tanquam salarium deservitum. In presencia eiusdem rei petentis se remitti ad forum secularem, tanquam laicum cum laico, quibus presens iurisdicio non competit, et dominus remisit ad ius terrestre ad proximos terminos particulares proxime celebrandos, alias ob defectum iusticie ad idem faciendum hic partibus

limitatur terminus. Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Kiliano canonico, Paulo Geruch, Mathia viccariis, testibus.

877. Bartholomeus scolaris de Camyenyecz constituit in suum procuratorem magistrum Andream Bochnya in causa, quam sibi movere vult et intendit providus Iohannes pannitonsor de Leopoli, dans *etc.*

878. Stanislai Domslar in causa, prout terminus dependet, Nicolaus Harsch procurator produxit excepciones contra literam dominorum de Croszno, petens cognosci, et ibidem formatam super verificando clericatu, petens se reservari penes condicionem et interloqui. In presencia partis procuratoris recognoscentis formatam.

879. Felix rector scole de Grodek proponit contra honestam Margaretham de Busko pannitonsoriam, quomodo temporibus preteritis contrahendo secum sponsalia per verba de presenti et admittendo se ad solitam mansionem proprie domus, tanquam sponsum, | cui fidem vovit et se cognosci permisit, in [416v]
cuius coniunctionis contractum et suam pecuniam eidem sibi dedit de facto iam tanquam proprie uxori, ad valorem quindecim florenorum cum media marca, interim per marcam, per fertonem, per grossum, petens eandem ab eo, cum quo contraxit in facie eclesie, separari ab eodem propter inductionem actus ordini clericalis contrarii ipsius bigamie et secum coniungi in facie eclesie et matrimonium contrahi, alias ob defectum contractus ad restitucionem pecuniarum petitarum et palii brunatici valoris quatuor florenorum et cantarus decem grossorum ad restituendum et solvendum compelli et pena duplicata puniri ipsam ream iuxta canonicas sanctiones, iuramento in ea repetito de fide mentita, et si negatum fuerit, ipse actor offert se probaturum. In presencia eiusdem ree petentis ad deliberandum ad quindenam, et obtinuit. Presentibus. Et ibidem dictus actor constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch.

880. Discretus Stanislaus viccarius de mandato domini retulit se citasse magistrum Andream Bochnya tanquam procuratorem dni Iohannis de Wyssnyany plebani ad horam presentis diei ad instanciam nobilis dni Pauli Pyeczyhowski. Et ibidem dictus actor beneficio reconvencionis proposuit contra reum dnum plebanum, quomodo anno presenti retroactis diebus et temporibus, nescitur quo spiritu ductus, in iniuriam non modicam

eundem actorem diffamavit et dehonestavit in pluribus locis coram honestis personis, obiiciendo eum fuisse suspensum, his verbis in effectum: suspendit se tribus vicibus et nisi eum clientulus suus secasset, extunc expirasset, affirmans eum patibulatorem, quam iniuriam et infamiam extimat ad mille florenos, offerens se probaturum et petens se ad probandum admitti. In presencia magistri Andree Bochnya ex adverso procuratoris deliberantis ad quindenam. Demum ad eius peticionem procurator lite contestata, non recedendo ab excepcionibus, quas verbo repetivit, negavit narrata, prout narrantur, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus. Et ibidem dnus Pyeczyhosky constituit in suum procuratorem Nicolaum Harsch contra Iohannem plebanum in Wyssnyany et dnum Myskowsky prepositum cum omnimoda potestate agendi, defendendi, ut in forma meliori.

881. Iohannis pannitonsoris de Leopoli cum Bartholomeo clerico de Camyenyecz in causa dominus auditis procuratorum hincinde altercacionibus et eisdem diligencius examinatis, arestando literam dnorum consulum Camenecensium apud acta sua, effectum cause parcium suspendit tollendo ad adventum consulum Camenecensium Leopolim super eorum declaracione et examine causam finiendi. Extunc non finita causa pars oppressa iusticiam requiret. Presentibus.

CCXXXIX. Mercurii XII mensis Septembris infra octavas Nativitatis Marie (12 września 1492).

882. Iacobus de Syenno per se et pro fratre suo Iohanne cavendo equos duos redales alias *srokathe* reverendissimo dno
[417] Iohanni Watrobka | archiepiscopo Leopoliensi valitudinario et unum coclear in valore duorum florenorum infra unum mensem in manus gsi dni Petri de Olesko absque omni dilacione sub excomunicacionum penis in eum ipso facto ferendis restituere obligatur, etiam quibusvis appellacionibus, excepcionibus, dilacionibus, dolum in se importantibus, procul motis et penitus exclusis. Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Iohanne Crovyczsky decano, magistro Thoma canonico vicario in spiritualibus, Iohanne Myskowsky preposito, Allexio notario et Nicolao Harsch.

883. Martinus Plathnyerz civis Leopoliensis discreto Simoni presbitero unum fertonem pro festo sancti Martini con-

fessoris Michaelis(!) proxime venturo sub excomunicacionum penis solvere obligatur, pro cuius solucionis complecione per discretum Mathiam viccarium de mandato domini est monitus et citatus, ut pro huiusmodi termino satisfaccionem impendat. Presentibus.

CCXL. Saturni XV Septembris (15 września 1492).

884. Paulus Pyeczyhowsky super iuramento decisorio per dominum et per partem delato per procuratorem suum inductus magistrum Nicolaum Harsch, realiter et cum effectu iuravit in hec verba, quod bos, pro quo inculpabatur per dnum Myskowsky prepositum Leopoliensem, est suo homini persolutus, quod ipse credit nec habet aliquam scienciam de subtractione facta, sic me Deus salvet et sancta Crux. Presentibus discreto et nobili Mathia viccario et Martino Garnczarsky dicti principalis servitore protestantis de expensis et de reconveniendo super infamia et iniuriis per dnum prepositum illatis.

CCXLI. Veneris antepenultima mensis Septembris, in vigilia sancti Michaelis (28 września 1492).

885. Margaretha Hydkowa proponit contra Albertum Hydek maritum suum serificem, quomodo ipsam minus iuste et sine culpa percutit et de domo expulit ita, quod ab octo septimanis propter seviciam ipsius domum intrare non audet. In presencia eiusdem Alberti allegantis eam cum aliis a thoro ipsius adulterasse et omnes res domesticas et suppellectilia de domo exportasse et dampna non modica irrogasse, offerens se pro omnibus dilacionibus probaturum. Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Kiliano canonico, Michaele et Stanislao viccariis, Nicolao locato et Iordano procuratore, Iohanne de Oppauia.

886. Zophia mulier de Sczyrzecz constituit in suum procuratorem dnum Andream Bochnya in causa matrimoniali, quam sibi movet seu movere vult et intendit Stanislaus kmetho de Hodowycza, ut in forma meliori. Et ibidem Stanislaus de Hodowycza petit Zophiam compelli ad consumandum matrimonium publice in facie eclesie, prout secum contraxit per verba de presenti et bannas proclamare mandavit, que in facie eclesie sunt premisse, offerens se probaturum. In presencia ex adverso

procuratoris magistri Andree Bochnya animo litem legitime contestantis, negantis narrata, prout narrantur, petens petita fieri non debere. Et datur actori ad probandum pro omnibus dilacionibus.

CCXLII. Lune prima mensis Octobris (1 października 1492).

887. Margarethe pannitonsorie de Busko procurator et nomine procuratorio Andreas Bochnya reconveniendo discretum Felicem quondam ministrum eclesie in ibidem ad hoc citatum, per discretum Iacobum relacione facta, petit ab eo gladium sibi accomodatum in valore quatuor florenorum, item lectisternia
[417v] filii dicte mulieris | per Felicem retenta, videlicet plumaticam valoris unius sexagene, tecturam eiusdem valoris medie marce, item pulvinar, lintiamen valoris medie marce, item expensas per tres annos sibi datas et quolibet die ministratas ad minus annuatim per quatuor marcas, item medonem, quem hincinde ad terrigenas equitando accipiebat, aliquem pro tribus, aliquem pro duobus grossis accipiebat, in valore trium florenorum, summa tocius singula computando singulis viginti tres florenorum minus sex grossis, petens ipsum in petitis cogi et compelli. In presencia eiusdem Felicis animo litem legitime contestantis, allegantis pro huiusmodi expensis canticam per ipsam Margaretham conventam cecinisse et iuvenem suum continue informasse, gladium et lectisternia confitentis se recepisse, offerentem se omnia restiturum, dum in Busko venerit aut pro eisdem miserit. Item magister Andreas Bochnya procuratorio nomine dicte Margarethe ad proposicionem Felicis respondendo animo litem legitime contestantis negavit narrata, prout narrantur, petens petita fieri non debere, et datur actori ad probandum suam intencionem pro omnibus dilacionibus. Et ibidem dicta mulier constituit in suum procuratorem prefatum dnum Andream Bochnya ad prestandum iuramentum de calumpnia vitanda in animam ipsius constituentis. Presentibus ibidem honorabilibus et discretis dnis Kiliano canonico, Michaele et Mathia viccariis Leopoliensibus.

888. Stanislaus nobilis advocatus de Sczyrzecz constituit in suum procuratorem magistrum Andream Bochnya in causa, quam movere vult et intendit nobili Anne Pustomythska con-

sorti olim nobilis Sigismundi de Czuczenossy, dans *etc.* Presentibus.

CCXLIII. Lune XV mensis Octobris, in vigilia sancti Galli confessoris (15 października 1492).

889. Margarethe pannitonsorie de Busko in causa magister Andreas Bochnya procurator eiusdem protestatus est de prima dilacione iuris non probantem Felicem ministrum eclesie de Grodek intencionem suam. Presentibus discretis viris dnis Stanislao et Michaele viccariis, Mathia mansionario sancte Katherine Leopoliensibus, testibus circa premissa, et aliis quampluribus.

890. Honorabilis Mathias ad sanctam Katherinam mansionarius de mandato domini retulit se monuisse honorabilem Iohannem de Bythgostya viccarium eclesie Camenecensis ad instanciam honorabilis Stanislai eclesie Leopoliensis viccarii, ut per decursum presentis diei grossos sex ipsi dno Stanislao sub excomunicacionum penis solveret tanquam certum et liquidum debitum contractum, alias si secus fecerit, extunc ipso sentencias excomunicacionum incidisse declarabitur. Presentibus.

CCXLIV. Veneris XIX mensis Octobris post festum et diem sancti Luce evangeliste (19 października 1492).

891. Discretus Michael eclesie Leopoliensis viccarius de mandato domini retulit se citasse providum Nicolaum Wydawski civem Leopoliensem, ad horam presentis diei ad instanciam honorabilis dni Stanislai de Vhrinow notarii terrestris Leopoliensis peremptorie assignando. Et ibidem rei ad petita et de consensu actoris terminus idem faciendi ad festum sancte Katherine virginis proxime venturum prorogatur. | Presentibus ve- [418]
nerabilibus, honorabilibus, discretis et circumspectis viris dnis Kiliano et Gregorio canonicis, Stanislao, Michaele, Mathia viccariis, Nicolao Harsch et Andrea Bochnya consistorii Leopoliensis procuratoribus, testibus fidedignis, et consulibus de Camyenyecz.

892. Zophia mulier de Sczyrzecz in causa contractus matrimonii cum Stanislao Lupethko de Hodowycza in defectum probacionis ipsius Stanislai prestitit iuramentum, quod sibi matrimonium nunquam vovit nec ad huiusmodi contractum facto

vel verbo consensit nec bannas in facie eclesie proclamare mandavit. Et dnus presidens eam ab ipsius Stanislai impeticione absolvit et in expensis quatuor grossorum ob indebitum tractum condempnavit, quos in quindena sub excomunicacionum penis solvere obligatur. Presentibus.

893. Heduigis de Comarno mulier olim Stephani de ibidem ab impeticione Dominici scolaris dicti Gawyn cognati eiusdem Stephani absolvitur et silencium eidem per dominum imponitur, prout honorabilis Mathias presbiter fraternitis in audiencia publica confessus est nullum testamentum fuisse per ipsum Stephanum factum, solum due marce pro Bernardinis sunt legate testamentaliter, quos cognatus dicti Stephani recepit et exposuit, et postmodum defunctus. Presentibus.

894. Andreas Bochnya procurator et nomine procuratorio nobilis Stanislai advocati de Sczyrzecz petit a nobili Anna Pustomythska octo coclearia argentea per patrem ipsius Stanislai in tribus florenis invadiata, in valore quodlibet coclear per sexagenam, petens tanquam successor post patrem restitui et florenos ab eodem suscipi. In presencia eiusdem Anne petentis ad deliberandum ad quindenam, et obtinuit. Presentibus.

895. Providus dnus Iohannes pannitonsor de Leopoli citatis dnis consulibus Camenecensibus in vim testimonii detegendi cum ingenioso Bartholomeo clerico de Camenecz etiam ad hoc citato super reposito rerum in Camenecz dicto clerico ad[*v*]olutarum post suam parentelam, qui huiusmodi repositum levavit, prout fassus est, preterquam coclearia quatuor et aliquot monilia unacum cingulo argenteo sibi defuisse et de repositorio recepta fuisse, super quo cingulo dicti consules Camenecenses contradicendo respondebant cingulum apud eos haberi et apud dnum officialem Camenecensis eclesie kathedralis eiusdem in reposito fideliter servandum, prout omnimodam dictus clericus habet noticiam, sed eundem fieri arrestatum deposuerunt per consules in censu et tributo regio super domo ipsius non exoluto, pro quo censu Regi satisfaciebant ad summam aliquot sexagenarum, prout moris est singulis annis ab instita sive pannicida solvi consuetum, et etiam propter arrestacionem sororis dicti scolaris dictum cingulum fuisse servatum, asserentes dicti consules nunquam fuisse tutores aut aliquem ex eis tutorem specialem habuisse et neque ipsum dnum Iohannem panni-

tonsorem Leopoliensem. In presencia dicti clerici probare suam intencionem dissimulantis et non probantis super certis etiam rebus, presertim coclearibus et | monilibus neminem tunc au- [418v]
dere inculpari, nec ipsum dnum Iohannem pannitonsorem, qui presens circa reseracionem depositi nunquam presens fuit nec claves habuit tunc apperti vel effracti per dictum clericum et ceteros consules tunc presentes, qui repositum occupabant de manibus et potestate amicorum dicti clerici, dictum Iohannem pannitonsorem non inculpantis, suam tunc purgantis innocenciam et comminacionem. Presentibus.

896. Pauli Pyeczyhowsky procurator et nomine procuratorio protestatus est de prima dilacione super niso contra dnum Iohannem plebanum in Wyssnyany non probantem suam intencionem. Presentibus.

CCXLV. Lune antepenultima Octobris, in crastino sanctorum Simonis et Iude apostolorum (29 października 1492).

897. Gotardus plebanus in Hodowycza gravi in querela proponit contra et adversus providum Petrum quondam ministrum eclesie in ibidem, quomodo anno presenti feria tercia ante festum Simonis et Iude, nescitur quo spiritu ductus, eum manibus per crines arripiendo in villa Dawydow traxit et male tractavit et postremo arripiens palum in caput ipsius plebani usque ad sanguinis effusionem percussit, quam iniuriam, percussionem ad centum florenos extimat. Item petit pro iuvene, qui servivit ante septem septimanas, cui debuit pro servicio suo satisfacere, qui recipiens clericales iuveni nichil dedit, petens ad solucionem cogi et compelli et obligacionem de parendo iuri ab eodem suscipi. In presencia eiusdem animo litem legitime contestandi negavit narrata, prout narrantur, et actor probabit pro omnibus dilacionibus. Et ibidem Petrus obligatus est iudicio sisti et iudicatum solvi sub censuris eclesiasticis. Item Petrus petit a plebano grossos sex a vigilialibus, salvalibus et crinalibus, quos recepit a Martino Dryar, partem ipsum concernentem, petens ipsum ad solvendum cogi. In presencia eiusdem negantis narrata, prout narrantur, et datur ad probandum vel deferendum pro omnibus dilacionibus. Item plebanus in quindena prestabit iuramentum, quod Petrus noluit equitare ad columbacionem. Presentibus venerabili et honorabilibus dnis

Kiliano canonico, Stanislao et Michaele viccariis, testibus circa premissa.

CCXLVI. Veneris secunda mensis Novembris, ipsa die Animarum (2 listopada 1492).

898. Anna Pustomythska nobilis Iohannis Offczuski consors ad proposicionem nobilis Stanislai advocati de Sczyrzecz animo litem legitime contestandi negavit aliquid post olim maritum suum excepisse, sed omnia, ad que succedere debuit prefata Anna, dnus olim Odrowasch palatinus tanquam potens omnia in bonis ipsius Anne mariti pro se recepit, nec triginta marcas pro suo crinali potest rehabere, quod de iure habere debuit. Et datur actori ad probandum pro omnibus dilacionibus, quod ipsa possidet coclearia. Ipsa autem rea a simili docebit, quod olim dnus Odrowasch palatinus tanquam potens coclearia recepit. Presentibus dnis Kiliano canonico, Nicolao Harsch, Andrea Bochnya procuratoribus et Allexio notario. Et ibidem dicta dna Anna constituit in suum procuratorem circumspectum ma-
[419] gistrum Iacobum Sulislai de Sandomiria contra et | adversus Stanislaum advocatum de Sczyrzecz adversarium suum, dans *etc.* Presentibus.

899. Honorabilis dnus Iohannes in Wyssnyany plebanus constituit in suos veros et legitimos procuratores circumspectos viros magistros Andream Bochnya et Iacobum Sulislai de Sandomiria, dans *etc.* in causa et causis, quam et quas movet seu movere vult et intendit nobilibus Iohanni Bobowsky et Katherine heredi de Wyssnyany coniugibus. Presentibus.

CCXLVII. Audiencia Veneris IX mensis Novembris ante festum sancti Martini (9 listopada 1492).

900. Anne Czudna Hanuchna in causa comissaria sedis apostolice procurator Nicolaus Harsch inherendo suis diligenciis per ipsum verbo repetitis cum reproductione rescripti produxit citacionem legitime executam in termino ad hoc dependenti, petendo dnum delegatum cause et partibus pronunciari iudicem competentem vigore clausule in rescripto specificate: Quod si non ambo etc. In presencia magistri Andree Bochnya ad hoc citati, qui in quindena terminum dicendi contra obtinuit allegaturus ea, que sunt de iuris forma. Presentibus venerabilibus

et honorabilibus dnis Nicolao Wroblowsky Leopoliensi et Cracoviensi canonico, Kiliano canonico, Stanislao et Casparo viccariis, Allexio et Iohanne de Sambor notariis publicis.

901. Iohannes Lakoczsky de Culykow constituit in suum procuratorem in causa, quam movere vult et intendit laborioso Alberto Wandzyssek, magistrum Nicolaum Harsch, dans *etc.* Presentibus.

902. Gsa dna Barbara consors nobilis dni Iohannis Bobowsky constituit in suum procuratorem prefatum dnum Iohannem maritum suum cum potestate substituendi unum vel plures procuratorem vel procuratores in causa et causis, quam sibi et eius marito honorabilis Iohannes plebanus in Wyssnyany movet seu movere vult et intendit, dans *etc.* Presentibus.

CCXLVIII. Lune XII mensis Novembris, in crastino sancti Martini confessoris (12 listopada 1492).

903. Discretus Michael eclesie Leopoliensis viccarius retulit se citasse de mandato domini discretos et providum Paulum ministrum eclesie in Busko, Iohannem Sthernygyel civem Leopoliensem, fratrem Mathiam ordinis Minorum, necnon Michaelem viccarium, testes ad instanciam Felicis inductos contra Margaretham in causa inter eos vertente, qui iuraverunt in contumaciam partis ad hoc citate mediante procuratore magistro Andrea Bochnya, protestante de interrogatoriis dandis, ad horam presentis diei. Presentibus honorabilibus dnis Iacobo viccario, Allexio notario, Nicolao Harsch procuratore.

904. Iohannes presbiter dictus Rzeszeczski de Conyvski in suum procuratorem constituit dnum Iohannem Kochanek | ad [419v]
sanctam Katherinam in sua causa, quam movet et movere intendit nobili Anne relicte olim Iohannis Corithko de Conyvski, dans *etc.* Presentibus.

CCXLIX. Veneris XVI mensis Novembris post festum sancti Martini proxima (16 listopada 1492).

905. Nicolaus Harsch in omnibus suis causis ex certo respectu substituit procuratores discretos Paulum Geruch et Iohannem Cochanek. Presentibus honorabilibus dnis Kiliano canonico, Andrea Bochnya, Paulo graciali.

906. Mathias et Iacobus cives de Sczyrzecz testes nomine

nobilis Stanislai advocati de ibidem inducti citati iuraverunt contra nobilem Annam Pustomythska in causa inter ipsas partes vertente in contumaciam partis ad hoc citate, mediante procuratore magistro Iacobo Sulislai protestante de dandis interrogatoris. Presentibus.

907. Nobilis Nicolaus Pustomythsky constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Sulislai in causa, quam sibi movet seu movere vult et intendit honorabilis Nicolaus in Hodowycza plebanus, dans *etc.*

908. Famosus Sthano Clopar consul Leopoliensis ad acta nostra personaliter constitutus honesto Ieronimo filio suo marcas quadraginta citra vel ultra super honesto alias provido Ivrgyasch cive Leopoliensi donavit, cessit cessione irrevocabili, de omni proprietate dictarum pecuniarum se abdicando et omni proprietati, que sibi competere possit, renunciavit in perpetuum et in evum. Presentibus honorabilibus et discretis Iohanne plebano de Visnyany, Andrea Bochnya et Iacobo Sulislai de Sandomiria et aliis pluribus circa premissa testibus.

CCL. Veneris XXIII mensis Novembris (23 listopada 1492).

909. Iohannis in Wyssnyany plebani in causa et nobilium Iohannis Bobowsky et Barbare coniugum de eadem Wyssnyany et heredum prorogatur terminus ad feriam secundam vel terciam inclusive ob spem concordie infra hinc ad [1] festum sancte Lucie, nulli parcium iuribus nocendo, hoc eciam expresso, quod si aliqua parcium pro illo termino non compareret et arbitros non locaret, extunc parti locanti arbitros succumbet in expensis per partem non locantem. Presentibus ibidem honorabilibus dnis Nicolao in Gologori plebano, Andrea Bochnya, Iacobo Sulislai procuratoribus, Allexio notario publico.

CCLI. Lune XXVI mensis Novembris, in crastino sancte Katherine virginis gloriose (26 listopada 1492).

910. Reverendus magister Michael Hanel et honesta Vrsula mater eiusdem de Leopoli in omnibus causis, quascumque haberent vel habituri essent cum quibuscunque personis tam
[420] spiritualibus | quam secularibus, coram quibuscunque iudicibus ordinariis vel delegatis, in causa testamentaria et signanter, quam

[1] Nad tym wyrazem dopisano: ante.

movere pretendunt olim famosi Bartholomei Hanel consulis Leopoliensis per ipsum ultima voluntate facti, circumspectum magistrum Iacobum Sulek de Sandomiria constituerunt et solenniter ordinaverunt, etiam prefatus Michael magister ad beneficia eclesiastica suscipienda per se, vaccancia divisim vel coniunctim, cum potestate substituendi constituit, dantes *etc.* Presentibus honorabilibus et discretis viris dnis Iacobo, Paulo Geruch, Michaele, Stanislao, Martino eclesie Leopoliensis viccariis, Allexio notario, testibus circa premissa.

911. Discretus Paulus eclesie Leopoliensis viccarius de mandato domini retulit se citasse magistrum Andream Bochnya procuratorem dne Margarethe pannitonsorie de Busko ad instanciam Felicis cantoris de Grodek et sui procuratoris ad videndum publicari dicta testium nomine dicti Felicis inductorum. Et dominus publicavit et copias partibus habere volentibus habere decrevit. In presencia dicti Andree petentis copias et terminum dicendi contra, et obtinuit ad quindenam. Presentibus.

912. Petrus et Blasius kmethones de Dawydow testes in causa dni Gotardi plebani de ibidem et contra Petrum ministrum quondam de eadem Dawydow inducti et citati, quibus parsum est de consensu partis iuramentum.

913. Stanislai advocati de Sczyrzecz magister Andreas procurator protestatus est de prima dilacione contra nobilem Annam Pustomythska non probantem intencionem suam, prout se obtulerat. Presentibus.

CCLII. Saturni prima mensis Decembris (1 grudnia 1492).

914. Nobilis Stanislaus Irzmanowsky protestatus est de diligencia termini contra dnum Iohannem Brzeszeczky iuxta dependenciam termini, petens se ab instancia absolvi, et dominus revisis certis impedimentis absolvit, si et in quantum terminus requirebat. Presentibus dno Iohanne Crowyczsky decano et Petro notario.

CCLIII. Lune tercia mensis Decembris, in vigilia sancte Barbare virginis (3 grudnia 1492).

915. Providus Hannus linifex in causa eidem per circumspectum Iohannem Waygank cathedralistam pro certo debito mota secundum delacionem in defectum probacionis partis agentis

prestitit iuramentum et absolutus ab impeticione ulteriori super eodem debito. Presentibus discretis Michaele viccario procuratore dicti Iohannis, Allexio notario, Paulo Geruch et Stanislao viccariis, Andrea Bochnya.

916. Iohannes Lakoczsky de Culykow petit marcas quatuor a provido Alberto de Culykow, quas dictus Lakoczsky dno priori pro sua parte dampni suscepti ex piscina parte ex utraque manu coniuncta apud ipsum dnum priorem empta exol-
[420v] vit, prout secum condictavit et forum contraxit | et piscinam de medio lucri piscabatur. Item marcam pecunie petit a dicto Alberto, quam ante demissionem piscine dno priori exolvit, petens ipsum ad solucionem cogi et compelli, et casu quo negatum fuerit, offert se probaturum, non astringens se ad onus superflue probacionis. In dicti Alberti presencia negantis se huiusmodi contractum facere, quod dampna ex piscina deberet suscipere, quia dictus Lakoczsky promisit et secum sic condictavit, quod tantum debemus dno priori de pecuniis dare, quantum de piscina suscipiemus, et huiusmodi collocucionem vult per testem probare et suo iuramento confirmare. Ex adverso Allexio dicti Iohannis Lankoczsky procuratore excipiente et a simili offerente se probaturum, quod dictus Albertus secum de medio dictam piscinam piscabatur. Et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus. Presentibus.

917. Gsus dnus Stanislaus Syennowsky constituit in suum procuratorem Allexium Fulkowsky in causa, quam sibi movet seu movere vult et intendit provido Martino civi Leopoliensi, dans *etc.* Presentibus dno Iohanne Parznyowsky canonico et Nicolao Arnasto consule. Et ibidem dictus Martinus ex adverso constituit in suum procuratorem honorabilem Michaelem viccarium contra dnum Stanislaum agendi, defendendi, ut in forma meliori et prout merita causarum exigunt.

CCLIV. Mercurii XIX mensis Decembris (19 grudnia 1492).

918. Felicis de Grodek cantoris cum Maruska de Busko in causa dominus in causa conclusit in contumaciam partis procuratoris magistri Bochnya Andree ad hoc citati per discretum Paulum relacione facta ad horam presentis diei. Et dominus obtulit se suam voluntatem post octavas Epifanie Domini pronunciaturum deliberatus. Presentibus venerabilibus dnis Io-

hanne Myskowsky preposito, Kiliano et Iohanne Parznyowsky canonicis Leopoliensibus, testibus circa premissa.

CCLV. Saturni XXII mensis Decembris, in crastino sancti Thome apostoli (22 grudnia 1492).

919. Gsus dnus Raphael *sandzycz* de Volkow proponit contra honorabilem Iohannem in Byelka plebanum, quod ipse sciens et nescitur quo motivo inductus nobili Agneti de Szabokruky olim filie nobilis Iohannis Czebrowsky dicti Wloch copulam nobili Wlodek de Byelka dedit et ipsam sibi in curia dne Slothnyczka in Hermanow copulavit in magnum preiudicium, iniuriam et gravamen dicti dni Raphaelis, sciens dictus dnus Iohannes plebanus perprius dnum Raphaelem cum dicta Agnete per honorabilem Iohannem in Bobrka plebanum solenniter matrimonium contraxisse libere et absque ulla coactione, quam iniuria copulacionem dicte Agnetis prefatus dnus Raphael ad tricentos florenos extimat et | pensat, mallens totidem ammit- [421]
tere, quam huiusmodi iniuriam pati et sustinere, prout ad presens patitur et sustinet, petens ipsum in eisdem puniri et condempnari et ad solvendum cogi et compelli iusticia mediante. In presencia dicti dni Iohannis plebani animo litem legitime contestantis et huiusmodi contractum matrimonii penitus inter ipsum dnum Raphaelem et Agnetem nescientis, sed tercia die dum ipse dnus Iohannes plebanus dotem plebanalem iret, dicta Agnes dnum plebanum advocavit et eidem dixit, si ego bene feci, quod prius copulam cum dno Raphaele in facie eclesie contraxi. Cui dnus plebanus respondit, male fecisti et illa non placuit michi nec ei mens mea potest adherere. Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Kiliano et Iohanne Parznyowsky canonicis, Iohanne Myskowsky preposito, Stanislao et Michaele viccariis.

1493.

CCLVI. Veneris quarta mensis Ianuarii (4 stycznia 1493).

920. Discretus Michael eclesie Leopoliensis viccarius de mandato domini retulit se citasse discretum Andream Smyothanka plebanum in Buczacz ad instanciam gsorum dnorum Michaelis et Stanislai de Buczacz ad horam presentis diei. Et

ibidem venerabilis dnus Iohannes Parznyowsky canonicus Leopoliensis procurator et nomine procuratorio prefatorum gsorum dominorum petit tapetam sive lodicem eclesiasticam in valore decem florenorum, quam de eclesia proprio motu excepit de tumba olim patris eorundem dni Dauid palatini, quam combursit et destruxit, hincinde per varia loca divaganda, petens valorem eiusdem exolvi. In presencia eiusdem animo litem legitime contestantis, negantis recepcionem et destructionem lodicis, et datur ipsis dominis ad probandum pro omnibus dilacionibus. Presentibus honorabilibus dnis Kiliano canonico, Stanislao viccario, Nicolao locato, testibus circa premissa.

CCLVII. Acta acticata coram venerabili viro dno Stanislao de Trzebochow canonico et officiali eclesie Leopoliensis gli anno Domini 149 tercio, indicione undecima, pontificatus sanctissimi in Cristo patris et domini nostri dni Alle-
[421v] *xandri pape sexti anno primo, | Veneris XI mensis Ianuarii* (11 stycznia 1493).

921. Honorabilis Mathias viccarius eclesie Leopoliensis retulit se citasse de mandato domini famosum Nicolaum alias Nikel apud Iurgiwonem manentem ad instanciam venerabilis dni Gregorii Barnabe canonici Leopoliensis ad presentem diem. Presentibus honorabilibus dnis Andrea Bochnia, Casper, Iohanne Quartus, Martino Romano viccariis.

CCLVIII. Mercurii XVI Ianuarii (16 stycznia 1493).

922. Gsus dnus Iohannes de Syenno heres de Gologori circa acta presencia constitutus constituit in procuratorem nomine gsi dni Andree genitoris sui succamerarii Sandomiriensis, cavendo de ratihabicione, honorabilem Nicolaum plebanum de Gologori cum potestate substituendi tociens quociens fuerit necessarium et opportunum, in causa et causis, quam et quas occasione ducentarum marcarum per olim reverendissimum in Christo patrem archiepiscopum Gneznensem et primatem testamentaliter legatarum gsis Iohanni et Barbare de Monastiryszka movet et movere intendit, dans *etc.* Presentibus ibidem venerabilibus et honorabilibus dnis Gregorio Barnabe, Nicolao de Vroblovicze canonicis eclesie Leopoliensis, Casper, Michaele viccariis, testibus circa premissa.

CCLIX. Iovis XVII mensis Ianuarii (17 stycznia 1493).

923. Honorabilis Paulus plebanus de Szelechow circa acta personaliter constitutus constituit in suum procuratorem Andream Bochnya in omnibus suis causis, quas est habiturus cum discreto Iordan procuratore, cum nobili Stanislao Leszczczsky et cum Laurencio clerico alias notario Dauidowsky, dans *etc.* Presentibus ibidem honorabilibus dnis Kiliano canonico, Nicolao de Golegori plebano, Michaele et Paulo Geruch viccaris.

924. Stanislaus Irzmanowsky nobilis constituit in suum procuratorem magistrum Andream Bochnya in causa et causis, quam et quas sibi movet seu movere vult et intendit honorabilis dnus Iohannes Brzeszeczsky de Conyusky, dans *etc.* Presentibus.

CCLX. Veneris XVIII Ianuarii, ipso die sancte Prisce (18 stycznia 1493).

925. Nicolaus Clos civis Leopoliensis apud acta personaliter constitutus honorabili ac religioso | fratri Iacobo guardiano [422]
ordinis sancti Francisci de Leopoli tres florenos hungaricales super honesta Barbara Schindlarowa relicta de Leopoli pure propter Deum tanquam certum debitum donavit, cessit cessione irrevocabili, de omni proprietate dicti debiti se expropriando et abdicando, que sibi competere possit, renunciavit perpetue et in evum, exigendum et pro suo usufructu beneplacito extorquendum. Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Kiliano, Iohanne Parznyowsky canonicis, Stanislao in Boscz, Paulo in Zelechow, Nicolao de Zolthancze plebanis, Iohanne mansionario, testibus circa premissa.

926. Honorabilis dnus Iohannes mansionarius sancte Katherine procurator et nomine procuratorio venerabilis dni Iohannis Crowyczsky decani Leopoliensis petit duos boves in valore duarum sexagenarum, quos nobilis Iacobus Wronka violenter veniens in villam prebende ipsius dni decani in Podhorky kmethonibus recepit, quam violenciam et recepcionem boum cum ministeriali et bonis hominibus obduxit et protestatus, offerens se probaturum. In presencia eiusdem Iacobi animo litem legitime contestantis negavit narrata, prout narrantur, et petentis se remitti ad forum terrestre, allegans hanc causam mere spec-

tare et pertinere ad ius terrestre, et datur actori ad probandum pro omnibus dilacionibus.

927. Circumspectus Andreas Bochnya procurator et nomine procuratorio honorabilis dni Pauli in Zelechow plebani gravi cum querela et lamentabiliter proponit contra et adversus ingeniosum Laurencium notarium de Busko, quomodo ipse anno preterito ipso die sancti Dionisii ipsum in domo propria plebanali maxillavit et in faciem percussit minus iuste, quam percussionem et maxillacionem ad centum florenos hungaricales extimat, petens ipsum in petitis puniri et condempnari et ad solvendum cogi. In presencia eiusdem petentis ad deliberandum ad quindenam, et obtinuit cum protestacione reconveniendi. Presentibus.

928. In causa honorabilis dni Iohannis plebani in Wyssnyany et nobilium Iohannis et Barbare coniugum de eadem Wyssnyany heredum de consensu parcium prorogatur terminus ad feriam secundam post festum Purificacionis Marie proxime venturam ob spem concordie, alias ob defectum concordie partes sequenti die idem faciendi coram domino comparebunt. Presentibus.

929. Nobilis Albertus Stranczek de Lachowcze protestatur de diligencia termini et sua fatiga iuxta dependenciam termini contra honorabilem Martinum altaristam de Colomya et comendarium in Snyathyn, quod pleris vicibus eo non citato sententciis excomunicacionum denunciari in diversis eclesiis procuravit et solus in eodem termino citatus non comparuit, ideo de ce-
[422r] tero | nisi prefatum Albertum personaliter citaverit et in eius presencia actionem, quam vult intentare, persistet, alias irrita omnia per suppressionem intentata, parte non vocata, anullabuntur.

930. Iozeff clericus in minoribus ordinibus constitutus de Zurathyn inherendo actioni mote olim nobili dno Iohanni Ostrowyeczsky vita functi querit et petit a nobilibus Andrea Ostrovyeczsky et Anna relicta tanquam legitimis successoribus et superstitibus imprimis quinquaginta duos florenos hungaricales, triginta marcas peccunie communis, viginti sexagenas latorum grossorum, de margaritis decem ulnas in valore centum florenorum, que premissa sunt per prefatum Iohannem Ostrowyeczsky recepta post mortem olim Charlanthy patris dicti actoris.

Item proponit contra eosdem reos dilapidacionem domus fuisse factam per dictum Iohannem Ostrovyeczski in omni suppellectili domus de Zorathyn, convertendo pro se oves, boves, frumenta, farinam et in Ostrow conducendo tribus septimanis. hominibus suis propriis de villis, quarum villarum duas emit pro pecunia dictum actorem concernente et suam sororem Annam, videlicet medium Kuthkorz et medium Beszbrudy, valorem extimando ad centum marcas. Item ibidem recepit viginti septem coclearia argentea valoris viginti marcarum, petens premissa per prefatos citatos tanquam successores legitimos in bonis ad solvendum compelli, valorem verum vel ipsas res restituendas. In presencia ex adverso citatorum Andree Ostrowyeczsky et Anne deliberancium ad quindenam, et obtinuerunt.

931. Nicolaus Golamb absolvitur ab instancia termini contra Stanislaum quondam ministrum eclesie in Dunayow dicto Nicolao instante, si et in quantum terminus requirit. Presentibus.

CCLXI. Mercurii XXIII mensis Ianuarii post festum sancte Agnetis virginis (23 stycznia 1493).

932. Stanislaus faber de Busko nomine procuratorio uxoris sue Katherine cum sufficienti mandato ad causam personaliter comparens petit ab honorabili dno Iohanne baccalario viccario de Busko anulum aureum in valore unius floreni, quem sibi sua uxor dudum invadiaverat, petens restitui. In presencia eiusdem petentis ad deliberandum ad quindenam, et obtinuit. Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Nicolao Wroblowsky Cracoviensi, Iohanne Parznyowsky Leopoliensi canonicis, Nicolao de Gologori, Andrea de Pyetlykowcze, Martino de Slothnyky plebanis, Michaele et Stanislao viccariis, Andrea Bochnya, Nicolao Harsch procuratoribus Leopoliensibus.

933. Iohannes baccalarius viccarius de Busko petit ab honesta Barbara consorte providi molendinatoris de ibidem anulum aureum | sibi pro sua necessitate et honestate mutuatum in [423]
valore unius floreni, petens restitui aut valorem exolvi. In presencia Michaelis viccarii fratris germani dicte Barbare, caventis de rathihabicione mandati, et petentis ad deliberandum, et obtinuit ad XV. Presentibus.

CCLXII. Veneris XXV mensis Ianuarii (25 stycznia 1493).

934. Honorabilis Stanislaus plebanus in Boscz petit a gsa dna Dorothea Swynczyna de Pomorzany mediam marcam pro servicio deservito, item quinque ulnas panni Tricensis in valore unius sexagene, item recepit apud eundem in mutuum tres ulnas panni cum media in valore medie marce cum tribus grossiculis, petens ad solucionem compelli. In presencia magistri Andree Bochnya procuratoris dicte domine, petentis ad quindenam ad racionem faciendam ob spem concordie fiende alias ad idem faciendum. Presentibus honorabilibus dnis Iohanne Parznyowsky canonico, Paulo comendario in Busko.

935. Iordanus discreti Pauli quondam procurator de Zelechow petit ab eodem Paulo decem florenos pro patrocinio cause, item equum in valore duarum sexagenarum, quem in suis propriis laboribus destruxit, pelliceas duas agnellinas per quatuor annos eidem serviendo in valore duarum marcarum, petens ad solucionem dictorum meritorum et salarii compelli, que si negata fuerint, offert se probaturum pro omnibus dilacionibus. In presencia Andree Bochnya procuratoris dicti Pauli petentis ad deliberandum ad quindenam, et obtinuit. Presentibus.

936. Stanislaus de Rohatyn gravi cum querela proponit, quomodo nobilis Stanislaus Davydowsky de Novosyelcze cum familia sua, nescitur quo spiritu ductus, per guttur arripiendo cum familia iugulabat et in eadem certacione florenum in collo in bursa cum septem grossis receperunt et mitram agnellinam similiter cum eadem de capite deposuerunt et ex eodem domo extrahendo occidere conabantur, vix manus eorum evasit, usque in ciniterium fugit, et ibidem comminati sunt sibi ad mortem, quam iniuriam extimat ad viginti florenos et peccuniarum suarum restitucionem petens. In presencia Iordani nuncii ad hoc missi et destinati, caventis de rathihabicione mandati, et petentis ad deliberandum ad quindenam, et obtinuit.

937. Honorabilis dnus Martinus de Grodek presbiter nomine proprio constituit in suum procuratorem dnum Michaelem baccalarium de Leopoli contra et adversus quaslibet personas
[423] et sexus utriusque homines in causa et causis, quam | et quas movet seu movere vult et intendit, et signanter contra providum Nicolaum Przextha civem Leopoliensem, ad extorquendum de-

bitum quinque marcarum etiam cum potestate substituendi, dans *etc.* Presentibus.

CCLXIII. Lune XXVIII mensis Ianuarii (28 stycznia 1493).

938. Wlgangus notarius kathedralis petit a nobili Iohanne Wyelkonoczsky ad hoc citato sex florenos certi debiti contracti inter eos foro certis mercibus, petens ad solucionem cogi et compelli. In presencia eiusdem animo litem legitime contestantis negavit narrata, prout narrantur, petens petita fieri non debere, et datur ad probandum vel deferendum pro omnibus dilacionibus. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Iohanne Parznyowsky canonico, Andrea Bochnya, Paulo et Casparo gracialibus.

CCLXIV. Veneris prima mensis Februarii, in vigilia Purificacionis Marie (1 lutego 1493).

939. Discretus Michael eclesie Leopoliensis viccarius de mandato domini retulit se citasse providum Nicolaum Abrek iuratum Leopoliensem, ad feriam secundam post festum Purificacionis Marie Virginis proximam ad instanciam conventus Corporis Christi de Leopoli terminum assignando. Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Kiliano, Iohanne Parznyowsky canonicis, Stanislao et Iacobo viccariis.

940. Laurencius notarius castrensis de Busko constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch in causa et causis, quam et quas movet seu movere vult et intendit discreto Paulo in Zelechow curato, dans *etc.* Presentibus.

941. Nobiles Andreas et Anna mater de Ostrowyecz personaliter constituti constituerunt et solenniter ordinaverunt suum verum et legitimum procuratorem magistrum Andream in causa et causis, quam et quas sibi movet seu movere vult et intendit ingeniosus Iozeff de Zurathyn, dantes *etc.*

942. Laurencius notarius de Busko ad proposicionem discreti Pauli de Zelechow animo litem legitime contestando negavit narrata, prout narrantur, petens petita fieri non debere, et datur actori ad probandum pro omnibus dilacionibus. Et ibidem partibus iuramentum calumpnie per dominum prestandum fore prefigitur. Presentibus.

943. Andree et Anne de Ostrowyecz Andreas procurator

terminum idem faciendi super responsione continuatur ad primam iuris contra Iozeff scolarem eclesiasticis sub censuris.

944. Ego Petrus de Ossyek presencium actorum notarius ex officio mei tabellionatus referro me citasse nobilem Albertum Borowsky notarium castrensem ad instanciam venerabilis dni Nicolai Wroblowsky etc., eidem terminum ad feriam secundam post festum Purificacionis Marie assignando. |

[424] *CCLXV. Lune quarta mensis Februarii post festum Purificacionis Marie* (4 lutego 1493).

945. Conventus Corporis Cristi fratrum Predicatorum nomine et prioris eorundem patris Michaelis procurator Nicolaus Harsch petit marcas quinque a provido Nicolao Abrek de Leopoli tanquam successore legitimo in bona sui patris vita functi testamentaliter legatas eclesie eorum, petens ad solvendum compelli et offerens se probaturum. In presencia dicti rei petentis ad quindenam ad deliberandum, et obtinuit. Presentibus honorabilibus dnis Iohanne Parznyowsky canonico, Iacobo viccario, Iohanne mansionario, Wlganko notario.

946. Honorabilis Martinus Romanus eclesie Leopoliensis viccarius retulit se citasse famosos Nicolaum Domslar et Andream sartorem testes ad perhibendum testimonium veritatis in causa vertente [*inter*] Wlgangum notarium kathedralem ex una et Iohannem Wyelkoneczsky partibus ex altera, necnon eundem Iohannem ad videndum huiusmodi testes iurari ad horam presentis diei, qui ibidem iuraverunt de veritate dicenda. In presencia partis ad hoc citate, protestantis de dandis interrogatoriis.

947. Iozeff Zurathynsky in causa iuxta dependenciam termini per procuratorem Andream Bochnya Andree et Anne ex adverso produxit responsiones in scripto animo litem legitime contestando.

948. In causa honorabilis dni Iohannis plebani in Wyssnyany gsus dnus Iohannes Bobowsky cum dna Katherina consorte sua de Wyssnyany iuxta dependenciam termini protestatus est de diligencia pro concordia facienda et expensis pro talibus iniuriis sibi illatis et de presenti concordia non attentata factis. Presentibus venerabilibus dnis Nicolao Wroblowsky Cracoviensi, Kiliano, Iohanne Parznyowsky Leopoliensibus canonicis.

CCLXVI. Veneris octava mensis Februarii post festum sancte Dorothee virginis proxima (8 lutego 1493).

949. Venerabilis dnus Iohannes Parznyowsky procurator et nomine procuratorio discreti Nicolai notarii dni Haliciensis proponit contra honorabilem dnum Andream de Buczacz, quomodo retroactis diebus suis scriptis superfluis confecit sibi servicium apud dnam Iaslowyeczska ad valorem quinquaginta florenorum se extendens taliter, quod nichil de dicto servicio recuperavit, petens eundem in dictis quinquaginta florenis puniri et condempnari. Item etiam proponit, quia ipsum diffamavit verbis inhonestis, appellando falsarium, latronem, spurium, quam infamiam extimat ad alios quinquaginta florenos, petens in eisdem reum puniri. In presencia dicti rei, cui terminus prorogatur ad feriam secundam post dominicam Letare ob spem concordie alias ad idem faciendum, si partes non composuerint. Et ibidem dictus Andreas plebanus constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Sulislai in eadem causa, quam sibi movet dictus Nicolaus, | movet et movere intendit, dans *etc.* Et [424v]
ibidem dictus procuratur protestatus est de reconveniendo. Presentibus honorabilibus dnis magistro Georgio altarista, Mathia et Michaele viccariis, Nicolao Harsch, Andrea Bochnya procuratoribus.

950. Czudna Hanuchna in causa sedis apostolice comissaria procurator magister Andreas Bochnya dne Dorothee Swynczyna, prout terminus requirit, verbo et generaliter duplicavit, petens interloqui. In presencia ex adverso Nicolai Harsch procuratoris actricis, etiam verbo triplicantis et petentis suis productis inherendo interloqui, et dominus obtulit se interlocuturum, quando paratus erit deliberatus. Presentibus.

951. Iozeff Zurathynsky in causa per procuratorem suum Nicolaum Harsch, prout terminus requirit, habentem pro responso petivit super confessatis pronunciari et non admissis ad probandum admitti. Et datur ad probandum hincinde pro omnibus dilacionibus.

952. Paulus de Zelechow plebanus iuxta dependenciam termini per discretum Paulum procuratorem discreti Iordani notarii ob non responsionem peticionis dudum in actis nostris

facte accusatus, per dominum pronunciatur processuum opportunorum cum decreto. Presentibus.

953. Michael eclesie Leopoliensis viccarius retulit se citasse providum Iohannem Byaly civem de Leopoli ad videndum satisfieri ad instanciam nobilis Barbare Zubrska ad horam presentis diei, quibus prorogatur terminis idem faciendi ad primam diem iuris.

CCLXVII. Mercurii tredecima Februarii (13 lutego 1493) *nichil actum est. Minucie semper valent.*

CCLXVIII. Veneris XV mensis Februarii, in crastino sancti Valentini (15 lutego 1493).

954. Paulus plebanus de Zelechow per procuratorem suum magistrum Andream Bochnya animo litem legitime contestandi ad libellum Laurencii notarii de Busko negavit narrata, prout narrantur, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus. Presentibus honorabilibus dnis Kiliano canonico, magistro Iacobo Sulek procuratore, Michale et Stanislao viccariis.

955. Stanislai advocati de Sczyrzecz cum Anna consorte nobilis Iohannis Offczusky, citatis hincinde parcium procuratoribus per honorabilem Mathiam Bar presbiterum gracialem relacione facta, dominus publicavit dicta testium nomine dicti advocati inductorum et copias eorundem habere volentibus decrevit. In presencia magistri Iacobi Sulek procuratoris dicte dne Anne, petentis copiam et terminum dicendi contra dicta eorum, et obtinuit ad unum mensem propter discrimina viarum et inundacionem aquarum incumbentia. Presentibus.

956. Discretus Paulus Geruch viccarius Leopoliensis retulit se citasse magistrum Andream Bochnya procuratorem dne
[425]Dorothee Swynczyna | de Pomorzany ad horam presentis diei ad instanciam honeste Anne alias Czudna Hanuchna de Leopoli. Et ibidem Czudna Hanna per procuratorem suum Nicolaum Harsch legitimum petit a gsa dna Dorothea Szvynczyna de Pomorzany, que renunciavit iuri suo terrestri, octuaginta florenos debiti coram certis personis recogniti, petens ad solvendum compelli. Item proponit, quod durante huiusmodi debito dicta Dorothea Szwynczyna propria voluntate in Trebowla tempore nundinarum citra festum sancti Iacobi anno preterito ex nullis causis

manus in actricem iniecit et illam maxillavit ad sanguinis effusionem, quam percussionem et iniuriam extimat procurator ad centum florenos, petens eandem Dorotheam condempnari et in eisdem puniri. In presencia magistri Andree Bochnya procuratoris dicte Dorothee ad hoc citati, protestantis de reconveniendo et deliberantis ad quindenam, et obtinuit. Presentibus.

CCLXIX. Audiencia Lune XXV Februarii, in crastino dominice Invocavit (25 lutego 1493).

957. Honorabilis Mathias mansionarius ad sanctam Katherinam retulit se citasse honorabilem et religiosum fratrem Petrum Predicatorem de conventu Belzensi tanquam testem assertum, cuius copia postmodum reperiri et inveniri cum difficultate possit, in causa vertente pro equo cum honesto Georgio Frederici de Leopoli, ad horam presentis diei terminum assignando, ad perhibendum testimonium veritatis. Qui testis ibidem iuravit de veritate dicenda in contumaciam partis, quam testis ibidem deposuit, quomodo annis retroactis cum equus dicto Georgio reo claudicabat, extunc in mutuum recepit equum in valore trium florenorum vel ultra apud conventum Belzensem et eius pro tempore priorem, pro equo dictus reus pluries monebatur, ut eum solveret vel restitueret, qui se tunc offerebat coram probis personis soluturum, quibus constat, dno Stano et dno Lyndnar et dno priori Leopoliensi. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Iohanne Parznyowsky, Kiliano canonicis, Stanislao, Iacobo et Paulo Geruch viccariis Leopoliensibus.

958. Barbara consors Augustini aurifabri de Leopoli petit ab ingenioso Nicolao Kyeblar scolare decim octo grossos peccuniarum debiti olim Agnetis matris sue liquidi contracti, pro quo pluries ammonitus et requisitus in agone matris ipsius offerebat se soluturum, dictam matrem suam intercedendo, petens ad solucionem cogi et compelli. In presencia dicti Nicolai ad hoc citati per honorabilem Mathiam viccarium relacione facta, allegantis se post mortem matris sue nichil recepisse.

959. Honorabilis dnus Iohannes plebanus in Wyssnyany et altarista Leopoliensis apud acta personaliter comparens publice recognovit, quia honorabilem Iohannem in comendarium et viccarium suum a data presencium per decursum unius anni, alias usque ad tempus quadragesime, constituit et convenit,

curam animarum et administracionem spiritualium et temporalium in eadem capella sua sibi committendo, cui quidem Io-
[425v] hanni | dictus dnus plebanus in Wyssnyany pro huiusmodi servicio marcas duas solvere et datur(!) obligatur. Item decimam manipularem grani utriusque post predium et araturas nobilis Nicolai Clus de Croszno, necnon omnes alias decimas manipulares post kmethones agros colentes, ad parochiam Wyssnyany spectantes in iure ruthenico situatos, exigendas et extorquendas pro suo comodo dedit et commisit et mensales et singulos questus de eclesia provenientes dicto suo Iohanni viccario et comendario dnus Iohannes plebanus condescendit, exceptis spoliis, que pro se reservavit. Et columbacionem pro festo Nativitatis Domini fieri solitam predicto suo comendario percipere indulsit. De quibus quidem proventibus dictus comendarius cum sua familia contentus fieri debet nec aliquas expensas dnus plebanus eidem ministrare tenebitur, duntaxat sepefatus comendarius ministrum eclesie de suis proventibus servare et fovere debebit et eclesiam et parochianos more pastorali cum cura diligenter providere obligatur, dnus vero plebanus equum ad equitandum ad infirmos cum sacratissimo Corpore Christi dare obligatur. Presentibus.

960. In causa Iozeff de Zurathyn actoris nobili Anne relicte olim Ostrowyeczsky allegante excepcionem sue dotis, per quam non tenetur ad solucionem debitorum sui mariti, petens se circa ius sue dotis reservari, et dominus attenta causa favorabili, que in talibus solet ius viduis prestari, eam ab impeticione absolvit et in filium eius successorem actionem dirigi pro debitis mandavit. Presentibus nobilibus dnis Derslao Vylczek, Iohanne Dawydowsky et Iohanne Szokolnyczsky, testibus circa premissa.

CCLXX. Veneris prima Marcii post dominicam Reminiscere (1 marca 1493).

961. Iohannes minister eclesie in Iavorow mediante procuratore suo proponit contra Annam Zachowa de ibidem, quomodo maligno instinctu ducta in dictum actorem nullis eius ex meritis manus temere violentas iniecit anno presenti certa mensis Februarii et ipsum virga per eam habita in manibus, demum baculo, percussit et plagavit in caput et per totum corpus ad

lividorum vulnerum ostensionem, quam iniuriam procurator extimat ad triginta marcas, petens eandem ream occasione dicte percussionis in eisdem condempnari et ad solvendum compelli, offerens se probaturum pro omnibus dilacionibus. In presencia dicte ree negantis narrata, prout narrantur, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus. Et ibidem actor obligatur iuri parere et iudicatum solvi. Et ibidem dicta Anna mulier reconveniendo proponit, quod Iohannes minister in Iavorow veniendo in domum met tercius cum aliis scolaribus ad medium noctis bibendo, multas insolencias exercebat, quem mulier volens evadere dixit, ut discederet in pace de domo, qui ascendit, et super caput eiusdem mulieris est depositus, quem mulier accepta virga satis leviter percussit, ex qua percussione Iohannes arrepto baculo percussit usque baculus est confractus et manibus ambabus per crines iterum mulierem capillavit et traxit per fornacem tergo deiecit, quam | infamiam et percussionem extimat ad cen- [426]
tum florenos, offerens se probaturam. In presencia principalis ex adverso, qui deliberatus in quindena respondebit. Presentibus honorabilibus Stanislao, Paulo et Iacobo viccariis.

962. Dorothee Swynczyna in causa cum Czudna Hanuchna, prout terminus requirit, magister Andreas Bochnya verbo generaliter excipiendo dixit, quod quominus mulieres inter se percusse sunt invicem, petens pro percussione huiusmodi causam remitti ad forum secularem terrestrem, quantum autem ad proposicionem florenorum octuaginta animo litem legitime contestandi nomine dicte principalis Dorothee Swynczyna idem procurator Andreas negavit narrata, prout narrantur. In presencia magistri Nicolai Harsch ex adverso protestantis super confessatis et petentis pronunciari et per dominum cognosci et interloqui super ipsa percussione. Qui ibidem replicavit allegando esse negocium emergens et dependens ex re principali, dicto debito octuaginta florenorum, super quo litis contestacio est habita et expressa, quia dicta Anna, si dictum debitum non recuperasset, nunquam fuisset per dictam ream percussa nec illi sibi fuisset iniuria illata. Et ibidem discretus Simon presbiter gracialis de mandato domini retulit se citasse Nicolaum Harsch procuratorem Czudna Hanna ad videndum reconveniri ad horam presentis diei ad instanciam dne Dorothee Swynczyna et sui procuratoris, qui prima die iuris obtulit se reconventurum.

CCLXXI. Lune quarta mensis Marcii post dominicam Reminiscere (4 marca 1493).

963. Pauli plebani de Zelechow testes inducti contra Laurencium notarium de Busko citati iuraverunt, providi Mathias ministerialis terrestris, Mathias minister eclesie de Zolthaucze et Paulus civis de Busko, iuraverunt de veritate dicenda. In presencia Nicolai Harsch procuratoris dicti Laurencii ad hoc citati, protestantis de interrogatoriis dandis. Presentibus honorabilibus dnis Michaele, Iacobo et Stanislao viccariis et dno Iohanne Parznyowsky canonico Leopoliensi.

964. Dorothea Swynczyna per procuratorem suum Andream Bochnya reconveniendo et proponendo petit ab honesta Czudna Hanuchna subam axamenthi nigri coloris sabellis subductam in valore octuaginta marcarum, invadiatam per Iohannem Thluxa civem de Dunayow, quam sibi dicta Swynczyna dedit ad invadiandum in quinque marcis retroactis annis octo citra vel ultra in opido Dunayow, petens ad solvendum compelli aut valorem exolvi et protestantis super meliori informacione principalis. In presencia magistri Nicolai Harsch procuratoris ex adverso deliberantis ad quindenam. Presentibus.

CCLXXII. Veneris octava mensis Marcii post dominicam Reminiscere (8 marca 1493).

965. Laurencii notarii castrensis Busko testes inducti contra honorabilem Paulum plebanum in Zelechow citati, nobiles
[426v] dni Stanislaus Dawydowsky de | Nowosyelcze, Andreas Sulyma et Andreas Byeleczsky, iuraverunt de veritate dicenda. In presencia ex adverso procuratoris magistri Andree Bochnya ad hoc citati, protestantis de dandis interrogatoriis. Et ibidem Laurencius obligatur iudicio sisti et iudicatum pati non renunciando remediis iuris. Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Iohanne Parznyowsky, Kiliano canonico, Michaele et Iacobo viccariis, Andrea Stanowycz cive, Michaele signatore scole, Iohanne de Oppauia clericis, Paulo cantore.

CCLXXIII. Lune XI mensis Marcii post dominicam Oculi in crastino (11 marca 1493).

966. Discretus Michael eclesie Leopoliensis viccarius de mandato domini retulit se citasse magistrum Andream Bochnya

tanquam procuratorem honorabilis Petri Volsky plebani de Chodorowstaw ad instanciam gsi dni Guntheri de Syenyawa iudicis terrestris Leopoliensis ad videndum statuere evictorem nobilem Cleopham de Mlodowycze in actis obligacionis contentum, quem ibidem statuit, citatum personaliter constitutum. In presencia magistri Andree Bochnya ad horam presentis diei citati, qui ibidem negavit obligacionem pro se factam, et ibidem dictus procurator Andreas remisit ad principalem suum citandum. Et dominus decrevit, quod iuris est citandum fore dictum Petrum ad videndum se absolvi et obligacionem cassari opportunarum literarum cum decreto. In presencia dicti Cleophe confitentis se nunquam pro dno iudice Gunthero aliquam caucionem fideiussoriam fideiusisse aut fecisse sive cavisse. Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Iohanne Parznyowsky, Kiliano canonicis, Stanislao et Michaele viccariis, Stanislao de Vhrinow notario castrensi.

CCLXXIV. Mercurii XIII mensis Marcii (13 marca 1493).

967. Gsus dnus dnus(!) Paulus de Olesko circa acta personaliter constitutus in omnibus suis causis, quas habiturus in iure spirituali cum quibuscumque personis, constituit in suum procuratorem discretum Nicolaum Stharzechowsky cum potestate substituendi, dans *etc.* Presentibus venerabilibus dnis Kiliano, Barnaba canonicis, necnon nobilibus Petro Dersznyak de Rokithnicza et Stanislao Czyele de Banunyn, testibus ad premissa.

968. Slaczka constituit procuratorem dnum Andream contra Iohannem Waygank etc.

969. Iozeph Zorathinsky in causa contra nobilem Andream Ostrovyeczky testes inducti citati, nobiles Protasius de Ostrow et Wolczko, Paulus Strelecz, Iacobus Berlinsky, Stanislaus molendinator de Busko, iuraverunt de veritate dicenda, presente ex adverso procuratore Iohanne(!) Bochnya protestante de | excipiendo et dandis interrogatoriis. Presentibus venerabilibus dnis Gregorio Barnabe canonico et Nicolao de Gologori plebano, testibus circa premissa. [427]

970. Gsis dnis Iohanni et Barbare coniugum(!) de Monasteriszka ad instanciam gsorum Andree de Szyenno et filiorum eius prorogatur terminus ob spem concordie in causa testamen-

taria infra hinc pro die dominico ante Philipi et Iacobi apostolorum in Gologori, alias si partes non composuerint, ad idem faciendum prima die iuridica feria secunda post Invencionis Sancte [*Crucis*] comparebunt [1], iuri et termino in aliquo non nocendo.

CCLXXV. Iovis XIIII mensis Marcii (14 marca 1493).

971. Discretus Iacobus viccarius retulit se citasse Andream Bochnya procuratorem gse dne Dorothee Swinczina de mandato domini ad horam presentis diei ad videndum iurari testes nomine inducentis Czudna Hanna inductos, videlicet magnificum Michaelem de Buczacz castellanum Halicziensem et Stanislaum Pasz institorem de Leopoli, inductos contra gsam dnam Dorotheam Swinczina, qui ibidem iuraverunt de dicenda veritate in contumaciam partis et procuratoris assensu ad hoc accedente citati. Presentibus.

CCLXXVI. Veneris XV mensis Marcii post dominicam Oculi (15 marca 1493).

972. Andreas Bochnya procurator et nomine procuratorio Nicolai Choczymyrsky et ipsius filii Iohannis necnon Francisci Curopathwa, Andree Mylovansky, nobilium, invasus per partem ex adverso renunciavit et cessit oneri ex eo respectu, asserens se non fuisse salariatum, et dominus contra principales decrevit citacionem ad videndum contra ipsos graviores decerni processus et in pristinas reintrudi. Presentibus honorabilibus dnis Iohanne Parznyowsky canonico, Nicolao Brodawka graciali, Mathia mansionario, Simone graciali.

973. Simon presbiter gracialis de mandato domini retulit se citasse magistrum Andream Bochnya procuratorem Andree Ostrowyeczsky ad horam presentis diei ad instanciam magistri Nicolai Harsch procuratoris Iozeff ad videndum publicari dicta testium nomine ipsius inductorum. Et dominus publicavit et copias parti adverse dandas decrevit, contra quos et eorum dicta in quindena excipietur. Presentibus.

[1] W rkp. comporarebunt.

CCLXXVII. Lune XVIII mensis Marcii, feria secunda post dominicam Letare (18 marca 1493).

974. Anne Iohannis Perka filie in causa dictus pater petit a Iohanne Kay et aliis litis consortibus decem marcas nomine sue puelle dicte Anne occasione servicii eorum patri exhibiti per annos decem citra vel ultra tanquam a successoribus in bonis derelictis post ipsorum patrem, petens ad | solvendum [427v] compelli. In presencia dicti Iohannis Kay caventis pro germano suo Paulo et non aliis consortibus, deliberantis ad primam iuris post Conductum Pasce. Presentibus ibidem venerabilibus et discretis dnis Kiliano, Gregorio Barnabe, canonicis, Iacobo Sulislai procuratore, Andrea Bochnya.

975. Petrus kmetho de Czaszycze petit mediam sexagenam a discreto Floriano in Stareszyolo plebano, quam sibi dedit pro empcione acervi siliginis, quem apud ipsum pro quatuor marcis cum media forisaverat pro rata vendicionis, qui dnus Florianus in dicto acervo promisit pro puris granis et pro pura siligine et non est ita, prout promisit, quia mixta cum *metelicza*. Et in presencia eiusdem Floriani allegantis, quod et triticum et siliginem et ordeum simul omnia emit et iam triticum dictus Petrus recepit, petens restitucionem eciam tritici et ordei, quibus restitutis ofert dare, quod sibi in principio rate media sexagena data est super triticum et siliginem simul, quod intendit probare per quindenam omnia ista fuisse fore empta sub eadem rata empcionis in principio eidem data.

976. Nobilis Elizabeth de Nyeszluchow constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch in causa, quam sibi movere vult et intendit nobilis Iacobus de Nyesluchow maritus suus et econverso, dans *etc.* Presentibus.

CCLXXVIII. Veneris XXIII[1] *mensis Marcii* (22 marca 1493).

977. Laurencii notarii castri Buscensis in causa cum dno plebano de Zelechow testes inducti citati, nobiles Nicolaus Grzybowsky, Clemens, Iacobus Borsczowsky, Stanislaus Duscha, Stephanus de Camyonka, iuraverunt de dicenda veritate, in pre-

[1] Powinno być: XXII.

sencia magistri Andree Bochnya repetentis verbo interrogatoria perprius producta. Presentibus honorabilibus et nobilibus dnis magistro Georgio, Michaele viccario, Iohanne Bobowsky.

978. Nobilis Elizabeth Nyesluchowska petendo divorcium in parte a marito suo nobili Iacobo de ibidem proponit contra eundem, quomodo a tempore matrimonialis contractus et copule consumate in facie eclesie nunquam secum habuit affectum coniugalis debiti, sed cunctis diebus machinabatur in mortem et corporis cruciatum, quam actricem insidiis persequebatur et percuciebat, nisi mediante fuga se eliberasset, propter quam causam petit ab eo seperari. Item ex alia causa, quia est sibi invite tradita, cum matrimonia debeant esse libera et non coacta. Item tercio ex ea causa, quia ab ea discedit et alias feminas attemptat cum eis adulterans, petens ab eo seperari et casu quo negatum fuerit, petit se ad probandum admitti. In presen-
[428] cia | dicti nobilis Iacobi petentis terminum deliberandi ad primam diem iuris post Conductum Pasce, et obtinuit. Presentibus.

CCLXXIX. Mercurii XXVII mensis Marcii post dominicam Iudica (27 marca 1493).

979. Famosus dnus Stano Clopar nomine suo petit marcas decem pecunie communis, quas olim Iohannes Nosz tenebatur pro conventura testitudinis in domo sua, qui olim Iohannes decedens certas peccunias aliis creditoribus tenebatur, et signanter eidem dno Stano marcas decem pro arenda testitudinis, cuius voluntatem frater eius germanus adimplere volens certam peccuniam pro solucione dictorum debitorum apud gsum dnum Aynolphum zupparium Drohobicensem dimisit, qui dnus Aynolphus aliis familiaribus et creditoribus persolvit et dno Stano dictas decem marcas solvere recusat de residua peccunia apud ipsum occupata, propter quam causam petit compelli eundem ad solvendum dictum debitum decem marcarum et si negatum fuerit, offert se probaturum intencionem suam infra dilaciones a iure admissibiles. In presencia Nicolai Harsch procuratoris ad hoc constituti, petentis ad deliberandum ad dicendum contra excepcionibus fori declinatoriis ad primam iuris post Conductum Pasce. Presentibus honorabilibus dnis Iohanne Myskowsky preposito, Petro in Rokythnycza plebano diocesis Premisliensis,

Kiliano canonico, Iacobo Sulislai de Sandomiria, Georgio Frederici.

980. Georgius Frederici de Leopoli constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Sulislai in causa et causis, quam movet seu movere vult et intendit nobili Martino Swyrsky, dans *etc.* Et ibidem dictus Iacobus nomine procuratorio petivit dictum dnum Swyrsky in pristinas excomunicacionum sentencias reintrudi et reimponi iuxta dependenciam termini ad hoc citati. In presencia ex adverso procuratoris dni Iohannis Parznyowsky ad hoc constituti, allegando dictum Georgium ab aliquot annis fuisse sentenciis excomunicacionum ligatum et propter hoc solus existens excomunicatus alium excomunicare non potest. Cui datur ad probandum ad primam iuris decreto domini mediante. Presentibus.

981. Venerabilis dnus Andreas de Chodecz capitaneatus Haliciensis canonicus Premisliensis et in Halycz plebanus constituit in suum procuratorem ingeniosum Petrum de Ossyek notarium consistorii cum potestate substituendi unum vel plures procuratorem vel procuratores, dans *etc.*, in causa et causis, quam et quas movet seu movere vult et intendit nobili dno Stanislao Davydowsky de Novosyelcze occasione marcarum quinque et equi valoris decem marcarum pro eclesia Haliciensi per olim nobilem | Annam Spycznykowa testamentaliter datas et [428v] legatas, necnon equum pro eclesia sancti Stanislai extra Halycz similiter super eo demonstratum. Presentibus.

982. Venerabilis dnus Andreas de Chotecz canonicus Premisliensis et plebanus Haliciensis omnibus melioribus modo, via, iure, stilo, causa et forma, quibus potuit, fecit et constituit in suum verum et legitimum procuratorem magistrum Georgium altaristam fraternitatis in eclesia Leopoliensi se ad investigendum et instituendum ad prebendam sancti Stanislai sive canonicatum in eclesia Leopoliensi per liberam cessionem et resignacionem venerabilis dni Iohannis Crovyczsky decani Leopoliensis vaccantem, dans et concedens dicto suo procuratori plenam, liberam et omnimodam potestatem, licenciam atque facultatem vigore literarum institucionis et investiture se intronisandi, vocem in capitulo et stallum in eclesia cum plenitudine iuris canonici suscipiendi et exequendi, iuramentum licitum quodcumque de statutis et consuetudinibus eclesie servandis

in animam constituentis prestandi, prout alias in forma meliori faciendi. Presentibus ibidem honorabilibus et discretis Blasio presbitero graciali, Simone de Drohobycz Carnkowsky scolare et Luca illuminatore librorum, testibus circa premissa.

983. Honorabilis dnus Sigismundus in Camyonka plebanus constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch in causa et causis, quam et quas movet seu movere vult et intendit honorabili Nicolao Myechowyczky in Olesko plebano, dans *etc.* Presentibus.

CCLXXX. Lune quindecima mensis Aprilis (15 kwietnia 1493).

984. Arnolphus zupparius iuxta dependenciam termini in causa cum famoso Stano Clopar per procuratorem suum Nicolaum Harsch declinando forum excepit, quod cum regulariter actor forum rei sequi debeat, per notata capituli cum sit generale [1] et c. ex tenore de f. compet. [2], petens se penes dicta instituta canonica conservari et dominum exonerari ex causa et partes ad forum secularem remitti, cognito per dominum et interloquatur, et protestatur ut est moris. In presencia ex adverso dni Stano replicantis, quod hoc debitum, de quo questio, est defuncti hominis, super quod debitum et alia debita frater germanus Mathias olim Iohannis Nosz defuncti certas peccunias pro solvendis debitis ipsius defuncti discedens versus Mazouiam ad propria dno Arnolpho zupparío remansit, ut solverentur mortui debita. In presencia Nicolai Harsch triplicantis et protestantis, quod dominus gerit officium defensionis, et petente per dominum cognosci et interloqui. Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Kiliano, Iohanne Parznyowsky canonicis, Andrea Bochnya, Iacobo preposito ad sanctum Stanislaum presbiteris gracialibus, Iohanne de Sambor notario publico. Et ibidem
[429] discretus Iacobus presbiter gracialis de mandato domini retulit se citasse magistrum Nicolaum Harsz procuratorem dni zupparii ad instanciam dni Stano ad videndum interloqui, ad primam iuris terminum assignando.

985. Mathias guardianus de Halycz ordinis sancti Fran-

[1] Tj. c. 8 X. de foro competenti II 2.
[2] Tj. c. 11 X de foro comp. II 2.

cisci et famosus Petrus Crosthka vitricus eclesie claustralis de ibidem per procuratorem suum ad hoc constitutum petivit marcas sedecim a nobili dna Anna relicta olim Iurscha de Nowosyelcze, petens nomine eclesie sive monasterii in Halycz de peccuniis eclesiasticis olim socero suo mutuatas, petens ipsam dnam Annam tanquam successorem in bona defuncti tanquam post manum mortuam ad solvendum cogi et compelli. In presencia eiusdem Anne allegantis tantum de debito fuisse septem marcas et marcas tres per suum maritum defunctum dno guardiano fuisse et esse persolutas. Et dominus super recognitis peccuniis septem marcarum solucionis terminum prefate domine prefixit, marcas tres pro festo sancti Martini proxime instanti et quatuor marcas item post decursum unius anni pro alio festo sancti Martini immediate tunc se sequenti sub excomunicacionum penis dni officialis pro tempore existentis solvendas fore obligatur, de reliquo debito novem marcarum, per dictam dnam Annam negatarum, actor probabit pro omnibus dilacionibus decreto domini mediante. Presentibus.

986. Sigismundi plebani in Camyonka cum honorabili Nicolao Myechowyczsky plebano in Olesko procurator Nicolaus Harsch petit marcas quinque cum fertone nomine dicti principalis Sigismundi et sue eclesie a prefato dno Nicolao in eius presencia, qui animo litem legitime contestandi fassus est marcas quatuor minus uno fertone, quarum solucio infra hinc ad unum annum pro festo Nativitatis Christi totum sub censuris eclesiasticis in ipsum ipso facto ferendis, et de residuo datur ad probandum pro omnibus dilacionibus, et super repentinis processuum duorum dominus suspendit taxam in vim probacionis per executores. Presentibus.

987. Katherine Pyrczanka, prout terminus requirit, Iohannes Cay nomine suo et fratris sui Pauli animo litem legitime contestandi ad proposicionem dicte principalis negaverunt narrata, prout narrantur, in contumaciam partis, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus. Presentibus.

988. Iacobus de Nyesluchow per Nicolaum Harsch procuratorem nobilis Elizabeth de ibidem consortem suam accusatus, ob non responsionem peticionis sue in actis contente per dominum pronunciatur processuum opportunorum cum decreto. Presentibus. |

[429v] **989.** Laurencii notarii de Busko testes inducti adversus dnum Paulum plebanum de Zelechow, per dominum publicantur eorum dicta. In presencia magistri Andree Bochnya procuratoris ex adverso ad hoc citati per Iacobum presbiterum sancti Stanislai hospitalis extra muros relacione facta, cui terminus dicendi contra eorum dicta ad quindenam per dominum prefigitur. Presentibus.

CCLXXXI. Mercurii XVII mensis Aprilis (17 kwietnia 1493).

990. Stanislai advocati de Sczyrzecz Andreas Bochnya procurator ad excepciones pro parte nobilis Anne Pustomythska datas et productas generaliter verbo replicavit, petens huiusmodi excepciones repelli et in causa concludi et sentenciam diffinitivam ferri in contumaciam partis procuratoris ex adverso magistri Iacobi Sulislai ad hoc citati per discretum Mathiam viccarium relacione facta. Presentibus venerabilibus Iohanne Myskowsky preposito, Iohanne Parznyowsky et Barnaba canonicis.

CCLXXXII. Veneris XIX mensis Aprilis post Conductum Pasce (19 kwietnia 1493).

991. Nobilis Iacobus de Nyesluchow constituit in suum procuratorem magistrum Andream Bochnya in causa et causis, quam et quas movet seu movere vult et intendit nobilibus Elizabeth uxori sue et Iohanni de Nyesluchow patri ipsius, dans *etc.* Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Iohanne Myskowsky preposito, Kiliano, Iohanne Parznyowsky canonicis, Iohanne in Wyssnyany, Paulo in Zelechow, Stanislao in Boscz plebanis, necnon Nicolao in Gologori plebano et aliis quampluribus circa premissa testibus fidedignis.

992. Nicolaus Calynka vitricus eclesie in Byelka petit bovem quatuor annorum in valore unius marce et iuvencam in valore decem octo grossorum a discreto Gregorio quondam in ibidem comendario, que consumsit et ad usus suos convertit. Item pallam consecratam, quam ab eclesia alienavit, restitui petit et ad solucionem compelli. In presencia eiusdem Gregorii animo litem contestantis, quod thaurus et iuvenca fuerunt vituli non in tanto valore et extimacione, que idem Nicolaus pensat,

pellam (!) pro se receptam omnino negavit, et actor probabit valorem thauri extendentis se ad unam marcam et extimacionem iuvencam decem octo grossorum se extendentem pro omnibus dilacionibus. Presentibus.

993. Elizabeth mulier de Culykow apud acta iudicialiter recognovit, quia ei providus Gregorius de ibidem opidanus pro tribus marcis solvit et satisfecit, pro quibus trahebatur occasione pueri cum ipsa ex adulterio procreato. Pro quibus marcis tribus silencium perpetuum habere debet et de quibus ipsum quittavit et liberum dimisit. Presentibus. |

994. Andreas Bochnya procurator et nomine procuratorio [430] honorabilis Iohannis plebani in Wyssnyany petit a discreto Gregorio quondam in Wyssnyany columbacionem de eadem parochia sine scitu et voluntate ipsius plebani receptam valoris quatuor marcarum minori extimacione. Item gravi in querela proponit, quod ipsum dnum Iohannem plebanum infamavit in diversis locis et temporibus, asserens ipsum furem cum sua familia, asserens, quod pessimus latro et fur repercussa camera omnia ibidem contenta pro se recepit et usurpavit, ut butirum, caseos, camisias, manutergia et quinque marcas parate peccunie, quam infamiam et dehonestacionem extimavit et extimat ad quinquaginta florenos hungaricales, petens ipsum compelli ad revocandam huiusmodi infamiam et protestatur de addicione peticionis. In presencia eiusdem Gregorii, petentis terminum ob spem concordie, et obtinuit ad quindenam, et protestantis de reconveniendo.

995. Pauli plebani in Zelechow testes contra et adversus Laurencium notarium Buscensis castri inducti, per dominum publicantur eorum dicta et deposiciones. In presencia magistri Nicolai Harsch procuratoris dicti Laurencii ad hoc citati per honorabilem dnum Iacobum viccarium relacione facta, cui terminus dicendi contra eorum deposiciones per dominum prefigitur ad quindenam. Presentibus.

996. Gsus dnus Iohannes Bobowsky solus per se et nomine dne Barbare consortis sue ad hoc mandatum habente constituit in suum procuratorem discretum Iordanum in causa et causis, quam et quas ipsis coniugibus movet seu movere vult et intendit honorabilis Iohannes in Wyssnyany plebanus, dantes *etc.* Presentibus.

997. Honorabilis dnus Iohannes mansionarius castri inferioris Leopoliensis constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch in causa et causis, quam et quas movet seu movere vult et intendit honorabili dno Iohanni preposito et mansionario eclesie eiusdem, dans *etc.* Presentibus.

CCLXXXIII. Lune XXII mensis Aprilis (22 kwietnia 1493).

998. Stanislai advocati de Sczyrzecz cum Anna consorte Offczusky in causa dominus in contumaciam partis procuratoris magistri Iacobi Sulislai dicte Anne ad hoc citati in causa conclusit, offerens se suam intencionem pronunciaturum loco et tempore se offerentibus, recollectus et deliberatus. Presentibus venerabilibus dnis Iohanne Parznyowsky et Kiliano canonicis, Nicolao Harsch.

999. Discretus Gregorius quondam in Wyssnyany viccarius reconveniendo petit ab honorabili dno Iohanne plebano in Wyssnyany marcas tres pro servicio annuali convento. Item pro expensis, quas sibi debuit dare in serviendo per decursum unius
[430v] anni, videlicet prandium et cenam, | in valore trium marcarum. Item proponit contra eundem dnum plebanum, quod ipsum anno transacto tempore messis diffamavit et dehonestavit, videlicet appellando et asserendo ipsum miserum latronem, adulatorem et deceptorem suum, audientibus et presentibus fidedignis hominibus, audita talia infamia sacerdotis flentibus, quam infamiam extimat ad centum florenos, offerens se omnia probaturum, casu quo negatum fuerit. In presencia magistri Andree Bochnya procuratoris ex adverso deliberantis ad quindenam, qui et obtinuit. Presentibus.

CCLXXXIV. Mercurii XXIIII mensis Aprilis, in crastino sancti Georgii et Adalberti (24 kwietnia 1493).

1000. Discretus Iacobus ecclesie Leopoliensis viccarius de mandato domini retulit se citasse honorabilem dnum Arnastum baccalarium de Leopoli ad instanciam honeste dne Dorothee Abrkowa, ad horam presentis diei terminum assignando. Et ibidem dicta dna Dorothea constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch in causa, quam sibi movere intendit dicto Arnasto baccalario fratri suo, dans *etc.* Et ibidem dna

Dorothea Abrkowa per procuratorem suum Nicolaum Harsch revalidando arestum emissum et obtentum super peccunias tr-i ginta marcarum contra honestum Franciscum Iurgyasch in vim assecucionis sue dotis, petit ab honorabili Arnasto baccalario fratre germano actricis dicto Arnasto dictas triginta marcas sue dotis reformatas sibi per honestas et probas personas, presertim magnificum Raphaelem de Iaroslaw marsalcum Polonie, in villis Lasky et Sroki, cuius ville Sroky dictus reus Arnast ex divisione inita cum fratre Nicolao consule Leopoliensi habetur et est legitimus posessor et quam in possessionem recepit, super qua villa dicta actrix medietatem de totali dote sexaginta marcarum in dicto dno reo fratre suo repetit, petens ad solvendum compelli et ipsum in dicta summa triginta marcarum condempnari. In presencia dicti Arnasti deliberantis ad octavam, et obtinuit. Presentibus venerabilibus dnis Kiliano et Iohanne Parznyowsky canonicis et Iohanne Cochanek mansionario, testibus circa premissa.

1001. Honorabilis Gregorius quondam viccarius in Wyssnyany constituit in suum procuratorem honorabilem Iohannem Cochanek mansionarium in causa, quam movet et movere intendit honorabili dno Iohanni in Wyssnyany plebano et in aliis omnibus et singulis causis quarumcunque personarum, dans *etc.* Presentibus.

CCLXXXV. Veneris XXVI mensis Aprilis (26 kwietnia 1493).

1002. Laboriosi Thomas et Mathias kmethones de Belka in bove et vacca eclesie et valore ipsorum inducti et decima manipulari iuraverunt et testificati sunt, quod bos quatuor annorum eclesie fuit et iuvenca trium annorum, bos in valore unius marce et iuvenca pro quindecim grossis | minoris extimacionis [431] valuerunt, que dnus Gregorius existens comendarius pro se usurpavit et comedit, et decimam idem Nicolaus Kalinka victricus eclesie, prout moris est, dedit non depastam, sed quam Deus in terra germinavit, persolvit prefato dno Gregorio ex integro. Presentibus honorabilibus dnis Leonardo plebano de Koczeyow, Stanislao Czawdik viccario Leopoliensi, Iozeph Charlanti de Zurathin, testibus circa premissa.

CCLXXXVI. Lune penultima mensis Aprilis (29 kwietnia 1493).

1003. Sigismundi plebani in Camyonka testes inducti et sue eclesie adversus dnum Nicolaum Myechowyczsky plebanum in Olesky inducti citati iuraverunt in presencia magistri Andree Bochnya procuratoris dicti dni Nicolai Myechowyczsky, protestantis de dandis interrogatoriis et de excipiendo, videlicet Stanislaus Clichtha et Iacobus vitricus. Et ibidem actor produxit obligacionem et regestrum eclesie proprie manus dicti rei, convincendo eum in dicto certo debito petito et petente cognosci, quam ibidem dicti testes recognoverunt, quam ibidem et notarius consistorialis recognovit. Presentibus honorabilibus Stanislao viccario, Michaele Mebroth plebano de Zimnawoda et Kiliano canonico.

1004. Albertus Borowsky liberando se a sentenciis, quibus ad instanciam nobilis Nicolai Raskowsky nulliter fuit innodatus, petens sibi beneficium impendi, proponit tanquam actor beneficio reconvencionis contra prefatum reum, quod ipsum non premissis aliquibus literis monitoriis aut citacionibus nec inventum contumacem quovismodo in sentencias excomunicacionum involvi et publice in facie eclesie excomunicari, denunciari, infamari procuravit, in iniuriam non modicam et gravamen, quam iniuriam extimat ad centum florenos, mallens tantum perdere, quam ita diffamatus fieri, petens adversarium in dicta summa puniri et ad solvendum compelli. In presencia magistri Andree Bochnya procuratoris ex adverso ad hoc constituti, petentis ad deliberandum ad quindenam, et obtinuit. Et ibidem dictus Borowsky constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch contra dictum Raskowsky, prout merita causarum exigunt. Presentibus.

CCLXXXVII. Lune sexta mensis Maii, ipso die sancti Iohannis ad portam Latinam (6 maja 1493).

1005. Nobiles Andreas Myedwyeczsky et Iohannes Claska [1] familiares dni Olesky apud acta personaliter constituti constituerunt in suum procuratorem magistrum Andream Boch-

[1] W zap. 1007 nazywa się: Gaska (=Gąska).

nya in causa et causis, quam et quas movent seu movere volunt et intendunt honorabili Sigismundo in Camyonka plebano, dantes *etc.* Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Iohanne Myskowsky preposito, Iohanne Parznyowsky canonico, Nicolao de Gologori plebano.

1006. Andreas Bochnya procuratorio nomine nobilis Andree Myedwyeczsky proponendo petit ab honorabili Sigismundo plebano in Camyonka marcas tres minus sex grossis, quas promisit solvere sibi coram probis hominibus pro Hundvych defuncto, petens | ad solucionem compelli. In presencia eiusdem [431v] Sigismundi plebani animo litem contestantis, negantis narrata, prout narrantur, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus. Presentibus.

1007. Iohannes Gaska [1] familiaris dni Olesky petit marcas octo peccunie communis ab honorabili Sigismundo plebano in Olesko [2], quas sibi ad fideles manus cum advocato de Camyonka et aliis rebus et equis dederat ad servandum, petens ad solucionem cogi et compelli. In presencia eiusdem Sigismundi allegantis, quod tantum sex marcas minus tribus grossis latis habuit a dicto dno Iohanne, quas conservavit et discedens ad propria easdem sex marcas secum recepit, que sibi cum suis rebus sunt per fures et predones ablate, et plura alia aliena aliis personis ad portandum data sunt sibi recepta. Ex adverso dicto Iohanne replicante, quod non tantum sibi dictas peccunias ad servandum commiserat, et advocato in Olesko, et propter hoc dictus Sigismundus plebanus non debuit se periculis exponere cum aliena peccunia, sed alteri, videlicet advocato, debuit manere iuxta commissa, petens de dampno solvendo ipsum compelli et offerente se probaturum testibus suam intencionem pro omnibus dilacionibus, petens per dominum cognosci et interloqui. Presentibus.

1008. Andreas Bochnya procuratorio nomine nobilis Iacobi de Nyesluchow reconveniendo petit a nobili Iohanne Waczek de Nyesluchow ducentas marcas racione dotalicii, quas sibi in medietate ville Nyesluchow per tres annos tenendum assignavit et deputavit post filiam suam nobilem Elizabeth dicto

[1] Wyżej w zap. 1005 nazywa się: Claska.

[2] Wyraz ten umieszczony nad mylnie przekreślonym: Camyonka.

Iacobo desponsatam, et post tres annos propter ingressum religionis, cui se devoverat, totam villam occasione huiusmodi dotalicii cum omni iure, proprietate et toto dominio resignare et condescendere debuit ex contractu coram certis personis inito, petens ad solvendum compelli, offerens se probaturum pro omnibus dilacionibus, casu quo negatum fuerit. In presencia eiusdem citati et eius procuratoris, deliberancium ad quindenam, et obtinuit.

1009. Iacobus Nyesluchowsky per procuratorem suum respondendo ad proposicionem nobilis Elizabeth respondendo et animo litem legitime contestando, ex eo non debet seperari, quia ex ipso dicta Elizabeth quadruplicem prolem procreavit et septem annis secum matrimonialiter commansit. Quantum ad seviciam et etiam adulterium respondendo, negat narrata, prout narrantur, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus. Presentibus.

1010. Arnast baccalarius per suum procuratorem magistrum Andream Bochnya ad hoc constitutum ad proposicionem Dorothee Abrkowa sororis sue excipiendo allegabat non com-
[432] petere sibi forum eclesiasticum ex eo | propter bona iacencia in iure terrestri ville Sroki. Ex adverso Nicolao Harsch replicante ibidem ipsam causam fuisse fori spiritualis ex eo, quia cum iudices eclesiastici iudicant causas matrimoniales, merito debent cognoscere de dote tanquam negocio emergenti, et etiam racione condicionis et status, quia ipse est persona qualificata, quia baccalarius gaudens emunitate eclesiastica, et obligatus existens dotem solvere de dictis bonis Sroki dictas triginta marcas a decem annis et quas etiam soror in iure terrestri repetere non valet propter prescripcionem triennalem, que perimit dotem non repetitam, quare tanquam actio civilis debet hic tractari, petens per dominum cognosci et interloqui. Et dominus prima iuris interloquetur, partibus petentibus ad hoc citatis per discretum Michaelem viccarium relacione facta. Presentibus.

1011. Stanislaus familiaris dni Bobowsky proponendo contra dnum Iohannem plebanum in Wyssnyany petit sexagenam communis peccunie pro quatuor alveariis apum et pro melle unius mensure, que sibi eius pater vendiderat in spem solucionis, in quod debitum dictus actor successit post mortem et

obitum patris sui iure successionis et propinquitatis, petens ad solvendum compelli et offerens se probaturum. In presencia ex adverso Nicolai Harsch caventis de rato et deliberantis ad quindenam. Presentibus.

1012. Gregorii quondam in Wyssnyany viccarii ad proposicionem magister Andreas Bochnya procurator dni Iohannis plebani animo litem legitime contestandi respondendo negavit narrata, prout narrantur, hoc adiuncto per dictum procuratorem plebani, quod solus Gregorius sibi solucionem resartivit et implevit collumbacionem dicti plebani, quam levavit a suis parochianis, extendentem se ad quatuor marcas per ipsum Gregorium receptas. Et datur ad probandum partibus hincinde pro omnibus dilacionibus.

1013. Magister Iohannes de maiori Glogovia proponit gravi in querela, quomodo dnus Michael licenciatus coram certis et fidedignis hominibus ipsum verbis infamavit appellando eum non de legitimo thoro esse procreatum, sed cuiusdam Gregorii doctoris servitoris dni episcopi Wratislauiensis fuisse filium et ex eo procreatum. Item proponit, quod idem magister licenciatus nominavit eum proditorem et hominem non bone fame, quam infamiam et deturpacionem minori extimacione ad mille florenos ponderat et extimat, petens ipsum in eisdem puniri et condempnari ad solvendumque cogi et compelli. In presencia eiusdem magistri Michaelis, qui deliberatus in quindena respondebit.

1014. Honorabilis dnus Sigismundus de Camyonka plebanus inherendo priori constitucioni constituit in suum procuratorem Nicolaum Harsch in causa et causis, | quas sibi movent [432v]
nobiles Andreas Nyedzczwyczsky et Iohannes Gaska, dans *etc.*

CCLXXXVIII. Veneris decima mensis Maii post festum sancti Stanislai (10 maja 1493).

1015. Providus Mathias de Sczyrzecz petens divorcium haberi cum Heduigi sua uxore de eadem Sczyrzecz, quia puerum prime uxoris sue de fonte baptismatis levavit et per hoc secum affinitatem spiritualis cognacionis contraxit, petens ex causa huiusmodi a matrimonio seperari iuxta canonica instituta, offerens se huiusmodi compaternitatem impedientem matrimonium probaturum. In presencia eiusdem Heduigis animo litem

legitime contestantis, negantis narrata, prout narrantur, et petens petita fieri non debere, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus. Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Iohanne Myskowsky preposito, Kiliano canonico, Stanislao in Rodathycze plebano, Paulo Geruch viccario, Michaele signatore scole Leopoliensis, testibus circa premissa.

1016. Iozeph Zurathynsky et Andree Ostrowyeczsky nobilium in causa instantibus procuratoribus ad hoc citatis per Paulum Geruch viccarium relacione facta pro termino presentis diei et hore ad videndum in huiusmodi causa concludi, et dominus conclusit de parcium consensu procuratorum, offerens se iusticiam ministrari, loco et tempore se offerentibus, recollectus. Presentibus.

1017. Iohannes Pywko proponendo petit ab Anna muliere tunicam in valore unius fertonis brunatici coloris vel camisiam tanti valoris extimatam iuxta forum inter partes initum, quam maritus suus ab ea recipiens laniavit, petens ad solvendum cogi et compelli. In presencia eiusdem animo litem legitime contestantis, negantis narrata, prout narrantur, et datur ree ad prestandum iuramentum ad primam diem iuris. Presentibus.

CCLXXXIX. Lune XIII mensis Maii (13 maja 1493).

1018. Arnasto baccalario datur terminus et per dominum prefigitur ad primam iuris ad dandum causas racionabiles contra dnam Dorotheam Abrkowa, cur et quare non tenetur de dictis triginta marcis, pro quibus lis inter partes vertitur, respondere.

CCXC. Veneris XVII mensis Maii (17 maja 1493).

1019. Honestus Paulus procurator et nomine procuratorio Stanislai clerici de Rohatyn petit ab ingenioso Nicolao ministro eclesie in Zudaczow racione conventi precii marcas duas, ad quod fuit ad spacium unius anni conventus, a quo servicio absque quavis causa legitima ipsum repulit, qui conventus, servivit tantum septimanas tres et totidem dies, et quia cautum est, quod dominus servum conventum a servicio sine causa repellens, totum servicium ex integro sibi persolvere tenetur. Item unum florenum petit a processione circa funus consortis olim dni

Sczaszny, ad quod erat conventus de medietate servicii, et idem florenus ad ipsius partem debuit | cedi, petens ad solucionem [433] cogi et compelli. In presencia eiusdem Nicolai ad hoc citati confitentis convencionem servicii, sed quia idem Stanislaus fuit invalidus propter vocem, quam habet funestam vel distrahentem a devocione. Presentibus venerabili et honorabilibus dnis Kiliano canonico, Michaele Mebroth plebano in Zimnawoda, Stanislao, Casparo viccariis et Nicolao locato presbitero.

1020. Nobilis Elizabeth Nyesluchowska inherendo recognicioni proprie facte in iure terrestri Leopoliensi ad instanciam nobilis Iohannis Waczek de Nyesluchow patris sui super satisfactione sui dotalicii, quam ibi recognovit fuisse totaliter persoluta et exdotata, personaliter comparens, non compulsa non coacta nec aliquo errore ut asseruit devio seducta, libere et per expressum prefata Elizabeth recognovit, quod dictus pater Iohannes eandem de bonis et villis Zelechow et Nyesluchow paternalibus et maternalibus exdotaliciavit sufficienter et sibi satisfecit, adversus quam exdotalicionem renunciavit de cetero omni proprietati et utilitati peramplius nichil exigere et recuperare perpetuis temporibus sibi imponendo. Presentibus.

1021. Laurencii notarii de Busko et Pauli plebani de Zelechow in causa convencionis et reconvencionis hincinde parcium citatis procuratoribus hincinde per discretum Stanislaum viccarium relacione facta petente alter eorum concludi, Nicolao Harsch, prout terminus requirit, dominus in contumaciam partis conclusit, offerens se partibus iusticiam ministraturum recollectus.

1022. Katherinam de Sczklo quondam advocatam nunc in Iavorow manentem ad instanciam nobilis Iacobi Dobrostansky ab instancia termini absolvit, cum condempnacione expensarum absolvit. Presentibus.

CCXCI. Lune XX mensis Maii (20 maja 1493).

1023. Iohannis plebani in Wyssnyany, prout terminus requirit procurator Nicolaus Harsch replicavit in scriptis nomine eiusdem et reproduxit monicionem ad excepciones nobilium Iohannis Bobowsky et Barbare sue uxoris, in contumaciam partis petens cognosci et per dominum interloqui. Presentibus

ibidem honorabilibus Kiliano canonico, Paulo Geruch et Michaele viccariis et Iohanne Nyesluchowsky.

1024. Iohannes Nyesluchowsky personaliter comparens ad proposicionem Iacobi Nyesluchowsky sui generi declinando forum excepit, quod nunquam dictum actorem convenit, petens propterea eiusdem reconvencionem perimi, ex quo inter seculares personas iudicium domini se non extendit, petens se dictus excipiens tanquam terrigena ad forum remitti terrestrem secularem cum suo ex adverso actore Iacobo, ex quo regulariter actor forum rei sequi debeat per canonica instituta, et hoc in contumaciam partis, petens per dominum cognosci et interloqui super excepcione in iure subsistente. Presentibus. |

[433v] **1025.** Sigismundi plebani in Camyonka procurator Nicolaus Harsch protestatus est de prima dilacione contra ex adverso Andream Myedzwyeczsky non probantem suam intencionem. Presentibus.

1026. Sigismundi plebani de Camyonka procurator Nicolaus Harsch protestatus est de prima dilacione contra Iohannem Gaska ex adverso principalem non probantem suam intencionem.

1027. Marthinow iurispatronatus capelle in causa parcium honorabilium virorum dni Michaelis viccarii Leopoliensis et Martini de Thurobyn actu presbiteri ad eandem presentati reverendus pater dnus viccarius magister Thomas agnita parcium hincinde disceptacione, dicti Michaelis ex una petentis se reservari penes beneficium, quem dominus reservavit, ex adverso dicto Martino producente presentacionem sui patroni et petente se institui de eadem, tum propter postimiorem datam, que successit ex resignacione et cessione beneficii per ipsum Michaelem in personam ipsius Martini allegantis, quam dominus probandam fieri decrevit pro omnibus dilacionibus comenda[*ti*]ciarum literarum cum decreto. Presentibus.

1028. Iohannes plebanus de Wyssnyany ad proposicionem Stanislai servitoris dni Bobowsky respondendo negavit narrata, prout narrantur, hoc adiecto de melle, quod eius valor vix fuit extensus ad fertonem vel citra, petens propterea puniri actorem plus repetentem per titulum de plus peticionibus, et datur parti ad probandum pro omnibus dilacionibus.

CCXCII. Veneris XXIIII mensis Maii (24 maja 1493), *presentibus ibidem venerabilis dni Iohannis Miszkowsky prepositi Leopoliensis, Stanislao viccario, Iohannes mansionario*[1] *castri minoris, Nicolao locato graciali et aliis pluribus circa premissa.*

1029. Nobili dno Raphaeli Czemyerzinsky prorogatur terminus ad feriam secundam post festum sancte Trinitatis super concordia et satisfaccione expensarum fratribus ipsius exhibitarum cum dno Leonardo plebano de Podhaycze.

1030. Gregorius actu presbiter protestatus est de prima dilacione contra ex adverso dnum plebanum in Wyssnyany non probantem suam intencionem.

1031. Nobilis Martinus Swyerszky constituit in suum procuratorem Nicolaum Harsch in causa, quam movere vult et intendit nobili Georgio Fredrici, interponendi et insinuandi appellacionem, apostolos petendi et recipiendi et alia que appellanti incumbunt, dans *etc.* Presentibus.

CCXCIII. Die Mercurii antepenultima mensis Maii (29 maja 1493).

1032. Discretus Paulus Geruch vicarius Leopoliensis de mandato domini retulit se citasse discretum magistrum Andream Bochnya procuratorem nobilis Nicolai Raczkowsky ad instanciam nobilis Alberti Borowsky notarii terrestris ad horam | presentis [434]
diei ad respondendum proposicioni dudum proposite. Presentibus venerabili et famoso Gregorio Barnabe canonico et Stanislao Lynnar consule et aliis.

1033. Borowski-Raczkowsky. In causa super eorum disceptacionibus dominus sibi Alberto infra hinc ad unum mensem decrevit solvere unum equum in valore novem florenorum, quos ipse Albertus Borowsky apud acta reponere debet ecclesiasticis sub censuris in ipsum Albertum ferendis ad instanciam dicti Nicolai Raczkowsky, de residuo autem equo dominus admisit probacionem sibi Alberto pro omnibus dilacionibus super invalidacione et insanitate et infirmitate equi, quantum autem ad actionem iniurie super iniusta excomunicacione ipsius Alberti

[1] W rkp. manansionario.

Borowsky, super qua processus ex adverso domino sunt ostensi et exhibiti per procuratorem magistrum Andream Bochnya ex adverso, quos dominus in arresto reposuit et procuratori servare mandavit, et super iniuria dicto Borowsky silencium imposuit, qui mediante verbo appellavit.

1034. Arnasti baccalarii cum Dorothea Abrkowa terminus duplicantis prorogatur ad feriam secundam. Presentibus.

CCXCIV. Die Veneris ultima mensis Maii (31 maja 1493), *presentibus venerabili et discretis Kyliano canonico, Stanislao et Casparo sacristiano viccariis et aliis.*

1035. Gsa dna Barbara de Manastyrska una cum consorte suo dno Iohanne florenos quatuor occasione expensarum pro festo sancti Iohannis Baptiste proxime instanti sub excomunicacionis pena solvere obligatur, pro quo per discretum Simonem de Drohobycz gracialem est monita, ut si et in quantum dictos florenos non solveret, extunc prima die iuris comparebunt ad videndum se excomunicacionum sentencias incidisse declarari. Presentibus Anthonio cive Leopoliensi et Iohanne Nyeswoyowsky.

CCXCV. Die Lune III mensis Iunii (3 czerwca 1493).

1036. Reverendi patris dni Mathie episcopi Chelmensis discretus Nicolaus Harsch procurator, prout asseruit, in termino dependenti ex minuta citacionis produxit mandatum ad causam de manu Iacobi Nicolai de Panyochowycze clerici Ploczensis diocesis imperiali auctoritate notarii publici tanquam citatus contra gsum dnum Iohannem Rzeszowsky partem ex adverso citantem, petens absolvi ab instancia termini cum expensis insecutis, de quibus protestabatur, et causam ad iudicis prioris examen remitti, in qua causa produxit processum interdicti in contumaciam partis. Et dominus decrevit conservacionem iuris et terminorum in forma fieri solita et consueta. Presentibus discretis et nobilibus Andrea plebano de Pyeclykowcze, Iohanne Offczuczski et Iozeph Zurathynsky. |

[434v] **1037.** Nobilis Anna Offczuczska personaliter comparens constituit suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch in forma solita meliori cum potestate substituendi contra nobilem Stanislaum advocatum de Sczyrzecz, dans *etc.* Presentibus.

1038. Nobilis Anna Offczuczska proponendo contra nobi-

lem Stanislaum advocatum de Sczyrzecz, a quo petit quindecim florenos ungaricales pro equo *pyegy*, quem equum emit apud maritum suum vita functo(!) Czarnyyan, petens ad solvendum compelli. In presencia eiusdem negantis narrata, prout narrantur, et dat[*ur*] ad probandum pro omnibus dilacionibus, et ibidem partes prestiterunt iuramentum de calumnia. Presentibus.

1039. In presencia discreti Pauli de Busko ad peticionem Iacobi scolaris animo litem contestantem, quem mandavit de eclesia in dictis exire propter distractionem divinorum et disolucionem ipsius scolaris, que sibi contumaciter inferebat, et percucionem dominica Palmarum, quam idem circa ciniterium fecit, et rebellionem, quod sibi sepius rebellavit, de eclesia licenciavit et ministro scole ipsum servare inhibuit. Presentibus.

1040. Discretus Paulus comendarius de Busko proponit contra Iacobum scolarem, quomodo dum processum interdicti debuit pro decimis episcopalibus exequi et est executus, iste scolaris in contentum mandatorum coram probis hominibus: iste Paulus Colath diffamat bonos homines in bulla sive cathedra et confundit homines, prout sic consuevit et didicit, et pre ista confusione percussus est in caput suum alea, quam infamiam et iniuriam ad tricentos florenos extimat et revocat. Presentibus.

1041. Rector scole in Busko iuravit, quem discretus Andreas plebanus de Pyeklykowcze ad id faciendum in audiencia publice citavit, ingeniosum Martinum, tanquam testem in causa Iacobi scolaris inductus. In presencia discreti Pauli comendarii de Busko iuravit et dominus examen testis mihi notario comisit.

1042. Ingeniosus Iacobus prevignus providi Petri Stryczek de Leopoli proponit contra Bernardum vectorem, quomodo eidem cistam cum rebus de Cracovia in Leopolim ducere dedit, ex qua cista florenus ungaricalis et decim octo grossi polonicales sunt deperditi, petens ad solvendum cogi eundem et compelli. Presentibus.

1043. Honorabilis dnus Leonardus plebanus de Podhaycze recognovit[1] plenariam et integram satisfactionem iuxta cessionem sibi factam nobilibus Raphaele et Andrea fratribus ger-

[1] W rkp.: quod.

manis de Czemyerzincze, de quo iam ulterius vexari per quempiam non debent. Presentibus. |

[435] *CCXCVI. Die Mercurii V mensis Iunii* (5 czerwca 1493).

1044. Nicolaus Dytrych iuravit in presencia partis adverse magistri Andree Bochnya. Presentibus honorabilibus et discretis Andrea Iaroczsky canonico Camenecensi, Mathia viccario, Stanislao viccario et aliis.

1045. In causa discreti Gregorii cum honorabili dno Iohanne de Vysznyany protestatur de secunda dilacione per plebanum nichil facientem nec testes in causa producentem [1]. Presentibus.

1046. In causa honorabilis dni Iohannis plebani de Vysznyani protestatur de secunda dilacione per Gregorium nichil facientem nec testes in causa producentem. Presentibus.

CCXCVII. Die Veneris VII mensis Iunii (7 czerwca 1493).

1047. Iohannis plebani de Vysznyany procurator et nomine procuratorio, prout testatus est contra nobiles Iohannem Bobowsky et Barbaram coniuges non duplicantes, in quorum contumaciam petivit concludi et alias interloqui. Et dominus obtulit se interlocuturum deliberatus. Presentibus venerabili et discretis Kyliano canonico, Stanislao, Paulo Geruch viccariis.

CCXCVIII. Lune X mensis Iunii (10 czerwca 1493).

1048. Discretus Iacobus retulit se citasse de mandato domini ad instanciam nobilis Nyedzyweczsky et Iohannis Ganska discretum Nicolaum Harsch procuratorem Sigismundi plebani in Camyonka ad horam presentis diei ad videndum publicari dicta testium, quas attestaciones dominus publicavit et partibus copias habere volentibus decrevit et terminum dicendi contra prefixit ad quindenam peremptorie. Presentibus discretis Nicolao plebano de Zoltancze, Stanislao de Nyezankowicze plebano.

1049. Elizabeth Nyesluchowska in causa testes citati inducti iuraverunt, nobiles et honeste Andreas de Banvnyn, Mathias Derlung, Kula, Iohannes kmetho, Iacobus, Iohannes Panasz,

[1] W rkp.: producente.

Nicolaus Myszecz, Martinus kmetho de Nyesluchow, Hedvigis, Katherina, Barbara, femine de ibidem. In presencia partis magistri Andree Bochnya protestantis de dandis interrogatoriis.

CCXCIX. Die Mercurii XII mensis Iunii (12 czerwca 1493).

1050. Martini de Grodek presbiteri Michael Mebroth baccalarius nomine procuratorio petit a nobili Stanislao Czaykowsky marcas tres cum fertone, quas sibi de piscina Borzeczsky demissa obligatus est coram certis testibus solvere ad solvendum deputatas, offerens se probaturum, casu quo negatum fuerit, petens ad solucionem cogi et compelli. In presencia eiusdem, qui deliberatus in quindena respondebit. Presentibus venerabili [435v] et discretis Kyliano canonico, Stanislao, Iacobo et Paulo Geruch viccariis.

CCC. Veneris XIIII Iunii post octavas Corporis Christi (14 czerwca 1493).

1051. Margaretha de Cosczeyow mulier occasione servicii continuati in predio Czesky fratrum Minorum sancti Francisci petit a religioso fratre Iacobo guardiano septem ulnas panni Wratislaviensis, per sex grossos ulnam quamlibet taxando, tria velamina alias *serpany*, octo ulnas tele, petens ad solucionem compelli. In presencia eiusdem Iacobi reconvenientis eandem actricem, per discretum Martinum viccarium relacione facta citatam, qui ibidem reconvenit eandem, quia in ipso servicio serviens sua inadvertencia disperdidit sibi vaccam valoris trium fertonum et vitulum unius fertonis, quos lupi rapuerunt, et ollam buteri cum aliis lacticiniis valoris decem grossorum moderacione previa venditam. In presencia eiusdem mulieris, que fassa est peccorum devoracionem per lupos, quos protegere et lupos repellere non potuit. Et ipse dominus guardianus de residuo obtulit se probaturum, qui ibidem respondendo ad proposicionem actricis quantum ad pannum non negavit, ibidem confitendo telam quatuor ulnarum pro duobus latis et duo velamina valore quinque grossorum. Et ibidem dominus complanando lites inter partes decrevit solucionem in quindena sub censuris eclesiasticis tres fertones cum sex grossis in toto in peticione petitis dicte femine impendendam. Presentibus venerabilibus

dnis Iohanne Myszkowsky preposito, Kyliano, Barnaba canonicis, testibus ad premissa.

1052. Nobilis Iacobus Hermanowsky et Mathias quondam in Vysnyany nunc in Brzosdowcze manens, testes nomine discreti Gregorii quondam in Vysnyany viccarii contra honorabilem dnum Iohannem plebanum in ibidem inducti, citati iuraverunt in presencia Nicolai Harsch procuratoris ex adverso protestantis de excipiendo.

1053. Katherina Coczarowska per procuratorem suum Nicolaum Harsch protestata est de prima dilacione contra Nicolaum Goldacz non probantem suam intencionem concordiam allegatam. Presentibus.

CCCI. Die Lune XVII mensis Iunii (17 czerwca 1493).

1054. Discretus Stanislaus vicarius retulit se citasse discretum Gregorium vicarium in Vysnyany ad instanciam nobilis Fyenne consortis Nicolai Clus, terminum sibi ad horam presentis diei assignando. Presentibus honorabilibus et discretis Iohanne plebano de Vysnyany, Stanislao et Iacobo viccariis. |

[436] **1055.** Nobilis Fyenna de Crosno constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch in causa, quam discreto Gregorio olim in Vysnyany viccario movet et movere intendit, dans *etc.*

1056. Discretus Georgius comendarius[1] de Nyezankowicze constituit in suum procuratorem magistrum Paulum Geruch in causa, quam movere intendit nobili Baltizar de Lowczicze, dans *etc.* Presentibus.

1057. Elizabeth mulier de Rodathycze actrix in causa cum Mathia Lyszek de ibidem petit ab eo marcas septem apud eum in repositorio existentes cum ceteris rebus, quas res eidem actrici restituit, peccunias vero non, septem marcarum apud se reservat et usurpat, petens ad restituendum cogi et compelli. In presencia eiusdem rei. Elizabeth mulieris de Rodathycze actricis in causa cum Mathia remisit dominus ad evadendum mettercia manu iuramento prestando proprio in iure seculari in Rodathycze sibi reo ad instanciam dicte actricis et super

[1] W rkp.: comendariis.

securitate parcium dominus interposuit penam viginti marcarum. Presentibus.

1058. Fyenna Cluszowa de Crosno proponit contra discretum Gregorium quondam comendarium in Vysnyany, quod ipse animo motus iniuriandi contra prohibicionem sanctorum patrum quod super eam actricem confessionem revelavit, petens eundem reum puniri iuxta canonicas constituciones, offerens se probaturum (!) contra dictum reum, animo lite contestanti negantis narrata, prout narrantur,[1] et datur actrici ad probandum pro omnibus dilacionibus. Presentibus.

1059. Elizabeth de Nyesluchow super divorcio instante dicto Iacobo petente publicari dicta testium, et dominus publicavit. In presencia magistri Nicolai Harsch, protestantis de productione unius testis, iam iuramentum per ipsum prestitum.

1060. Anna mulier quondam genitrix Georgii Dropan petit a nobili Iacobo de Hermanow fertones tres, quos sibi prefatus dnus Georgius testamentaliter legavit pro equo sibi vendito, petens eundem ad solucionem compelli. In presencia eiusdem animo litem legitime contestandi negavit narrata, prout narrantur, et datur ad probandum.

1061. Gregorius quondam comendarius in Vysnyany protestatus est de ultima dilacione contra dnum Iohannem plebanum in Vysnyany non proponentem suam intencionem. Presentibus. |

1062. Stanislai advocati de Sczyrzecz procurator protestatus est de prima dilacione contra nobilem Annam Offczuska non probantem intencionem suam. Presentibus. [436v]

CCCII. Veneris XXI mensis Iunii audiencia (21 czerwca 1493).

1063. Discretus Nicolaus Brodawka presbiter gracialis de Leopoli de mandato dni officialis retulit michi notario actorum se citasse magistrum Andream Bochnya procuratorem nobilis Andree Ostrowyeczsky, ad horam presentis diei eidem terminum prefigendo et assignando, ad videndum et audiendum sentenciam diffinitivam ferri ad instanciam ingeniosi Iozeph de Zurathyn et sui procuratoris, et eo comparente dnus officialis

[1] W rkp.: negantur.

in scriptis sentenciam diffinitivam inter partes prefatas tulit et pronunciavit, dicto Andrea protestante de gravamine et appellando. Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Kiliano, Iohanne Parznyowsky canonicis, Michaele Mebroth baccalario, Stanislao viccario, Iordano procuratore, Iohanne Waygank.

1064. Nicolaus Brodawka presbiter gracialis prefatus de mandato dni officialis Leopoliensis retulit michi notario actorum se citasse Nicolaum Harsch procuratorem Laurencii notarii et Paulum plebanum in Zelechow partes hincinde collitigantes, ad horam presentis diei terminum assignando, ad videndum et audiendum sentenciam diffinitivam ferri et pronunciari. In presencia parcium eandem ferri petencium, Nicolao Harsch procuratore dicti Laurencii, ut est moris, de gravamine et appellando protestante. Presentibus.

1065. Iohannes plebanus in Wyssnyany per procuratorem suum petit ab honesta Katherina Czyzykowska tabernatrice de eadem Wyssnyany mitram cum zona serricea desuper alligata valoris sex grossorum vel citra, item bipenniculum in valore duorum grossorum, que fuerunt in taberna apud eam occupata, item mediam marcam pro braseo per dictam ream emto residui debiti. In presencia dicte ree comparentis mediante suo marito caventis de ratho et petentis inducias deliberatorias, et obtinuit ad quindenam. Presentibus.

CCCIII. Mercurii XXVI mensis Iunii post festum sancti Iohannis Baptiste (26 czerwca 1493).

1066. Stanislai advocati de Sczyrzecz Andreas Bochnya procurator protestatus est de secunda dilacione contra Annam Offczuska non probantem intencionem suam infra dilaciones a iure concessas. Presentibus venerabili et honorabilibus dnis Michaele baccalario, Andrea Bochnya et Nicolao Harsch procuratoribus, Martino et Stanislao viccariis Leopoliensibus.

1067. Stanislaus Czaykowsky de Grodek civis iuxta dependenciam termini animo litem legitime contestandi ad proposicionem honorabilis dni Martini presbiteri de ibidem respondendo negavit narrata, prout narrantur, petens petita fieri non debere. Et datur actori ad probandum pro omnibus dilacionibus. Presentibus.

1068. Nicolaus advocatus de Iakubowawolya, Mathias de

Camyonobrod et Andreas testes inducti citati nomine Anne Offczuska iuraverunt ad passionem Domini in causa equi contra Stanislaum de Sczyrzecz advocatum, et hoc in contumaciam partis Andree Bochnya sui procuratoris ad hoc citati, qui hora vesperum in scriptis produxit |

1069. Barbara Monastyrska cum Iohanne marito suo ad [437]
instanciam honorabilis dni Nicolai plebani in Gologori instante procuratore Andrea Bochnya vigore rescripti Sedis apostolice in pristinas excomunicacionum sentencias reintruduntur et reinducuntur, processuum opportunorum decreto dni comissarii subdelegati mediante, ob non solucionem quatuor florenorum ungaricalium, quos se apud acta sub censuris eclesiasticis solvere submiserunt et obligaverunt. Presentibus.

CCCIV. Veneris antepenultima Iunii, in vigilia sanctorum Petri et Pauli apostolorum (28 czerwca 1493).

1070. In causa honeste Dorothee Abrkowa et honesti Arnasti baccalarii de Leopoli dnus auditor Leopoliensis citatis hincinde partibus interloquendo decrevit proposicioni et libello ipsius Dorothee fore respondendum per partem adversam dictum Arnastum, qui ibidem animo litem legitime contestando negavit narrata, prout narrantur, allegans fratrem germanum dnum Arnastum Nicolaum esse in facto solucionis debiti dicte Dorothee ipsorum sorori, et referente se ad obligacionem in pretorio coram consulibus Leopoliensibus factam, notatam et habitam. Et dominus decrevit compulsoriam pro dicta obligacione. In presencia Nicolai Harsch offerentis se probaturum suam intencionem pro omnibus dilacionibus et presentibus ibidem honorabilibus et gsis dnis Iohanne Myskowsky preposito, Michaele baccalario, Andrea Bochnya.

1071. Martinus Romanus viccarius eclesie Leopoliensis citato Hydko sutore suburbano, a quo petit grossos sex pro pulsalibus et mitram mardurinam per uxorem suam testamentaliter legatam, item sotulares per dictum Hydek actori pro missis anime uxoris sue defuncte lectis promissos, petens ad solucionem cogi et compelli et mitram restitui. In presencia eiusdem animo litem legitime contestantis, negantis narrata, prout narrantur, petens petita fieri non debere, et datur ad probandum vel deferendum pro omnibus dilacionibus. Presentibus.

1072. Stanislaus viccarius eclesie Leopoliensis retulit se citasse michi notario de mandato domini Nicolaum Harsch procuratorem ingeniosi Iozeph Zurathynsky ad instanciam nobilis Andree Ostrovyeczky et sui procuratoris ad horam presentis diei ad videndum produci causas et raciones, cur et quare sentencia diffinitiva per dnum officialem Leopoliensem contra partem suam latam (!) non debet debite execucioni demandari. In presencia eiusdem Nicolai allegantis et excusantis ac exonerantis se de procuracionis onere, quia post sentenciam diffinitivam non tenetur ultra causam defendere, quia functus est iam suo officio usque ad ferendam sentenciam et ad alia non obligatur.

CCCV. Veneris[1] *prima mensis Iulii post festum sancti Petri in vigilia Purificacionis*[2] *Marie* (1 lipca 1493).

1073. Discretus Martinus viccarius eclesie Leopoliensis de mandato dni officialis retulit michi notario se citasse magistrum Andream Bochnya procuratorem nobilis Andree Ostrowyeczsky ad horam presentis diei ad instanciam ingeniosi Iozeph Zurathynsky et sui procuratoris ad videndum expensas taxari et sentenciam debite execucioni demandari, quam pro-
[437v] curator ex adverso impediens produxit raciones, quibus | impedivit demandacionem huiusmodi sentencie, quibus Nicolaus Harsch replicabit in octava. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Paulo Geruch viccario, Gregorio viccario in Stareschyolo, Iohanne Sambor notario publico, Mathia rectore scole in Sczyrzecz, testibus circa premissa.

1074. Nicolaus Brodawka de mandato domini retulit michi notario publico se citasse Andream Bochnya procuratorem dni Iohannis in Wyssnyany plebani ad horam presentis diei ad instanciam discreti Gregorii nunc in Stareschyolo viccarii ad videndum publicari dicta testium nomine ipsius Gregorii inductorum. Et dominus publicavit et copias habere volentibus dare decrevit, contra quos excipietur per partem adversam prima iuris post vaccancias et ipsorum dicta. Presentibus.

1075. Paulus Geruch viccarius Leopoliensis retulit se ci-

[1] Powinno być: Lune.
[2] Mylnie zamiast: Visitacionis.

tasse magistrum Andream Bochnya procuratorem [1] Stanislai advocati de Sczyrzecz ad instanciam Anne Offczuska ad videndum publicari dicta testium ad horam presentis diei, quas attestaciones dominus publicavit. In presencia partis dicti Andree Bochnya, qui obtinuit terminum dicendi contra ad primam iuris post vaccancias.

1076. Dorothee Abrkowa dominus admisit probacionem tam Arnasto baccalario quam dicte Dorothee super suis intencionibus.

1077. Honorabilis dnus Matheus in Sczyrzecz plebanus constituit in suos procuratores honorabilem et ingeniosum Michaelem Menbruth baccalarium de Leopoli et Mathiam ministrum ecclesie in Sczyrzecz, ambos et eorum quemlibet in solidum, in omnibus suis causis, quas habet vel habiturus est cum quibuscunque personis, et signanter in causa inter ipsum dnum Matheum et Paulum opidanum de eadem Sczyrzecz, dans *etc.* Presentibus.

1078. Mathei plebani in Sczyrzecz Mathias minister ipsius nomine procuratorio Pauli opidani de ibidem contumaciam accusavit citati et non comparentis, qui satis diu expectatus, et eo non comparente per dominum contumax pronunciatus processuum cum decreto.

1079. In causa gsi dni Andree de Syenno Gologorsky succamerarii Sandomiriensis et honorabilis Nicolai plebani de Gologori ad petita magnifici dni Iacobi de Buczacz palatini Podoliensis gsis Iohanni et Barbare coniugibus de Monastyrzyska prorogatur terminus ob spem satisfactionis infra hinc ad festum sancti Bartholomei apostoli sub reincidencia sentenciarum, in quibus fuerunt innodati. Presentibus.

CCCVI. Audiencia Veneris V^ta^ mensis Iulii post festum et diem sancti Procopii (5 lipca 1493).

1080. Paulus Geruch viccarius ecclesie Leopoliensis de mandato domini retulit michi notario actorum se citasse Nicolaum Harsch tanquam procuratorem dne Dorothee Abrkowa ad instanciam honesti Arnasti baccalarii ad videndum produci literas dnorum consulum in vim recognicionis et probacionis

[1] W rkp. ten wyraz dwa razy.

sue intencionis, quam allegavit circa litis contestacionem, ad solvendum se non teneri solvere XXX marcas, sed fratrem
[438] dnum Nicolaum Arnastum. In presencia procuratoris dne | Abrkowa, qui ibidem prima iuris contradicet. Et ibidem Nicolaus Harsz procurator dne Abrkowa produxit citacionem legitime executam contra ex adverso principalem Arnastum baccalarium ad videndum suam intencionem probari sue proposicionis et in vim probacionis produxit literas tres autenticas sub titulo iudicis et subiudicis terrestrium Leopoliensum et eorum sigillis sigillatas, habentibus certis testibus pro recognitis, et referentis se ex superhabundati certos testes inducturum [1], et petens se circa probacionem reservari. Et ibidem partes iuraverunt de calumnia vitanda. Presentibus honorabilibus dnis Iacobo, Mathia viccariis, Michaele baccalario, Martino de Grodek presbitero. Et ibidem a simili dnus Arnastus baccalarius prima iuris contra huiusmodi literas per procuratorem reproductas contradicet.

1081. Nobilis Petrus Boreczsky et Iohannes civis de Grodek testes citati pro parte honorabilis Martini de Grodek et contra providum Stanislaum Czaykowsky inducti iuraverunt in presencia partis ex adverso ad hoc citate, producentis interrogatoria, petentis secundum eadem testes huiusmodi examinari. Presentibus.

1082. Ego Petrus consistorii Leopoliensis notarius refero me citasse honorabilem Stanislaum in Boscz plebanum ex officio mei tabellionatus, eidem terminum ad horam presentis diei assignando. Propter absenciam dnorum viccariorum et eorum copiam apprehendi nequivi, ad instanciam discreti Stanislai viccarii in Zelechow, qui satis diu expectatus et in termino nichil faciendo per ministrum ecclesie in Zelechow tanquam nuncium accusatus, per dominum pronunciatus processuum opportunorum cum decreto.

1083. Appellacionis Premisliensis in causa Paulus Geruch viccarius de mandato domini retulit se citasse circumspectum Iohannem Cochanek procuratorem Nicolai Lathosz de Ruskawyesz appellati ad horam presentis diei ad videndum per dominum interloqui ad instanciam honorabilis Georgii plebani de Staromyescze appellantis. Et ibidem per dominum interlocutum

[1] W rkp. inductorum.

est et absolucio ad cautelam, et compulsoriam pro actis prime instancie dandum decrevit. Presentibus.

1084. Iordanus procurator dni Bobowsky peremptorie duplicabit et productum producet secunda iuris contra ex adverso principalem Iohannem plebanum in Wyssnyany, alias ob defectum productionis dominus interloquetur.

1085. Katherina Czyzykowska de Wyssnyany ad proposicionem honorabilis dni Iohannis plebani in Wyssnyany animo litem legitime contestando et respondendo negavit omnia narrata, prout narrantur, petens petita fieri non debere. Dnus plebanus ree detulit iuramento per dictam ream prestando, que prima die iuris post vaccancias peremptorie prestabit. Et ibidem magister Iordanus procuratorio nomine dicte Katherine ad hoc constitutus petit grossos quinque a dno plebano, pro quibus dnus Iohannes debuit dare tres coros siliginis, item mulieri, que sibi vestimenta et lectisternia abluebat, cui cingulum in valore trium grossorum emere debuit et velamen [1] pro aliis tribus grossis et calceos pro quinque grossiculis, pro quibus ipsa Czyzykowska cavit et pro caucione dicte mulieri satisfecit, petens ad solucionem compelli. In presencia magistri Andree Bochnya, qui prima die iuris deliberatus post vaccancias respondebit |

1086. Stanislai familiaris dni Bobowsky cum dno ple- [438v]
bano in Wyssnyany in causa dominus publicavit dicta testium nomine dicti Stanislai inductorum, copias partibus habere volentibus dare decrevit. In presencia Andree Bochnya procuratoris ex adverso ad hoc citati per discretum Iacobum viccarium relacione facta, contra quos et eorum dicta prima die iuris excipiet. Presentibus.

CCCVII. Lune octava mensis Iulii, ipso die sancti Kiliani (8 lipca 1493).

1087. Nobilis et famosi viri Iohannes Davydowsky, Nicolaus Thyczka iuratus, Martinus cives de Leopoli et discretus Stanislaus Bryndza presbiter, testes inducti citati iuraverunt nomine dne Dorothee Abrkowa super eius intencione, in presencia ex adverso partis Arnasti baccalarii protestantis, prout

[1] W rkp. valemen.

est moris et consuetudinis. Et ibidem Nicolaus Harsch procurator dicte Dorothee, prout terminus requirit, ad literas productas ex adverso nomine dicti Arnasti baccalarii excipiendo premissa protestacione, quod si aliqua sunt in dictis literis, que faciunt pro parte sua, extunc ea admittit saltem per modum tacite admissionis, in quantum faciunt pro parte adversa, extunc verbo generaliter excipit, petens partibus iusticiam ministrari. In presencia ex adverso partis deliberantis ad primam iuris, cuius nomine Iohannes Dawydowsky et Stano Clopar testes inducti citati iuraverunt. In presencia partis procuratoris ad hoc citati, protestantis ut est iuris. Presentibus honorabilibus dnis Iohanne Myskowsky preposito, Andrea Bochnya, Michaele Mebroth baccalario.

CCCVIII. Mercurii decima mensis Iulii ante festum sancte Margarethe (10 lipca 1493).

1088. Discretus Stanislaus viccarius Leopoliensis de mandato domini retulit michi notario actorum se citasse magistrum Nicolaum Harsch tanquam procuratorem nobilis Iacobi Nyesluchowsky ad horam presentis diei ad videndum in causa concludi vertente inter ipsum Iacobum et Elizabeth consortem suam, et dominus conclusit hincinde petentibus procuratoribus. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Kiliano canonico, Paulo de hospitali presbitero, Arnasto baccalario, Casparo graciali, Iohanne de Sambor notario publico, testibus circa premissa.

1089. Dorothee Abrkowa in causa cum ex adverso Arnasto baccalario fratre dominus de consensu parcium ambarum personaliter comparencium dicta testium publicavit hincinde inductorum, contra quos partes hincinde verbo et generaliter exceperunt et petiverunt concludi, tanquam in causa favorabili, et dominus conclusit, offerens se partibus iusticiam ministrare ad primam iuris. Presentibus.

1090. Iacobus Nyczborsky consul et Stanislaus civis de Trebowla et Nicolaus Wydawsky Leopoliensis, testes pro parte famosi Stanislai Calvi de Trebowla tanquam affuturi in causa matrimoniali inducti, citati iuraverunt in contumaciam partis Heduigis consortis sue ad hoc citate et non comparentis, que per dictum Stanislaum accusata, per dominum pronunciatur

contumax processuum opportunorum cum decreto. Presentibus. |

CCCIX. Veneris XII mensis Iulii, in vigilia sancte Margarethe, ultima iuris (12 lipca 1493). [439]

1091. Stanislaus presbiter de Iavorow constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch contra providum Nicolaum alias Nikyel opidanum de ibidem ad agendum et defendendum, ut in forma meliori. Et ibidem dictus procurator proposuit contra dictum opidanum reum, petens ab eodem mediam sexagenam peccunie communis et gladium, quem eius frater recepit Michael et pro illo sibi equum vel eunuchum bonum remunerare et redonare debuit, tanquam a successore in bona dicti fratris vita functi, cuius bona occupavit et in hodiernum diem occupat. In presencia dicti rei animo litem legittime contestandi negantis narrata, prout narrantur, et datur actori ad probandum pro omnibus dilacionibus post vaccancias. Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Kiliano, Iohanne Parznyowsky canonicis, Iacobo, Mathia viccariis, Nicolao Brodawka et aliis quampluribus testibus circa premissa.

1092. Nicolaus Brodawka presbiter gracialis de mandato domini retulit michi notario actorum se citasse Nicolaum Harsch procuratorem nobilis Elizabeth de Nyesluchow ad horam presentis diei ad instanciam nobilis Iacobi Nyesluchowsky ad videndum et audiendum ferri sentenciam diffinitivam, quam ibidem dnus auditor Leopoliensis tulit et pronunciavit, partibus presentibus hincinde citatis et eam ferri petentibus. In presencia Nicolai Harsch procuratoris ex adverso, protestantis ut est moris etc.

1093. Venerabilis dnus Iohannes Crowyczsky decanus Leopoliensis constitutus personaliter in causa sui contractus in vim commutacionis cum venerabili dno Bernardino Wylczek decano Premisliensi pro capellis Buscensi, Leopoliensi et Samboriensi ipsius dni Crowyczsky decani Premisliensis diocesis facti, venerabilem dnum Iohannem Parznyowsky canonicum Leopoliensem in suum procuratorem, factorem et negociorum suorum gestorem contra prefatum dnum Bernardinum Wylczek plebanum Buscensem constituit et solenniter ordinavit super

attemptatis ante contractum nondum completum, dans *etc.* Presentibus.

1094. Katherine Coczarowska procurator et nomine procuratorio protestatus de tercia et ultima dilacione contra et adversus nobilem dnum Nicolaum Goldacz, non probantem suam assertam allegatam concordiam infra dilaciones a iure sibi concessas et admissas. Presentibus.

CCCX. Lune XII mensis Augusti (12 sierpnia 1493).

1095. Honorabilis dnus Arnastus baccalarius apud acta personaliter constitutus fratri germano suo famoso dno Nicolao Arnasti seniori omnia debita paternalia residua cessit et ipsum in legitimum procuratorem constituit ad exigendum et extorquendum huiusmodi debita a quibusvis debitoribus retenta (excipiendo tamen debitum olim dni magnifici Raphaelis marsalci)[1] in omnibus causis, quas habet vel habiturus est cum quibuscunque personis status et condicionis utriusque et emi-
[439v] nencie, dans | *etc.* et iuxta arbitrium inter ipsos fratres factum. Item duas vaccas et duos equos pro laboribus circa divisionem bonorum dnus Nicolaus Arnasti quinquaginta florenos dedit fratri suo iuniori iuxta concordiam. Item pro prima rata dedit et solvit sex truncos siliginis et sex avene eidem iuxta arbitrium dedit et sentencie arbitrali satisfecit. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Kiliano canonico, Martino Romano, Iacobo et Casparo viccariis Leopoliensibus.

1096. In causa Andree lutifiguli dicti Passzdzorko de Glynyany laboriosus Nicolaus de Rychczycze testis in causa Cordule consortis eiusdem Andree inductus iuravit, deposuit, quod dicta Cordula consors Andree, per sentenciam condemnata pro furto, est in Rychczycze submersa preterito anno ante festum sancte Trinitatis. Presentibus honorabilibus Iacobo viccario et Iohanne graciali presbiteris.

CCCXI. Martis XX mensis Augusti (20 sierpnia 1493).

1097. Nobilis Katherina consors nobilis Michaelis Czachrowsky per fratrem suum patruelem caventem pro ratihabicione

[1] Ustęp, objęty tutaj nawiasem, w rkp. przekreślono.

eiusdem proponit contra dictum maritum suum dnum Czachrowsky gravi in querela [1].

1098. Nobilis dna Clara Mylochna Coczarowska constituit in suum procuratorem honorabilem Paulum Geruch viccarium Leopoliensem cum potestate substituendi in causa, quam movere vult et intendit nobili dno Nicolao Goldacz, dans *etc.* Presentibus.

CCCXII. Lune XXVI mensis Augusti, prima die iuridica post vaccancias, sancti Bartholomei apostoli (26 sierpnia 1493).

1099. Thomas de Marschow notarius apud acta personaliter constitutus constituit in suos procuratores honorabiles dnos Iohannem mansionarium sancte Katherine castri inferioris Leopoliensis et magistrum Nicolaum Harsch de Cracovia in omnibus suis causis, quascunque habiturus est et cum quibusvis personis tam ecclesiasticis quam secularibus, etiam cum potestate substituendi unum vel procuratores (!), procuratorem vel procuratores, dans *etc.* Presentibus ibidem venerabilibus, honorabilibus et discretis viris dnis Kiliano canonico, Matheo in Sczyrzecz, Michaele Mebroth baccalario, Martino, Stanislao viccariis.

1100. Nobilis dnus Iohannes Davydowsky constituit in suum procuratorem Nicolaum Harsch in causa, quam sibi movet seu movere vult et intendit nobilis dnus Stanislaus Davydowsky de Novosyelcze frater suus patruelis, dans *etc.* | Pre- [440]
sentibus.

1101. Katherina Mychnowa mulier proponit contra Albertum subscribam famosi dni Iohannis notarii civitatis, quomodo sabbato infra octavas Assumcionis Marie ipsam bacillo ferreo in foro, nescitur quo motivo inductus, percussit et in manum vulneravit, nullis suis culpis exigentibus, quam percussionem extimat ad XX florenos, petens ipsum in eisdem puniri. In presencia eiusdem deliberantis ad quindenam et protestantis de reconveniendo. Presentibus. Et ibidem dictus Albertus reconveniendo dictam feminam Katherinam, citatam per discretum Mathiam viccarium relacione facta, proposuit, quod die et hora prefatis dicta mulier eundem diffamavit et confundit, appellando

[1] Zapiska niedokończona.

furem, latronem, traditorem, canem, et his malis non contenta arripiendo eundem per capucium, quod sibi laniavit, valoris octo grossorum, quam infamiam et dehonestacionem extimat ad viginti florenos. In presencia eiusdem animo litem legitime contestantis, negantis narrata, prout narrantur.

1102. Martinus Romanus viccarius ecclesie Leopoliensis proponit contra reum Albertum Hydek sutorem, quomodo ipse, Dei timore postposito, existens collitigator ex adverso actoris, postquam fuit citatus pro mitra mardurina et aliis debitis, extunc evadendo actorem ipsum diffamavit insigniendo eundem nota furti, quod dictam mitram subduxisset alias subtraxisset, quam infamiam extimat ad centum florenos, mallens tantum et plus de propriis amittere et perdere, quam huiusmodi infamiam pati et iniuriam, offerens se probaturum pro omnibus dilacionibus. In presencia eiusdem animo litem legitime contestantis, negavit narrata, prout narrantur, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus.

1103. Stanislaus Davydowsky de Novosyelcze constituit in suum procuratorem dnum Andream Bochnya in causa et causis, quam movere vult et intendit nobili dno Iohanni Davydowsky fratri suo patrueli de Novosyelcze, dans *etc.* Et ibidem magister Andreas Bochnya procuratorio nomine dni Stanislai Davydowsky petit quindecim marcas, medietatem testamenti Anne Spycznikowa, quas dictus reus quindecim marcas, prout actor asserit, submisit se solvere legatariis, offerens se probaturum. In presencia ex adverso principalis et procuratoris deliberantis ad quindenam, et obtinuit.

1104. Mathie episcopi Chelmensis in causa cum nobili Iohanne Rzeschowsky, prout terminus requirit propter ferias vaccanciarum ex subductione termini, magister Nicolaus Harsch procurator dicti episcopi accusavit contumaciam rei appellantis asserti non replicantis, petens super suis excepcionibus cognosci fori declinatoriis in contumaciam partis nichil facientis et causam remitti ad iudicis prioris examen et execucionem. Et dominus proprio motu, ad literam reverendissimi dni Andree Rosza archiepiscopi Leopoliensis et eius scripta, beneficium
[440v] absolucionis parti impendendo ad cautelam | ob spem asserte composicionis fiende et concordie, suspendit negocium cause non fundata iurisdicione ad adventum dni archiepiscopi, de

cuius iurisdicionis non fundacione procurator dicti dni episcopi Chelmensis protestatus est et inde secutis gravaminibus et de appellando. Presentibus.

1105. Honorabilis dnus Matheus plebanus in Sczyrzecz retulit se citasse magistrum Nicolaum Harsch procuratorem dni Iohannis plebani in Wyssnyany ad horam presentis diei ad instanciam nobilis Stanislai familiaris dni Bobowsky ad videndum publicari dicta testium nomine dicti Stanislai inductorum, et dominus publicavit et copias partibus volentibus habere decrevit. In presencia Nicolai Harsch procuratoris ex adverso, protestantis de excipiendo contra huiusmodi testes et eorum dicta ad quindenam, et obtinuit. Presentibus.

1106. Georgius presbiter gracialis retulit se citasse laboriosum Stanislaum carpentarium ad instanciam dni Gregorii canonici Leopoliensis ad horam presentis diei, et eo non comparente accusatus, per dominum pronunciatur contumax.

1107. In causa nobilium Iohannis Offczusky et Anne coniugum et nobilis Stanislai advocati in Sczyrzecz partibus ex altera de unanimi consensu parcium prorogatur terminus ob spem concordie ad festum sancte Crucis Exaltacionis peremptorie, et casu quo partes ad unionem non devenerint, extunc idem faciendi coram domino comparebunt. Presentibus.

1108. Iordanus procurator nobilium Iohannis Bobowski et Barbare coniugum de Wyssnyany in causa cum dno Iohanne plebano de ibidem renunciavit onus procuracionis ex certis respectibus animum suum moventibus. Presentibus.

1109. Venerabilis dni Andree de Cbodecz Leopoliensis et Premisliensis canonici et in Halycz plebani procurator et nomine procuratorio eiusdem proponendo contra et adversus nobilem dnum Stanislaum Davydowsky de Novosyelcze petit equum valoris marcarum decem peccunie communis per olim gsam dnam Annam Spycznykowa pro ecclesia sancti Stanislai ante Halycz situata et testamentaliter legatum et super eo ad dandum eundem et solvendum demonstratum, petens ad restitucionem aut valorem ipsius equi cogi et compelli, offerens se probaturum, casu quo negatum fuerit. In presencia eiusdem animo litem legitime contestandi negantis narrata, prout narrantur, et petentis petita fieri non debere, et datur actori ad probandum pro omnibus dilacionibus. Presentibus.

CCCXIII. Mercurii XXVIII Augusti post festum sancti Bartholomei apostoli (28 sierpnia 1493).

1110. Honorabilis dnus Iacobus plebanus in Strzelycze de mandato domini retulit michi notario actorum se citasse circumspectum Andream Bochnya tanquam procuratorem ho-
[441] norabilis dni Petri | Volsky plebani in Chodorowstaw, ad horam presentis diei terminum assignando, ad instanciam honesti Alexii notarii dne Cleophe et procuratoris cum sufficienti mandato ad causam producto. Et ibidem dictus Alexius nomine procuratorio petit absolucionem sue parti decerni in forma solita et fieri consueta. In presencia magistri Andree Bochnya procuratoris ex adverso, contradicentis nisi peccunia fuerit data capitalis et pro processibus et impensis in huiusmodi causa factis iuxta obligacionem in actis huius consistorii dudum factam, ex adverso Alexio verbo appellante ab huiusmodi denegacione absolucionis et decreto. Presentibus ibidem honorabilibus et discretis dnis Kiliano canonico, Stanislao et Paulo Geruch viccariis.

1111. Marcus laicus de Leopoli citatus ad instanciam honorabilis dni Iacobi ad sanctum Stanislaum extra muros per discretum Simonem presbiterum gracialem relacione facta, qui Marcus per dictum dnum Iacobum accusatus, licet diucius expectatus non comparens, per dominum pronunciatur processuum opportunorum cum decreto. Presentibus.

CCCXIV. Veneris penultima Augusti [1], *ipso die sanctorum Felicis et Aucti martyrum* (30 sierpnia 1493).

1112. Nicolaus mercator civis Leopoliensis proponit contra dnum Iohannem plebanum in Zubrza ad hoc citatum, quod suam piscinam depiscavit et pisces per suam cocam in civitate Leopoliensi vendere procuravit sine scitu, mandato et voluntate ipsius Nicolai, et ipsum in dictis piscibus de piscina depiscatis in duobus marcis dampnificavit. In presencia dicti Iohannis plebani, negantis narrata, prout narrantur, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus. Et ibidem dictus Iohannes plebanus reconveniendo proponit et petit decimas manipulares grani utriusque a duobus annis per ipsum retentas, petens ad

[1] W rkp. mylnie: Octobris.

solucionem cogi et compelli. In presencia eiusdem offerentis se dare quantumcunque venerit, si non est datum. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Andrea Bochnya, Nicolao Brodawka, Georgio de Sambor presbiteris gracialibus, Gregorio de Stareschyolo viccario.

1113. Gregorii viccarii in Stareschyolo cum dno Iohanne plebano in Wyssnyany in causa, citato ad hoc dno Andrea procuratore dicti plebani per discretum Iohannem plebanum in Zubrza relacione facta, [*dominus*] conclusit et pro concluso habuit et habet, offerens se partibus iusticiam ministraturum recollectus. Presentibus.

1114. Mathias opidanus de Sczyrzecz constituit in suum procuratorem Nicolaum Harsch in causa, quam movere intendit Heduigi uxori sue, dans *etc.*

1115. Nicolaus mercator civis Leopoliensis in suum procuratorem constituit Nicolaum Harsch in causa, quam movere vult et intendit honorabili Iohanni plebano in Zubrza, prout in forma meliori procurandi etc. |

1116. Stanislaus viccarius Leopoliensis retulit se citasse [441v] nobilem Stanislaum advocatum de Sczyrzecz ad horam presentis diei ad instanciam Nicolai Harz, contra quem dictus actor proposuit, quod eundem causas defendentem consistorii ausus est diffamare eundem alta voce proclamando resolutis labiis iurgium, quam infamiam extimat ad viginti florenos, petens eundem compelli. In presencia eiusdem, petentis se remitti ad forum secularem, excipientis contra actorem, quod ipse esset laicus et uxoratus, quia non gaudet defensione ecclesiastica, offerens se probaturum prima die iuris de clericatu nec discedentis a suo statu clericali per contractum cum pura virgine. Et dominus admisit ad probandum ad primam iuris. Et ibidem dominus interposuit penam vallatam viginti florenorum de cetero non molestari ex parcium concordia.

1117. In causa matrimoniali providi Mathie de Sczyrzecz et Heduigis sue consortis super contractu affinitatis in defectum probacionis prefati Mathie post lapsum trium mensium, recepto iuramento a dicta Heduigi consorte sua, quod eidem non constat de levacione pueri de fonte baptismati, quem idem Mathias asseruit prime uxoris puerum de fonte levatum, dominus decrevit matrimonium fore et esse ratum, mandans sub penis

excomunicacionis dicto Mathie cum dicta Heduigi esse commanendum et se invicem dilectione matrimoniali pertractandum.

CCCXV. Die Lune II[a] mensis Septembris (2 września 1493).

1118. Hedvigis Marczyszowa animo litem legittime contestandi ad proposicionem Stanislai Calvi civis de Trebowla negavit narrata, prout narrantur [1], et datur ad probandum. Et ibidem procurator dicti Calvi Stanislai repetivit attestaciones testium inductorum iuratorum, petens publicari, in presencia mulieris citate. Et dominus publicavit et copias partibus decrevit et terminum dicendi contra ad quindenam, et interim dominus admisit citacionem contra principalem actorem et literas certas missiles in adminiculum sui negocii admisit. Presentibus venerabilibus et discretis Kyliano canonico, Symone, Baro presbiteris, testibus.

CCCXVI. Mercurii quarta mensis Septembris (4 września 1493).

1119. Honorabilis Iacobus plebanus de Strzelycze petit decimam manipularem de villa Stoky, que ab annis aliquot prescriptis legitime ad ecclesiam suam spectabat et per dnum Petrum Czebrowsky, a quo huiusmodi decima decimabatur et per suos antecessores, offerens se probaturum dacionem decimarum per patrem suum ab annis legitime prescriptis. In presencia dni Petri allegantis de villa Stoky nunquam fuisse ad ecclesiam in Strzelycze datam, quia noviter dicta villa incepit esse et noviter in ea predium in eadem dnus Petrus fecit, petens eundem negocium et ipsam causam ad felicem adventum reverendissimi in Christo patris dni Andree Roza Dei gracia archiepiscopi remitti cognoscendum et debito fine terminandum ac huiusmodi decimam limitandum. Et dominus remisit et sus-
[442] pendit. Presentibus | honorabilibus et discretis dnis Cristino in Grodek plebano, Michaele baccalario, Andrea Bochnya, Mathia viccario, Nicolao locato, Mathia, Stanislao Humulo scolaribus, testibus circa premissa.

[1] W rkp. negantur.

CCCXVII. Lune IX mensis Septembris, in crastino Nativitatis Marie Virginis (9 września 1493).

1120. Nobilis Iohannes Davydowsky iuxta dependenciam termini per se et per suum procuratorem comparens ad proposicionem nobilis Stanislai Davydowsky fratris sui excipiendo et forum declinando allegavit, quod cum regulariter actor forum rei sequitur et inter seculares personas causa tractatur, petivit se propterea dictus excipiens ad forum secularem remitti terrestrem, in quo foro pro ceteris suppellectilibus ad sexaginta marcas se extendentibus iure tanquam cum terrigena vult experiri. Quantum autem ad testamentum verbo et generaliter excepit, quod ipsum excipientem dictum testamentum non tangit, sed eundem actorem, executorem nominatum per testatricem, referrens se pro verificacione sue excepcionis ad ipsum testamentum et petens se penes testamentum reservari et super facto cognosci et interloqui. Et insuper dictus actor casu quo sibi reo obtulerit se hic iudicio sisti et iudicatum solvi, super quo contravenietur et convincetur, in eodem eciam iudicio et dictus reus sibi de iusticia respondebit. In contumaciam partis, presentibus declinatoriis allegatis. Presentibus honorabilibus et discretis.

CCCXVIII. Mercurii XI mensis Septembris infra octavam Nativitatis Marie Virginis (11 września 1493).

1121. Catherine de Strzelczycze in causa appellacionis Premisliensis, prout terminus requirit, ex adverso Andreas Bochnya procurator nobilis Stanislai Krzyschowsky obtentis copiis libelli dicte Katherine respondebit infra hinc ad quindenam peremptorie. Presentibus honorabilibus Stanislao viccario et Michaele Mebroth baccalario.

CCCXIX. Veneris XIII mensis Septembris, in vigilia Exaltacionis sancte Crucis (13 września 1493).

1122. Nicolai mercatoris in causa cum dno Iohanne plebano de Zubrza instante procuratore dicti actoris cum citacione legitima executa ad videndum publicari dicta testium, et dominus publicavit et copias partibus habere decrevit in contumaciam partis. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Martino

Romano, Mathia viccariis, Nicolao plebano in Zimnawoda, Andrea Bochnya, Mathia mansionario.

1123. Nicolaus plebanus in Hodovycza protestatus est de diligencia termini, si et in quantum terminus requirit, contra venerabilem dnum Iohannem Crovyczsky decanum Leopoliensem, petens se absolvi a termino, et dominus absolvit. Presentibus.

1124. Nobilis Petri de Iakymyrz in causa cum honorabili Leonardo plebano in Podhaycze ad allegacionem eiusdem monicionis comparens in termino nona die, ut idem monitus asse-
[442v] ruit, et impediens | robur, petivit suspendi effectum, volens petitis ipsius plebani et propositis obviare et respondere in contumaciam partis. Et dominus absolvit ab instancia termini, si et in quantum terminus requirit, et effectum monicionis suspendit, volens in causa cogniturum, cum protestacione dni Petri de fatigis et impensis. Presentibus.

1125. Nobilis dnus Petrus Kussy constituit in suum procuratorem Nicolaum Harsch contra Leonardum plebanum in Podhaycze agendi, defendendi, prout merita causarum exigunt, et alias prout in forma meliori. Presentibus.

CCCXX. Lune XVI mensis Septembris post festum Exaltacionis sancte Crucis (16 września 1493).

1126. Heduigis de Trebowla et Stanislai Calvi in causa impediendo taxacionem processum dicta mulier allegavit fuisse in vulneribus, et dominus auditis parcium discordiis admisit probacionem dicte mulieri, quia pro illo tempore fuit languida nec potuit comparere in termino, et probabit pro omnibus dilacionibus. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Nicolao in Gologori plebano, Nicolao Brodawka, Nicolao Harsz, Andrea Bochnya, Michaele Mebroth baccalario, Donato altarista in Busko.

1127. Honorabilis dnus Nicolaus plebanus in Gologori per procuratorem suum ad hoc constitutum proponit contra providum Mathiam Kyerdey carnificem de Busko, quomodo de anno presenti post festum Corporis Cristi vel citra dictus reus Mathias non ignorans exigi theloneum in Gologori ex parte ecclesie et plebani consuetum, extunc pro illo tempore, nescitur quo spiritu ductus, ut tamen presumitur et verum simile, quod furtive, dictum theloneum pertransivit et cum iumentis et pecco-

ribus cornutis ad numerum quinquaginta vel citra vel ultra ad novem grossos vel citra se extendentem in solvendo, et iniuriam dicti pertransitus thelonei tanquam ecclesiasticam extimat dictus procurator ad quinquaginta marcas, quem insecutus est, petens eundem ad solvendum cogi et compelli. In presencia eiusdem petentis [1] ad quindenam. Presentibus.

1128. Vrsula Hanlowa per procuratorem suum petit a provido Mathia Kyerdey de Busko marcas octo peccunie communis residui debiti de decem marcis, in quibus obligabatur olim marito suo tanquam servus maccelli, eo salvo, quia in composicione quatuor marcas evadere debuerat facta concordia ipsa ante quatuor annos, quam ex quo neglexit implere, et ipsa actrix repetit in eo petitas residuas octo marcas de decim, petens ad solvendum cogi et compelli. In presencia eiusdem petentis ad deliberandum, et obtinuit ad XV.

1129. Heduigis mulier per procuratorem suum proponit contra Stanislaum Calvum maritum suum, quod ipsam fraudulenter in dormiendo percussit, cambuca et cutello traiecit usque per utramque partem in presencia hominum. Item securicula ipsam vulneravit et postremo, istis vulneribus durantibus, eam citare procuravit, cuius perhorresciam timens ad terminum parere non potuit. Item quod ipsam de bonis suis propriis expulit et de domo sua ita, quod non est ausa intrare ad bona sua ipso minante, et coclearia argentea ipsius recepit et pro se usurpavit. | Item recepit sibi quadraginta marcas. Quam iniuriam [443] et percussionem et dampna sibi illata ad ducentas marcas extimat, petens eundem ad solvendum compelli. In presencia eiusdem et sui procuratoris deliberantis ad quindenam, et obtinuit.

CCCXXI. Mercurii XVIII Septembris (18 września 1493).

1130. Religiosus Nicolaus ordinis Predicatorum prior de Trebowla ad instanciam honorabilis Iohannis Calynsky plebani de ibidem tanquam reus ut asseruit citatus absolvitur ab instancia termini cum protestacione contra actorem de expensis et fatigis. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Stanislao de Vhrinow, Nicolao Brodawka, Kiliano canonico, Nicolao Harsz.

[1] W rkp. ten wyraz dwukrotnie.

1131. Discretus Mathias ecclesie Leopoliensis viccarius procurator discreti Iohannis viccarii perpetui de Camyenyecz petit equum in valore quatuor florenorum a nobili Gabriele advocato de Glynyany, quem dictus Iohannes viccarius equitando de Camyenyecz in Glynyany perdidit, de quo idem Gabriel advocatus similiter et de presenti scit, petens eundem equum ad solucionem compelli. In presencia eiusdem allegantis et respondentis, quod non fuit presens domi, dum dictus equus Iohannis viccarii fuit perditus, sed postmodum procuratori Myclasz in Glynyany tanquam suo servo mandavit ad Kuthkorz reducere, de qua reductione equi plebano in Glynyany, dum citavit eum, revellavit et coram magnifico dno Spithkone capitaneo de huiusmodi reductione equi factum declaravit, et dnus capitaneus Cracoviensis mandavit dicto Miclasz pro huiusmodi equo composicionem facere. Et sic dominus decrevit dno Mathie procuratori Iohannis de Camyenyecz viccarii querere et citare dictum Miclasz.

CCCXXII. Veneris XX mensis Septembris, in vigilia sancti Mathei apostoli (20 września 1493).

1132. Iozeff Zurathynsky per procuratorem suum protestatus est de prima dilacione contra nobilem Andream Ostrovyeczsky non probantem transactionem. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Iohanne Myskowsky preposito, Kiliano canonico, Gregorio presbitero viccario in Stareszyolo, Sigismundo in Camyonka plebano.

1133. Iohannes Davydowsky, prout terminus requirit, ad replicaciones adversarii nobilis Stanislai Davydowsky verbo et generaliter duplicavit, petens interloqui, subinserens ad allegatam concordiam replicantis, quod non habet locum in hac parte ex eo, quia dictus replicans pro hac vice pro nullo inculpatur aut citatur ad instanciam dicti excipientis, qui suis excepcionibus forum declinat et quas hic verbo repetit loco duplicacionum. In presencia magistri Andree eciam verbo triplicantis et petentis interloqui.

CCCXXIII. Lune XXIII mensis Septembris post festum sancti Mathei apostoli proxima (23 września 1493). |

[443v] **1134.** Nobilis dnus Augustinus advocatus de Drohobycz nomine procuratorio providi Iacobi Hepyk hominis sui substi-

tuit magistrum Andream Bochnya in suum verum et legitimum procuratorem, actorem, factorem negociorumque suorum gestorem et nuncium specialem in causa appellacionis, quam et quas movet seu movere vult et intendit honorabili dno Michaeli plebano in Przebyschowska diocesis Premisliensis appellato, dans *etc.* Presentibus venerabilibus, honorabilibus et discretis dnis Kiliano canonico, Iohanne Myskowsky preposito, Michaele Mebroth baccalario, Paulo Geruch, Stanislao et Martino viccariis et aliis quampluribus circa premissa testibus.

1135. Honorabilis dnus Michael plebanus in Przebyschowka diocesis Premisliensis constitutus personaliter apud acta constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harz in causa appellacionis, quam sibi movet seu movere vult et intendit providus Iacobus Hepyk, dans *etc.* Presentibus.

1136. Andreas Bochnya procurator constitutus per nobilem Augustinum advocatum de Drohobycz cavit pro ratihabicione laboriosi Iacobi Hepyk de Staromyescze, quod idem Hepyk habebit pro rato et grato continuaciones dicti procuratoris terminorum per ipsum continuatorum et continuendorum sub pena consueta falsi procuratoris in ipso continuanda, casu quo dictus Iacobus Hepyk non haberet pro rato.

1137. Nicolai mercatoris de Leopoli in causa instante procuratore cum citacione legitime executa ad videndum concludi, quam produxit in contumaciam partis honorabilis Iohannis plebani in Zubrza non comparentis, petente concludi, et dominus in contumaciam partis conclusit. Presentibus ut supra, tercie citacionis cum decreto.

CCCXXIV. Audiencia Lune ultima mensis Septembris, in crastino sancti Michaelis Archangeli (30 września 1493).

1138. Leonardus plebanus in Podhaycze per suum procuratorem Andream Bochnya cum sufficienti mandato ad causam producto petit a nobili dno Petro Kussy decimam manipularem post predium in villa Wyrzbow, quam dictus reus tenet in obligacione a gso dno Iohanne Monastyrsky, quam ab uno anno retinuit in valore quatuor marcarum, que decima annis citra et ultra tollebatur et possidebatur pro ecclesia in Podhaycze et rectoribus pro tempore existentibus petens ad dandum et restituendum cogi et valorem exolvi, offerens se

probaturum, casu quo negatum fuerit. In presencia dicti dni Petri et sui procuratoris petentis ad deliberandum et obtinuit ad quindenam. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Mathia, Paulo Geruch, Stanislao viccariis, Nicolao locato presbitero graciali, Iohanne notario civitatis, Iohanne de Sambor.

1139. Mathias Kyerdey de Busko ad proposicionem dne
[444] Vrsule Hanlowa respondendo allegavit concordiam | super peticione contra ipsum proposita, quam petivit ad probandum admitti, et dominus admisit pro omnibus dilacionibus. In presencia dicte actricis, que relevando suam proposicionem replicavit, obiiciens dictum reum non paruisse concordie, et petens se admitti ad probandum, et dominus admisit pro omnibus dilacionibus.

1140. Mathias Kyerdey de Busko obligatur Nicolao Harsz procuratori pro patrocinio cause dne Hanlowa sedecim grossos infra hinc ad quindenam ex decreto domini ecclesiasticis sub censuris solvere, pro quibus per discretum Georgium presbiterum relacione facta est monitus. Et ibidem dictus reus pro toto principali debito et pro expensis dne Hanlowa et suo procuratori totalem satisfactionem impendit cum effectu et per presentes quittatur. Presentibus.

1141. Michael plebanus de Marthinow iuxta dependenciam termini dudum subducti per Iohannem de Sambor notarium accusatus ob non responsionem peticionis sue dudum facte, per dominum pronunciatur processuum opportunorum cum decreto. Presentibus.

1142. Stanislaus Calws de Trebowla per procuratorem suum protestatus est de secunda dilacione contra Heduigim de ibidem non probantem suam allegacionem. Presentibus.

1143. Clare et Katherine Coczarowska per procuratorem suum protestate sunt de secunda dilacione contra nobilem Nicolaum Goldacz non probantem suam allegatam concordiam. Presentibus.

CCCXXV. Mercurii secunda mensis Octobris post festum Michaelis (2 października 1493).

1144. Anne Offczuska in causa cum nobili Stanislao advocato de Sczyrzecz instante procuratore et ex adverso ad hoc citato Andrea Bochnya per dnum Stanislaum in Brzosdowcze

plebanum relacione facta, petente publicari dicta testium, et dominus publicavit et copias partibus habere volentibus decrevit et terminum dicendi contra ad quindenam limitavit peremptorie. Presentibus honorabilibus dnis Kiliano canonico, Casparo, Stanislao et Stanislao Nethar viccariis, testibus.

1145. Nicolaus minister ecclesie in Brzosdowcze constituit in suum procuratorem honorabilem dnum Stanislaum de Vhrinow plebanum in ibidem in causa et causis, quam et quas movet seu movere vult et intendit nobilibus Iohanni et Petro Zavysze de Gnylcze fratribus germanis, dans *etc.* Presentibus.

CCCXXVI. Veneris quarta mensis Octobris, ipso die sancti Francisci (4 października 1493).

1146. Iohannes Smolka de Gologori sutor evasit Elizabeth Marczynowa de Leopoli occasione certi debiti eidem persoluti cum perpetuo silencio imposito. Presentibus honorabilibus, et discretis dnis Kiliano canonico, Stanislao, Mathia viccariis Nicolao Brodawka, Iohanne Szykulczsky, testibus. |

1147. Nicolaus de Camyenyecz presbiter gracialis retulit [444r] se citasse michi notario actorum nobilem dnum Stanislaum Myechowyczsky, ad horam presentis diei terminum assignando, ad instanciam magistri Georgii altariste Leopoliensis actoris. Et ibidem parcium de consensu prorogatur terminus ad quindenam ob spem concordie et composicionis, et casu quo non fuerit subsecuta concordia, extunc partes idem faciendi comparebunt. Presentibus.

CCCXXVII. Lune septima mensis Octobris (7 października 1493).

1148. Stanislai Calui ex una et Hedvigis consortis ex altera instantibus procuratoribus citatis ex adverso hincinde per discretum Mathiam relacione facta et petentibus concludi, et dominus, prout terminus requirit, conclusit, offerens se iusticiam partibus facturum. Presentibus venerabilibus et discretis Kyliano canonico, Stanislao, Mathia viccariis, testibus circa premissa.

CCCXXVIII. Veneris undecima mensis Octobris (11 października 1493).

1149. Ioseph Zurathinszky per procuratorem suum protestatus est de secunda dilacione contra Andream Ostrowyeczky

non probantem suam intencionem super transaccione. Presentibus discretis Stanislao viccario et Mathia presbitero, testibus circa premissa.

CCCXXIX. Lune XIIII mensis Octobris, ipso die sancti Calixti (14 października 1493).

1150. Stanislaus scolaris quondam cantor in Iavorow per suum procuratorem petit proponendo decim octo grossos ab ingenioso Mathia Pyrok rectorem(!) de ibidem pro servicio cantoriatus et pro erudicione invenum exhibito et convento, petens ad solvendum cogi et compelli. In presencia eiusdem reponentis eandem peccuniam ab eo petitam et per eum perceptam. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Iacobo viccario, Stanislao de Vhrinow notario, Iohanne de Sambor, Paulo Geruch viccario, Nicolao locato.

1151. Honorabilis dnus Nicolaus Rogala viccarius ecclesie kathedralis Premisliensis, perpetuus procurator principalis providi Nicolai Lathos, substituit magistrum Nicolaum Harsz contra honorabilem, dnum Georgium de Staromyescze [1] plebanum, transfundendo in eum vices suas cum omnimoda potestate agendi, defendendi, prout merita causarum exigunt. Et ibidem procurator dicti Lathosz protestatus est de prima dilacione contra dictum plebanum de Staromyescze non probantem suam intencionem nec afferentem acta prime instancie. Presentibus.

CCCXXX. Mercurii XVI mensis Octobris, ipso die sancti Galli (16 października 1493).

1152. Petri Kussypyetrzyk tribuni de Czyrvonogrod Nicolaus Harsz procurator ad peticionem super decima Leonardi plebani de Podhaycze animo litem legitime contestandi negavit
[445] narrata, | prout narrantur. In presencia ex adverso magistri Andree Bochnya procuratoris dicti dni Leonardi plebani ad hoc citati per discretum Paulum relacione facta ad horam presentis diei, cui datur ad probandum pro omnibus dilacionibus. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Kiliano canonico, Paulo Geruch, Stanislao viccario.

[1] W rkp. Straromyescze.

CCCXXXI. Veneris XVIII Octobris, ipso die sancti Luce evangeliste (18 października 1493).

1153. Nicolai in Gologori plebani in causa cum Mathia Kyerdey de Busko carnifice terminus idem faciendi prorogatur infra hinc ob spem componendi ad primam diem iuris post festum sanctorum Simonis et Iude apostolorum peremptorie. Presentibus venerabili, honorabilibus et discretis viris dnis Kiliano canonico, Stanislao, Mathia viccariis, magistro Georgio altarista, Nicolao Harsch, Andrea Bochnya et Iordano procuratoribus causarum consistorii Leopoliensis.

1154. Magister Georgius altarista de Leopoli proponendo petit a nobili Stanislao Myechowyczsky bovem in valore marce medie et porcum eciam in valore medie marce et duas ollas butiri in valore sedecim grossorum. Item pro expensis marcas quatuor medii anni previgno suo ministratis et apud eundem comedit et non persolvens recessit, pro quibus expensis condictacionem cum ipso habuit prefatus dnus Stanislaus Myechovyczsky, petens ad solucionem cogi et compelli. In presencia magistri Andree Bochnya procuratoris dicti Stanislai ad deliberandum ad quindenam, et obtinuit.

1155. Iohannis plebani in Wyssnyany in causa cum gsis Iohanne Bobowsky et Barbare(!) coniugibus de Wyssnyany prorogatur terminus respondendi libello dudum oblato post interlocutoriam ad felicem adventum reverendissimi in Christo patris et domini dni Andree Roza Dei gracia archiepiscopi Leopoliensis. Et interim dnus Iohannes plebanus ad suam capellam absque timore et omnibus insidiis venire debet et securus residere sub pena securitatis centum marcarum vallata, prout moris est, cum viccario manere et residenciam plebanus, dum poterit, circa beneficium faciat et se non absentet sine causa. Quam penam partes susceperunt. Presentibus.

1156. Stanislai familiaris dni Bobowsky in causa cum honorabili Iohanne plebano in Wyssnyany instantibus hincinde parcium procuratoribus dominus in causa conclusit et pro concluso habuit, citato procuratore dni Iohannis plebani per discretum Paulum viccarium relacione facta, et dominus obtulit se partibus iusticiam ministraturum recollectus et deliberatus. Presentibus.

1157. Paulus Geruch viccarius Leopoliensis de mandato domini retulit se citasse magistrum Andream Bochnya tanquam procuratorem dni Iohannis plebani in Wyssnyany, ad horam presentis diei terminum assignando, ad instanciam Katherine Czyzykowska de Wyssnyany ad videndum et audiendum responderi sue proposicioni sive libello ad acta dudum introducte.
[445ᵛ] In | presencia Nicolai Harsz procuratoris dicti Iohannis plebani animo litem legitime contestandi negantis narrata, prout narrantur, petens petita fieri non debere, et actrix defert iuramentum actori. Presentibus.

CCCXXXII. Die Mercurii XXIII mensis Octobris (23 października 1493).

1158. Discretus Stanislaus Netar viccarius retulit se citasse ad instanciam Martini advocati de Labvnky executoris testamenti Iarosch discretum Andream Bochnya procuratorem dni Borilowsky ad horam presentis diei ad videndum probari per testamentum suam intencionem, quod ibidem procurator Nicolaus Harsch produxit ratificatum in vim probacionis sue intencionis. In presencia magistri Andree Bochnya repetentis suam litis contestacionem verbo, nunquam contractum fuisse debitum super dicto eunucho, petentibus hincinde procuratoribus per dominum cognosci. Et dominus decrevit probacionem actori per testes super debito contracto vel ex adverso reo, si pars admittet ob defectum probacionis proprio unico evadere iuramento. Presentibus venerabili et honorabilibus Kyliano canonico, Iacobo de Crosno, testibus circa premissa.

CCCXXXIII. Mercurii penultima Octobris post festum sanctorum Simonis et Iude apostolorum (30 października 1493).

1159. Iohannes Cochanek mansionarius castri inferioris Leopoliensis retulit michi notario actorum se citasse magistrum Nicolaum Harsz tanquam procuratorem laboriosi Nicolai Lathosz de Ruszka Wyesz ad horam presentis diei ad instanciam honorabilis Georgii plebani de Staromyesczye ad videndum apperiri rotulum attestacionum. Et dominus apperuit et copias ad unum mensem contradicendi partibus habere volentibus dare decrevit. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Iohanne

Myskowsky preposito, Kiliano canonico, Nicolao in Gologori, Nicolao in Zolthancze plebanis.

1160. Mathias Kyerdey per se ad proposicionem honorabilis dni Nicolai plebani in Gologori respondendo animo litem legitime contestandi negavit narrata, prout narrantur, petens petita fieri non debere, et datur ad probandum actori pro omnibus dilacionibus. Presentibus. Et ibidem dictus Kyerdey constituit in suum procuratorem dnum Iohannem Cochanek contra memoratum dnum Nicolaum plebanum, ut in forma meliori.

1161. Heduigis ancilla dne Lynnarowa per Paulum procuratorem suum proponendo petit ab honesta Agnete[1] consorte Nicolai Harsz procuratoris causarum fertonem ad palium datum, quod palium emere apud dictam Gretham voluit, et dedit de facto iuxta forum contractum, quod in hactenus apud se cum peccuniis retinet. Item decem grossos pro servicio sibi exhibito, petens ad restitucionem aut solucionem exolvi et reponi. |

CCCXXXIV. Lune quarta Novembris post festum Omnium Sanctorum (4 listopada 1493). [446]

1162. Stanislai Myechowyczsky Andreas Bochnya procurator ad proposicionem magistri Georgii altariste dnorum consulum Leopoliensum respondendo negavit narrata, prout narrantur, petens petita fieri non debere, et actor probavit pro omnibus dilacionibus et idem actor detulit reo iuramentum prestandum, quod non tenetur ad petita aliquam solucionem. Presentibus honorabilibus dnis Michaele baccalario, Stanislao, Casparo viccariis Leopoliensibus et Petro notario de Busko.

1163. Leonardus[2] in Podhaycze plebanus per se comparens protestatus est de deligencia et termino in monicione sibi prefixo, allegans causas et raciones, cur et quare non tenetur de fatigis respondere, quas prima die iuridica per suum procuratorem obtulit se daturum et productorum (!) in scriptis. Presentibus.

---

[1] Nazywała się właściwie Margaretha (zob. niżej zap. 1165, 1169).

[2] W rkp. Leonarnardus.

CCCXXXV. Veneris octava mensis Novembris (8 listopada 1493).

1164. Andreas Myedziwyeczsky per venerabilem dnum Iohannem Parznyowsky canonicum Leopoliensem circa acta personaliter constitutum cupiens liberare a sentenciis processuum honorabilis Sigismundi Mazouite plebani in Camyonka innodatorum, reposuit viginti grossos circa acta, cui dominus absolucionem decrevit dandam. In presencia ex adverso Nicolai Harsz procuratoris dicti Sigismundi, ex cuius narracione duo processus sunt emanati, quorum taxacionem et fatigas dominus in suo robore reservavit, et productis processibus principalis prestabit iuramentum. Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Iohanne Myskowsky preposito, Kiliano canonico, Stanislao viccario, magistro Iohanne.

1165. Margaretha Harszowa constituit in suum procuratorem suum virum Nicolaum Harsz ut in forma meliori, qui ibidem beneficio reconvencionis proposuit contra Heduigim ancillam, quod eadem recepta solucione pro servicio suo deservito petivit ab eadem decem grossos, ideo eandem tanquam plus petentem re et que est exoluta petit puniri iuxta canonica instituta. Item quod ipsa rea usurpavit pro se, existens paniscomessoria sue matris, unum | quartale de auro filato ad valo- [446v] rem quindecim grossiculorum et quo sibi placuit convertit, cum camisia valoris quatuor grossorum et cum quinque grossiculis mutuatis, petens ad restituendum compelli. In presencia Heduigis principalis negantis narrata, prout narrantur, et datur ad probandum vel deferendum pro omnibus dilacionibus. In presencia Nicolai Harsz procuratoris negantis narrata, prout narrantur, et ibidem ad suam peticionem responsum est sub hac forma, quod allegabatur plus re peticio, et quantum ad servicium pro novem grossis probabitur solucio pro omnibus dilacionibus.

1166. Iozeff Zurathynsky, Nicolaus Harsz protestatus est de tercia et ultima dilacione contra nobilem Andream Ostrovyeczsky non probantem transactionem per procuratorem suum allegatam et petentem sentenciam diffinitivam debite execucioni demandari et expensas taxari. Et dominus obtulit se petita facturum. Presentibus.

1167. In causa honorabilis dni Iohannis plebani in Wyssnyany gsus dnus Iohannes Bobowsky apud acta personaliter constitutus de securitate vite et indempnitate ipsius dni Iohannis plebani a quibusvis insidiis per se et subordinatas personas obligatus est sub pena centum marcarum per venerabilem dnum Stanislaum de Trzebochow canonicum et officialem Leopoliensem inter dictas partes vallata et interposita pacem servare. Et prefatus dnus Iohannes plebanus residenciam cum viccario circa ecclesiam suam in Wyssnyany facere et curam animarum gerere et negligencias per amplius circa huiusmodi beneficium suum non comittere, prout moris est, et pro omnibus controversiis inter ipsas partes quoquomodo subortis et suscitatis coram reverendissimo in Christo patre et domino dno Andrea Roza Dei gratia archiepiscopo Leopoliensi in felici sue paternitatis adventu comparebunt iusticiam de suis querelis et iniuriis experituri.

CCCXXXVI. Veneris XV Novembris post festum sancti Martini (15 listopada 1493).

1168. Martini Romani instante procuratore in causa infamie et petente publicari dicta testium ex citacione et termino reservato citate partis Alberti Hydek petivit publicari dicta testium in presencia eiusdem, et dominus publicavit et copias partibus decrevit, ex adverso citato contumaciter recedente. Presentibus honorabilibus dnis Paulo Geruch, Casparo viccariis, Iordano procuratore, Iozeff clerico. |

1169. Venerabilis dnus Iohannes Myskowsky prepositus [447]
testis inductus per Margaretham Harszonis iuravit adversus Heduigim puellam, cui reposuit pignus procurator, pro quo lis movetur, petens in causa iusticiam ministrari. Presentibus.

CCCXXXVII. Lune XVIII mensis Novembris (18 listopada 1493).

1170. Honorabilis Michael Membroth baccalarius presbiter de mandato domini retulit se citasse magistrum Andream Bochnya tanquam procuratorem honorabilis Stephani plebani in Rubyeschow ad instanciam Martini de Labunky executoris testamenti olim Iarosz ad horam et diem crastinam ad videndum ab eo exigi expensas et fatigas et ad respondendum proposi-

cioni. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Paulo Geruch, Iacobo viccariis et dno Kiliano canonico.

1171. Martini Romani viccarii et Alberti Hydek in causa dominus in presencia parcium conclusit et pro concluso habuit et habet, offerens se partibus iusticiam ministraturum.

CCCXXXVIII. Mercurii XX mensis Novembris (20 listopada 1493).

1172. Iozeff Zurathynsky in causa cum Andrea Ostrovyeczsky dominus, prout terminus requirit, ex citacione procuratoris Andree Bochnya per discretum Paulum Geruch relacione facta pro termino presentis diei ad videndum sentenciam diffinitivam debite execucioni demandari et expensas taxari, et dominus presentibus parcium procuratoribus et ex adverso non contradicentis nomine rei cassatis racionibus productis, dominus taxavit ad duas sexagenas et sentenciam occasione rei iudicate debite execucioni demandavit et processus oportunos decrevit. Presentibus venerabili et honorabilibus dnis Kiliano canonico, Mathia, Stanislao, Casparo viccariis et Michaele baccalario, testibus circa premissa.

1173. Honorabilis Michael Mebroth baccalarius presbiter gracialis de mandato domini retulit se citasse magistrum Nicolaum Harsz tanquam procuratorem honorabilis dni Michaelis plebani in Przebyschowska diocesis Premisliensis in causa ad horam presentis diei ad instanciam magistri Andree Bochnya procuratoris laboriosi Iacobi Hepyk de Staromyeszcze ad videndum interloqui in causa. Et dominus interlocutus est, pronunciando se iudicem partibus competentem, non obstantibus excepcionibus contra iurisdicionem domini datis, mandando coram se ad ulteriora procedi et absolucionem parti appellanti, si et inquantum indiget, et compulsoriam pro actis instancie prime dandum decrevit mediis sumptibus redimenda. Presentibus. |

[447v] *CCCXXXIX. Veneris XXII mensis Novembris, in crastino Presentacionis Marie Virginis* (22 listopada 1493).

1174. Honorabilis dnus Iohannes plebanus in Bobrka constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsz in causa et causis, quam vel quas movet seu movere vult et intendit honeste Anne consorti olim Alberti Stary de Bobrka

occasione testamenti, dans *etc.* Presentibus venerabili, honorabilibus et discretis dnis Kiliano canonico, Martino Romano, Paulo Geruch, Stanislao viccariis, Michaele Mebrod baccalario, Iohanne plebano in Zubrza Leopoliensibus, testibus circa premissa.

1175. Constitutus personaliter honorabilis dnus Iohannes plebanus de Bobrka, tenens et habens suis in manibus quandam cedulam sive cartham testamentum sive ultimam voluntatem in se continentem olim providi Alberti Stary opidani de Bobrka per discretum Iohannem de Sandomiria actu presbiterum viccarium in eadem Bobrka conscriptam, petivit illam ad acta consistorii Leopoliensis introduci et ingrossari, confirmari, publicari et ex inde per notarium nostrum publicum infrascriptum in formam publicam redigi et transscribi et alias ea que iuris sunt fieri. Et dominus revisa huiusmodi testatoris ultima voluntate mandavit ad acta introduci et inscribi et demum in publicam formam redigi et suo sigillo roborari iussit et mandavit. Cuius quidem testamenti tenor de verbo ad verbum per omnia sequitur et est talis:

Anno domini 1493° die Lune XXV mensis Marcii in domo providi Alberti Stary braseatoris in circulo opidi Bobrka sita, in presencia testium infrascriptorum ad hoc vocatorum pariter et rogatorum presencia constitutus personaliter prefatus Albertus Stary braseator, sanus mente, racione et intellectu, quamvis languens corpore ex permissione divina existens, in lecto egritudinis decumbens, timens inevitabilem mortis eventum et considerans, quod nil cercius morte et nil incercius duntaxat hora mortis, quam nullus prescire potest, nolens intestatus decedere, sed salubrius saluti anime sue consulere et providere cupiendo, omnibus melioribus, modo, via et forma, quibus melius, validius et efficacius potuit et debuit, de suis bonis sibi a Domino Deo collatis fecit et condidit, ordinavit et disposuit suum testamentum sive ultimam voluntatem in hunc qui sequitur modum, deputans pro huiusmodi testamento executores, honorabilem dnum Iohannem modernum plebanum et providos consules et post eos sequaces et pro tempore existentes in Bobrka plebanos et rectores, ad ordinandum et disponendum de suis rebus et bonis infra designatis et legatis. Et principaliter animam altissimo Domino celi creatori suo conmendavit, deinde brasea-

torium cum orto pro ecclesia et ipsius rectoribus plebanis pro tempore existentibus dedit, donavit et testamentaliter legavit ea condicione, quod due marce de dicto braseatorio pro missis
[448] legendis plebano | per dnos consules in Bobrka singulis annis dare et persolvere sint astricti et obligati, residuitatem vero peccuniarum, quod de censu dicti braseatorii resultaverit, dni consules una cum plebano pro tempore existente ad fiscum sive ad carbanam reservabunt, ex quo ruinam dicti braseatorii reedificare tenebuntur, hoc eciam addito, quod prefati plebanus et consules de Bobrka, [*si*] quod Deus avertat, dictum braseatorium per voraginem ignis demoliretur aut incineraretur, extunc unanimi voto ad reedificacionem reedificare et restaurare tenebuntur sub penis excomunicacionum dni officialis Leopoliensis pro tempore existentis. Deinde domum et agrum medium laneum cum duobus allodiis et orto eisdem contiguo post mortem et obitum uxoris sue Anne dictus testator vendere precepit, ad que omnia premissa dicta Anna uxor sua legitima consensit et admisit. Et peccunia, que de domo cedat, pro ecclesia ibidem in Bobrka parochiali debet dari, ortum cum allodiis venditis pro fraternitate peccuniam convertere commisit. Sed dicta uxore ipsius vivente Anna, possessio omnium immobilium rerum debet in manu eiusdem teneri et ipsis bonis utifrui sine quavis alienacione, et nichilominus dicte due marce pro lectura unius misse septimanatim legende, perficiende et continuande debent per dictam Annam singulis annis plebano persolvi. Que omnia et singula premissa memoratus testator voluit et vult habere rata, grata atque firma, perpetuis temporibus duratura et inviolabiliter tenenda. Presentibus honorabilibus Iohanne Crispo de Sandomiria fraternitatis sacerdote et viccario, Martino presbitero dicto Loza necnon providis et circumspectis viris dnis Nicolao Parzyglyen protunc proconsule, Andrea Cobylowsky, Gregorio dicto Krzystanek et Hanussek consulibus, Petro Dobanyowsky, Martino carnifice civibus de Bobrka et aliis multis fidedignis testibus circa premissa.

Post cuiusquidem testamenti ingrossacionem et exemplificacionem prefatus honorabilis dnus Iohannes petivit prefatum testamentum sigillo domini appensione communiri, cuius peticioni iuste et racionabili annuendo huiusmodi testamentum in omnibus suis punctis, clausulis, condicionibus ratificavit et illud

simul cum contentis ecclesiastice emunitati subiecit illudque in formam publicam redigi voluit et decrevit suique sigilli appensione iussit conmuniri. Presentibus, ut in instrumento ratificacionis et confirmacionis, per me Petrum notarium consistorii scriptum et auscultatum.

1494.

CCCXL. Acta acticata coram venerabili viro dno Stanislao de Trzebochow canonico et officiali Leopoliensi | *gli* [448r] *anno salutis millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto, indicione duodecima, pontificatus sanctissimi in Cristo patris et domini nostri dni Alexandri divina providencia pape sexti anno ipsius secundo, sequuntur. Lune XIII Ianuarii* (13 stycznia 1494).

1176. Iohannes mansionarius sancte Katherine de castro minori proponit contra ingeniosum Petrum notarium de Busko, quomodo retroactis diebus et temporibus de vendita domo ibidem in Busko ipsius actoris et eius consanguineorum recipiendo inicium peccuniarum alias *zadathek* dictus reus quatuor marcas ab emptore a Martino sutore, extunc data sibi actori una sexagena residuum apud se violenter occupat, videlicet marcas tres minus uno fertone, quas apud eum petit, dictum reum petens ad solvendum compelli, circa quam peccuniam et equum recepit valoris quatuor florenorum et monitus restituere recusavit, petens dictos quatuor florenos occasione dicti equi ad solvendum compelli. Item petit dictus actor ab eodem reo nomine suo et sue matris, cavens pro rato, sexagenam, quam recepit super empcionem tritici et non emit, petens dictam sexagenam ab eodem solvendam et restituendam, offerens se probaturum, si negatum fuerit, et petens se admitti. In presencia dicti rei animo litem legitime contestantis, petens se ad iudicem secularem in Busko admitti ad faciendam racionem, ubi causa pendet indecisa. Et dominus remisit ad racionem faciendam coram dno advocato et scabinis, terminum partibus ad idem faciendum infra unum mensem prefixit, qui terminus feria quarta ante festum sancte Dorothee proxima (*5 lutego*) pendebit, alias ob defectum iusticie partes idem faciendi coram do-

mino comparebunt. Presentibus dnis Iohanne Parznyowsky canonico, Nicolao Harsz.

1177. Nicolaus Wydawsky civis Leopoliensis constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsz in causa, quam movere intendit venerabili dno Iohanni Braczlawsky canonico Camenecensi, dans *etc.* Presentibus. |

[449] *CCCXLI. Mercurii quindecima mensis Ianuarii prima die iuris post octavas Epiphaniarum* (15 stycznia 1494).

1178. Constitutus personaliter in mei notarii publici et presentis cause scribe et testium infrascriptorum presencia venerabilis dnus Iohannes Braczlawsky canonicus Camenecensis constituit honorabilem dnum Andream Bochnya presentem et mandatum suscipientem in suum procuratorem ad omnes causas presentes et futuras nomine eiusdem dni Iohannis Braczlawsky agendas contra quamcunque personam ecclesiasticam et secularem, et presertim contra Nicolaum Wydawsky civem Leopoliensem, coram quocunque iudice ordinario vel delegato, ad agendum et defendendum et ad omnia et singula faciendum, que merita causarum exigunt et que per verum procuratorem et legitime constitutum fieri possint, ut in forma meliori. Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Kiliano, Iohanne Parznyowsky canonicis, Nicolao in Gologori, Iohanne in Swyersz, Iohanne in Czesky plebanis, testibus circa premissa.

1179. In causa Anne Offczuska et Stanislai advocati de Sczyrzecz propter defectum probacionis reprobatorie obtente per dictum advocatum et dilaciones dudum transactas, parcium procuratoribus presentibus, prout terminus requirit, dominus conclusit, offerens se iusticiam ministraturum suis loco et tempore oportunis. Presentibus.

1180. Iohannes Snopek plebanus in Swyersz iuxta dependenciam termini ex citacione proponendo petit a nobili dno Paulo Pyeczyhosky decimas manipulares utriusque grani ab octo annis retentas, in valore singulis annis trium marcarum se extendentes, petens ad solucionem compelli. Item de quatuor piscinis ibidem in Hlebowycze situatis a qualibet demissione unam sexagenam valoris decem sexagenarum citra vel ultra, petens tanquam pastor et iure pastorali dictas decimas ad ipsum et eius ecclesiam spectantes ad solucionem compelli, offe-

rens se probaturum, qui allegavit se in posessione dicte capelle ab uno anno fuisse. In presencia magistri Nicolai Harsch procuratoris ex adverso, qui deliberatus in quindena respondebit, et solvet sex grossos repentinarum actori reus pro terminis particularibus terrestribus, si celebrabuntur.

1181. In causa gsorum dnorum Iohannis et Victorini fratrum germanorum de Gologori, Iohannis Monastyrsky et Barbare consortis sue datur terminus ad octavam peremptorie ad idem faciendum, alias in defectum compariciones prefatorum coniugum | in pristinas excomunicacionum sentencias, in quibus [449v]
dudum sorduerunt, reintrudentur. Presentibus.

1182. Iacobus ad sanctum Stanislaum presbiter de mandato domini retulit se citasse venerabilem dnum Iohannem Parznyowsky ut et tanquam testem ad perhibendum testimonium veritati in causa inter honorabilem dnum Leonardum plebanum in Podhaycze inducentem ex una et nobilem dnum Petrum Kussy partibus ex altera, qui in presencia Nicolai Harsz procuratoris ex adverso iuravit ad sancta Dei Evangelia manibus corporaliter tactis. Presentibus.

1183. Iohannes plebanus in Zubrza citatus per discretum Paulum Geruch viccarium Leopoliensem relacione facta ad instanciam providi Stephani carnificis civis Leopoliensis accusatus, per dominum pronunciatur processuum opportunorum cum decreto. Presentibus.

CCCXLII. Veneris XVII mensis Ianuarii (17 stycznia 1494).

1184. Iohannes plebanus de Bobrka petit marcam deservitam pro continuatis missis de duabus marcis testamentaliter per olim Albertum Stary de Bobrka testamentaliter legatis et super bonis demonstratis ab honesta Anna uxore dicti testatoris, posessore dictorum bonorum, cum protestacione residue marce deserviende, petens ad solvendum compelli vigore dicti testamenti. In presencia dicte ree Anne, confitentis posessionem bonorum et negantis testamentum, pro cuius verificacione plebanus petivit se ad probandum admitti pro omnibus dilacionibus, et dominus admisit. Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Iohanne Myskowsky preposito, Iohanne Parznyowsky canonico, Mathia viccario, Georgio presbitero de hospitali,

Andrea Bochnya. Et ibidem dictus dnus Iohannes plebanus in Bobrka constituit in suum procuratorem Nicolaum Harsz contra Annam prefatam, ut in forma meliori, agendi et defendendi.

1185. Michaelis de Przebyschowka diocesis Premisliensis plebani appellati contra Hepyk Iacobum de Staromyescze ad proposicionem et libellum datum et productum summarie super recuperando prato, prout terminus requirit, animo litem legitime contestandi procurator dicti plebani respondendo respondit per verbum credit, quia eius ecclesia et plebani pro tempore constituti et ipse appellatus titulo empcionis a tempore quadragenalis prescripcionis fuit legitimus posessor, prout acta prime instancie disponunt, ad que se procurator refert cum protestacione, quod habuit silencium dictus Hepyk tam prescripcione civili quam nobilium, petens super negocio cognosci et compulsoriam pro actis instancie prime decerni. In presencia ex adverso magistri Andree Bochnya procuratoris dicti Iacobi Hepyk, petentis copias dicti actus et terminum dicendi contra, et obtinuit ad quindenam. Presentibus. |

[450] **1186.** Elena mulier de Leopoli relicta proponit contra Albertum braxatorem cervisie, quomodo anno preterito cum ipsa matrimonium per verba de presenti contraxit, promittens nullam aliam preter dictam Elenam in uxorem superducere, in cuius testimonium dictus Albertus manibus solenniter tanquam sponsus cum sponsa pleris vicibus stipulatus est, petens huiusmodi matrimonium in facie ecclesie consumari. In dicti Alberti presencia animo litem legitime contestantis, negavit narrata, prout narrantur, petens petita fieri non debere, et datur actrici per dominum ad probandum pro omnibus dilacionibus. Presentibus.

CCCXLIII. Lune XX mensis Ianuarii, in vigilia sancte Agnetis virginis (20 stycznia 1494).

1187. Nicolai Lathos in causa appellacionis Premisliensis contra honorabilem dnum Georgium plebanum in Staromyescze appellantem discretus Nicolaus de Camyenyecz presbiter gracialis retulit se citasse de mandato domini circumspectum Andream Bochnya procuratorem eiusdem partis appellantis ad horam presentis diei ad instanciam dicti appellati. In quo termino comparens magister Nicolaus Harsz nomine procuratorio

sue partis appellate dicti Nicolai Lathosz, premissa protestacione super actis prime instancie mediantibus compulsorialibus extractis, inquantum faciunt pro parte sua, extunc ea approbat et admittit, inquantum vero pro parte adversa, extunc verbo et generaliter excepit, petendo dicta acta revideri et super ipsis cognosci et voluntatem domini pronunciari iusticia mediante et hoc in contumaciam partis ut asseritur in terminum consencientibus(!). Presentibus honorabilibus dnis Iohanne Parznyowsky canonico, Nicolao Rogala viccario perpetuo Premisliensi et Nicolao locato scole Leopoliensis.

1188. Nicolaus in Zimnawoda plebanus petit et proponit contra Mathiam laicum de Crothoschyn, quod sibi equum pro tribus fertonibus vendidit, quem sibi dictus Nicolaus persolvit. Qui equus postmodum est dno Nicolao plebano furatus et eundem equum iterum dnus Nicolaus insequendo furem in Zloczow invenit, a quo dictus fur fugit. Et tunc dnus plebanus equum proprium per dnum heredem in Zloczow adiudicatum tanquam posessor recepit, pro quo dictus dnus Nicolaus plebanus in tribus marcis est dampnificatus et dampnum suscepit, petens ad restitucionem equi persolvi compelli aut dampna persolvi, et in presencia certorum testium dictus Mathias eundem equum, pro quos(!) lis vertitur, recognovit se vendidisse. In presencia eiusdem Mathie negantis se aliquando dictum equum vendidisse sed alium. Et dnus plebanus probabit pro omnibus dilacionibus, quod non alium sed istum, pro quo actio intentatur, vendidit. Presentibus. |

CCCXLIV. Mercurii XXII mensis Ianuarii, in crastino [450v] *sancte Agnetis virginis* (22 stycznia 1494).

1189. Comparuit in iudicio coram venerabili viro dno Stanislao canonico et officiali Leopoliensi gli in suo loco solito et consueto pro tribunali sedente ad iura reddendum et causas audiendum hora terciarum circumspectus magister Nicolaus Harsz procurator et nomine procuratorio laboriosi Nicolai Lathosz kmethonis de Russkawyesz petivit in causa concludi et pro concluso haberi ac prefatum dnum officialem ad pronunciandum voluntatem suam alias sentenciam diffinitivam super parcium ipsarum hincinde productis notis, literis, probacionibus procedi postulavit. Et dnus officialis memoratus, citato per prius

honorabili Andrea Bochnya procuratore honorabilis dni Georgii plebani in Staromyesczye per discretum Nicolaum locatum presbiterum gracialem relacione facta et eo recomparente, concludendo ante omnia pro conclusoque habendo cum ipsis partibus alias eorum procuratoribus super ipsorum hincinde productis probacionibus quibuscunque, suis et loco et tempore oportunis obtulit se voluntatem suam pronunciaturum et iusticiam facturum. Presentibus ibidem venerabilibus, honorabilibus et discretis dnis Kiliano, Iohanne Parznyowsky canonicis, Nicolao in Gologori plebano, Nicolao Rogala viccario perpetuo Premisliensi, Paulo in Zelechow plebano, Paulo Colath comendario in Busko.

1190. Gsa dna Barbara Monastyrska suo et gsi dni Iohannis Monastyrsky nominibus, cavendo unus pro alio, constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsz in causa et causis, quam et quas sibi movet seu movere volunt et intendunt gsi dni Iohannes et Victorini(!) fratres germani de Gologori occasione cuiusdam testamenti, dans *etc.* Presentibus.

1191. Andreas advocatus civitatis Leopoliensis per se apud acta personaliter comparens constituit in suum procuratorem magistrum Andream Bochnya in causa, quam movere intendit gse dne Anne Lithwynowska, dans *etc.* Et dictus procurator advocati accusavit contumaciam dicte dne Anne Lithwynowska iuxta dependenciam termini et non comparentem, que per dominum contumax pronunciata est processuum opportunorum cum decreto. Presentibus.

1192. Iohannes Fox civis Leopoliensis ad horam presentis diei per discretum Paulum Geruch viccarium citatus et per
[451] eum | relacione facta ad instanciam discreti Petri notarii consistorii Leopoliensis, qui diucius et ultra horam solitam expectatus et non comparens, per dictum Petrum accusatus, per dominum pronunciatus contumax processuum opportunorum cum decreto. Presentibus.

CCCXLV. Veneris XXIIII Ianuarii post festum sancte Agnetis virginis (24 stycznia 1494).

1193. Stephanus carnifex civis Leopoliensis petit proponendo a discreto Iohanne in Zubrza plebano iuxta dependenciam termini ex citacione iuvencam in valore medie sexagene minus

duobus grossis, quam apud sororinum germanum dicti Iohannis plebani Albertum foro tanquam propriam comparavit, petens ad restitucionem peccuniarum aut iuvencam viceversa restitui. In presencia eiusdem Iohannis animo litem contestantis, negantis aliquam iuvencam ipsius Stephani apud se habuisse, sed propriam habet, quam in suis foribus educavit, et actor probabit, quod dictus Albertus propriam vaccam vendidit et non ipsius plebani, pro omnibus dilacionibus. Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Iohanne Myskowsky preposito, Iohanne Parznyowsky canonico et Kiliano, Nicolao Harsz, Andrea Bochnya procuratoribus.

1194. Stanislaus Nethar viccarius ecclesie eiusdem Leopoliensis de mandato domini retulit se citasse magistrum Andream Bochnya procuratorem tanquam honorabilis dni Georgii plebani de Staromyescze ad horam presentis diei ad instanciam magistri Nicolai Harsz procuratoris laboriosi Nicolai Lathosz ad videndum et audiendum sentenciam diffinitivam per dominum ferri et pronunciari. Et venerabilis dnus Iohannes Parznyowsky canonicus Leopoliensis de mandato dni officialis tanquam surrogatus tulit et in scriptis pronunciavit. In presencia magistri Andree Bochnya procuratoris ex adverso dicti dni Georgii ad hoc citati, protestantis de gravamine et appellando. Presentibus.

1195. Nobilis Petri Kussypetrzyk procurator Nicolaus Harsz protestatus est de tercia et ultima et ex consequenti de ultimis dilacionibus sub uno contextu verborum contra honorabilem dnum Leonardum plebanum de Podhaycze non probantem suam intencionem per proposicionem specificatam super decima manipulari petita per ipsum actorem, in contumaciam partis petens ab instancia absolvi. |

CCCXLVI. Lune XXVII mensis Ianuarii (27 stycznia 1494). [451v]

1196. Paulus Geruch ecclesie Leopoliensis viccarius de mandato domini retulit se citasse honorabilem Leonardum plebanum in Podhaycze ad horam presentis diei ad instanciam nobilis Petri Kussy et sui procuratoris Nicolai Harsz ad videndum se absolvi ab instancia ob defectum probacionis sue intencionis. Et dominus audito, quod prius accessorium in causa non fuit expeditum, ideo dilaciones non potuerunt elabi, ante-

quam accessorium fuit expeditum, et sic dilacionem infra unum mensem ad probandam intencionem suam dominus prefixit.

CCCXLVII. Mercurii antepenultima mensis Ianuarii ante festum Purificacionis (29 stycznia 1494).

1197. Discretus Iohannes Cochanek mansionarius sancte Katherine castri inferioris Leopoliensis de mandato domini retulit se citasse honorabilem Andream Bochnya tanquam procuratorem honorabilis dni Georgii de Staromyescze plebani appellantis ad instanciam Nicolai Lathosz et sui procuratoris Nicolai Harsz ad horam presentis diei ad videndum expensas taxari et sentenciam debite execucioni demandari, quas expensas dominus taxavit ad unam marcam cum media et sentenciam debite execucioni demandavit. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Iohanne Parznyowsky, Kiliano canonicis, Mathia mansionario, Georgio et Iacobo presbiteris gracialibus Leopoliensibus.

CCCXLVIII. Veneris ultima Ianuarii (31 stycznia 1494).

1198. Nobilis Balthasari de Lowczycze cum nobili Iohanne Lanka de Sroky in causa citra approbacionem iurisdicionis dicti Iohannis petentis se remitti ad ius terrestre tanquam terrigene cum terrigena, Balthizaro allegante cessionem pro ecclesia datam, quam querit in reo, et illam dominus probandam admisit pro omnibus dilacionibus alias ob defectum probacionis causa remittetur ad forum secularem terrestrem, quantum autem cum nobili Elizabeth Iaczymyrska, que allegavit possessionem duntaxat sue dotis et filium esse in etate discrecionem habentem, quem dominus decrevit citandum vel suum tutorem. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Iohanne Parznyowsky canonico, Iohanne Myskowsky preposito, Matheo in Sczyrzecz plebano.

1199. Iohannes Snopek plebanus in Swyrsz constituit in suum procuratorem dnum Andream Bochnya in causa, quam
[452] movere intendit | nobili Paulo Pyeczyhosky, dans *etc.* Presentibus.

1200. Nobilis Paulus Pyeczyhosky ad proposicionem honorabilis Iohannis Snopek plebani in Swyrsz animo litem legitime contestando et respondendo respondendoque super articu-

lum ab octo annis petitarum et retentarum decimarum respondit per verbum non credit, hoc adiecto, quod nunquam fuit in tenuta dicte sue capelle per tantas dilaciones, et de decima ipso reo tenente bona respondebat presbiteris capelle servientibus monachis, qui ecclesie ordinabantur in famulamen, de agris, quos colebat, kmethonales conventos sibi de cassulis alias *skopy*, et curiales agros semper occupabant dni hereditarii, quantum autem ad decimam piscinalem respondit per verbum non credit, sed uxor dna Swyrska post mortem sui mariti Andree dictas piscinas occupaverat et si sibi prebebatur demissio, quantum autem ad posessionem capelle dicti actoris petit se reservari dictus reus circa titulum de plus peticionibus, petens actori imponere silencium, ex quo petit, quod non deservivit, et datur ad probandum partibus hincinde pro omnibus dilacionibus. Presentibus.

1201. Discretus Caspar ecclesie Leopoliensis viccarius de mandato domini retulit michi notario actorum se citasse honorabilem dnum Andream Bochnya tanquam procuratorem nobilis Stanislai advocati de Sczyrzecz ad instanciam nobilis Anne Offczusky ad horam presentis diei ad videndum et audiendum sentenciam debite execucioni demandari et expensas taxari, quas dominus moderacione previa ad quatuor florenos taxavit et sentenciam debite execucioni demandavit et processus opportunos decrevit. Presentibus.

CCCXLIX. Mercurii V^ta^ mensis Februarii, ipso die sancte Agathe (5 lutego 1494).

1202. Gsus dnus Derslaus de Huffnow constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsz presentem et onus in se sponte suscipientem in causa, quam sibi movet seu movere vult et intendit famosus dnus Andreas advocatus civitatis Leopoliensis, dans *etc.* Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Iohanne Parznyowsky, Kiliano canonicis.

CCCL. Veneris septima mensis Februarii post festum sancte Dorothee virginis alias in crastino (7 lutego 1494).

1203. Barbara pellifica vidua de Busko per Petrum notarium publicum de eadem Busko relacione facta constituit in suum procuratorem Nicolaum | Harsz in causa matrimoniali, [452r]

quam movet seu movere vult et intendit Andree Woyewodka de Rzepnow, dans *etc.* Presentibus ibidem venerabilibus et honorabilibus dnis Iohanne Parznyowsky, Kiliano canonicis, Mathia mansionario, Stanislao, Casparo viccariis, Andrea Bochnya, Simone plebano in Lopaczyn.

1204. Nicolaus Wydawsky beneficio convencionis proponit contra venerabilem dnum Iohannem Braczlawsky canonicum Camenecensem in presencia Andree Bochnya et sui procuratoris ad hoc citati per discretum Stanislaum viccarium relacione facta, quod sibi tenetur viginti unum florenos pro melle empto. Item repercussit sibi cameram ibidem in Camenecz et reseravit, per quam reseracionem est perdita tunica valoris quinque florenorum, quam petit ad solvendum propter suam occasionem cum avena depasta duorum truncorum. Item petit ab eo decem lapides cere valoris viginti quinque florenorum, quam recepit violenter de *woskoboynya* in Camyenyecz ipsi Wydawsky, quem diffamavit dictus reus furem, latronem iniuste nominans, quam infamiam extimat ad tricentos florenos in ipso reo extorquendos. In presencia magistri Andree Bochnya procuratoris dicti dni Iohannis canonici protestantis de reconveniendo, qui eciam deliberatus respondebit in octava. Presentibus.

1205. Barbare pincerne mulieris cum Pancracio in causa disceptacionis inter eos habita dominus peremit pignoracionem dicti Pancracii et decrevit restituendas res mulieris per totam diem ecclesiasticis sub censuris, casu quo rebellaret dictus Pancracius, in ipsum ferendis, et mulier cavit de parendo iuri per certum fideiussorem.

CCCLI. Mercurii XII mensis Februarii, ipso die Cinerum in capite ieiunii (12 lutego 1494).

1206. Famosus dnus Andreas advocatus civitatis Leopoliensis per procuratorem suum magistrum Andream Bochnya proponit contra gsam dnam Annam Lithwynowska, quomodo circa empcionem piscine promiserat ipsum advocatum et est obligata ab omni persona sexus utriusque protegere et tueri, quam debuit piscari secundum contractum inter partes consumatum usque ad festum Penthecostes, quam propter impedimentum vicine piscine et vicini dni Zawalowsky non admittentis dimittere piscinam ex toto, quam piscinam non potuit

piscare duntaxat ad dominicam Letare de anno Domini 1493 transacto, in qua ipsum dampnificavit in centum florenis. Item | debuit sibi dare ad tugurium vitulam valoris medie sexagene, [453] butirum, caseos, petens petita ad solvendum cogi et compelli, offerens se probaturum, casu quo negatum fuerit. In presencia Nicolai Harsz deliberantis ad quindenam. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Paulo, Stanislao, Iacobo viccariis.

1207. Venerabilis dnus Iohannes Braczlawsky canonicus Camenecensis per suum procuratorem magistrum Andream Bochnya reconveniendo petit a provido Nicolao Wydawsky quatuor sexagenas sibi mutuatas in Skala tempore nundinarum de anno Domini 1492, de quibus quatuor sexagenis duas a provido Gregorio carnifice cum difficultate recepit. Item septem florenos, quos sibi Wydawsky ante festum sancti Iacobi mutuavit in grossis electis, quos sibi tunc temporis dedit, dum addicionales alias *zadathek* super domum Iohannis Przekora emendo dedit. Item duas sexagenas in dencis[1] antiquis dicto Wydawsky mutuavit. Item eidem mutuavit palium de panno Tricensi in valore duarum sexagenarum, quem anichilando voluit restituere. Item catenam ferream recepit apud dictum dnum canonicum in valore unius sexagene, qua fracta voluit restituere. Item eidem mutuavit octo grossos in dencis in domo Przekora, dum florenum dictus Wydawsky perdiderat. Item frenum subtile in valore medii floreni recepit. Item dictus Wydawsky apud ipsum dnum canonicum in Choczym in mutuum recepit decem grossos prima vice equitando, secunda vice octo, tercia vice quinque in antiquis argenteis. Item pro duobus truncis avene cum medio per latum grossum apud dnum Iohannem recepit. Item pro septem *trzeczyenyky* ordei per latum grossum recepit. Item marsubium alias *trzosz* pro tribus latis grossis. Item pro tribus frenis accomodatis, quodlibet per quatuor grossos, dictus Wydawsky accepit, petens ad solvendum cogi et compelli. In presencia ex adverso Nicolai Harsz ad hoc citati per discretum Paulum Geruch relacione facta, deliberantis ad quindenam, et obtinuit. Presentibus.

1208. Stanislaus plebanus in Rodathycze constituit in suum procuratorem Nicolaum Harsz in causa, quam movere intendit Gregorio quondam ministrum (!) suum (!), dans *etc.* Et

[1] Denki, t. zn. denarki ruskie.

ibidem dictus procurator proposuit [1] nomine actoris contra reum, quod licet dictus actor ab etate sue discrecionis et a temporibus retroactis habitus est pro homine bone fame actu presbitero, nichilominus dictus reus coram convocatorio alias *thloka* et parochianis ausus est ipsum nominare sacrilegum, suspectum hominem, nequam, et his malis non contentus invasit eum hasta et actorem modicum quod non transfixit et interfecit, quam
[453v] iniuriam | iniuriam (!) extimat ad centum florenos. In presencia eiusdem Gregorii negantis narrata, prout narrantur, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus, et ibidem dictus reus prestitit iuramentum de parendo iuri et iudicatum solvi, si et in quantum succumbet. Presentibus.

1209. Gregorius quondam minister ecclesie in Rodathycze reconveniendo proponit contra dnum Stanislaum plebanum de ibidem, quomodo anno presenti die dominico veniens in scolam voluit ipsum percutere diffamando verbis inhonestis, furem, latronem, publicum adulterum appellando, et iterum in crastino his malis non contentus ipsum similibus et peioribus verbis infamavit et quod ipsum sine legitima causa ad id exigenda a servicio alienavit, ipsum libere ad servicium suscipiendo. Item petit partem columbacionis ad ipsum concernentem, quam sibi exdividere noluit, valoris grossorum viginti, quam iniuriam et infamiam ad triginta florenos extimat et pensat, offerens se probaturum. In presencia eiusdem dni Stanislai, quantum ad servicium conventum negavit ipsum aliquando ad servicium convenisse, quantum ad infamiam respondit per verbum non credit, inquantum de columbacione respondit, quod sibi iuste partem ad eum spectantem iuste exdivisit. In presencia ex adverso dicti reconvenientis, offerens se probaturum suam intencionem, cui dominus admisit pro omnibus dilacionibus.

1210. In causa honeste Dorothee puelle olim Martini Mayzel filie de Leopoli famosi dni consules Leopolienses conquesti sunt, quod quidam Balczar carnificum famulus de Lanczud clandestine et tacite contra voluntatem tutorum eiusdem puelle alloquebatur dictam Dorotheam pro contractu matrimonii, ut cum eo contraheret. Que cum esset per magistrum Thomam viccarium in spiritualibus et dnum officialem Leopolien-

[1] W rkp. prosuit.

sem interrogata, que verba inter eos fuissent tractata, que respondit in memoria non habuisse, et sic dominus huiusmodi contractum, clandestine si fuit consumatum, nullum fuisse et esse declaravit, quia eciam contra voluntatem tutorum nullum firmum esse matrimonium, cum virgo non esset nubilis, non habens etatem annorum, per quod nullum potuit firmum fieri matrimonium. Presentibus Nicolao Arnasti, Mathias(!) consulibus et Iohanne notario civitatis et aliis testis(!) fidedignis.

CCCLII. Veneris XIIII mensis Februarii, ipso die sancti Valentini (14 lutego 1494).

1211. Nobilis Pauli Pyeczyhosky procurator Nicolaus Harsz protestatus est de prima dilacione diligencie contra honorabilem Iohannem Snopek plebanum in Swyrsz non probantem suam intencionem. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Iohanne Parznyowsky, Kiliano canonico, Stanislao, Paulo, Iacobo, viccariis Leopoliensibus, testibus circa premissa. |

1212. Iohannis Braczlawsky canonici Camenecensis ma- [454]
gister Andreas Bochnya procurator iuxta dependenciam termini ad proposicionem Nicolai Wydawsky civis Leopoliensis verbo et generaliter respondendo animoque litem legitime contestando negavit narrata, prout[1] narrantur, petens petita fieri non debere, et datur dicto Wydawsky ad probandum suam intencionem pro omnibus dilacionibus. Presentibus.

1213. In causa Nicolai Wydawsky et Iohannis Braczlawsky canonici Camenecensis dominus in personam venerabilis dni Stanislai canonici et officialis Camenecensis literas remissoriales super inducendis testibus pro parte ipsius Nicolai Wydawsky examinandis dandas decrevit.

CCCLIII. Veneris XXI mensis Februarii post dominicam Invocavit, in vigilia sancti Petri (21 lutego 1494).

1214. Leonardi plebani in Podhaycze honorabilis Iohannes plebanus in Czessybyeschy et Petrus Czelowsky vitricus ecclesie in Podhaycze, ut et tanquam testes nomine eiusdem inducti, citati iuraverunt omnem veritatem dicere, de qua interrogati fuerint contra nobilem dnum Petrum Kussypyetrzyk. In pre-

[1] Te dwa wyrazy w rkp. podwójnie napisano.

sencia magistri Nicolai Hasz procuratoris eiusdem ad hoc citati per discretum Nicolaum Brodawka presbiterum gracialem relacione facta, protestantis de dandis interrogatoriis et de inducendis reprobatoriis loco et tempore suis. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Iohanne Parznyowsky canonico, Casparo, Paulo viccariis, Iohanne mansionario dicto Cochanek.

1215. Iohannes plebanus in Czessybyessy per se constituit in suum procuratorem magistrum Andream Bochnya in causa, quam movere intendit gso dno ...[1] Skarbek de ...[1], dans *etc.* Presentibus.

1216. Nobilis Andreas de Zarwanycze per se constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum in causa, quam sibi movet seu movere vult et intendit dnus Andreas plebanus in Pyeklykowcze, dans *etc.* Presentibus.

1217. Stanislaus in Boscz plebanus ad instanciam honorabilis Nicolai in Daleyow ad pristinas excomunicacionum sentencias reintruditur processuum opportunorum cum decreto. Presentibus.

1218. Andreas plebanus in Pyeklykowcze constituit in suum procuratorem honorabilem Andream Bochnya in causa testamentaria, quam movet seu movere vult et intendit nobili Andree de Zarvanycze, dans *etc.* |

[454v] *CCCLIV. Mercurii antepenultima mensis Februarii post dominicam Reminiscere* (26 lutego 1494).

1219. Discretus Georgius presbiter gracialis de mandato domini retulit se citasse honorabilem Andream Bochnya procuratorem gse dne Dorothee Szwynczyna ad horam presentis diei ad instanciam Czudna Hanna ad videndum publicari dicta testium. Et ibidem procurator Nicolaus Harsz produxit literam testimonialem in admuniculum suarum attestacionum, quas publicari petivit, et dominus publicavit. In presencia Andree Bochnya, petentis copias attestacionum et huiusmodi litere ad dicendum contra, et obtinuit ad quindenam. Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Iohanne Myskowsky preposito, Iohanne Parznyowsky, Ciliano canonicis, Simone in Lopaczyn plebano, Mathia mansionario sancte Katherine.

[1] W rkp. wolne miejsce.

1220. Valentini guardiani de Sanok in causa appellacionis Premisliensis contra honorabilem dnum Nicolaum Thyrawa appellatam partem procurator dicti appellantis produxit citacionem debite executam et repetivit appellacionem verbo cum ceteris diligenciis, petens fundari iurisdicionem. In presencia ex adverso Andree Bochnya, qui produxit mandatum ad causam, qui protestatus est de excipiendo, et obtinuit ad octavam decreto domini mediante. Presentibus.

1221. Iohannes de Camyonka opidanus proponendo petit ab honorabili dno Paulo plebano in Zelechow chorum siliginis cum medio mensureconserte apud ipsum trituratos et elaboratos, dudum fere a sex annis retenti, quos choros ibidem apud plebanum remanserat et postmodum veniendo in curiculo volebat siliginem dictam recipere, quam sibi dictus plebanus noluit dare, petens frumentum restitui. In presencia honorabilis Andree Bochnya, caventis de ratihabicione et petentis ad deliberandum ad octavam, et obtinuit.

1222. Andree advocati Leopoliensis et gse dne Anne de Lithwynow in causa piscine occasione dampni circa demissionem irrogati de consensu parcium prorogatur terminus ob spem concordie infra hinc ad dominicam Misericordia Domini feria quarta proxima sive ad arbitrium bonorum virorum, quicquid ibidem per eos decretum fuerit, partes equo animo ferre debent, alias si concordia non fuerit subsecuta, propterea inscripcioni ipsius Andree advocati nichil poterit derogari, quod posset ipsius ius super dampnis illatis minui. Et partes idem faciendi hic coram domino comparebunt. Presentibus.

CCCLV. Veneris ultima mensis Februarii post dominicam Reminiscere (28 lutego 1494). |

1223. Venerabilis dnus Iohannes Crowyczsky decanus [455]
Leopoliensis proponendo petit a provido Nicolao Domslar undecim florenos mutuatos et equum ambulatorem pro viginti quinque florenis eidem mutuatum tanquam certum debitum, petens ad solvendum cogi. In presencia eiusdem petentis se ad forum suum remitti, et dominus ad reverendissimum dnum archiepiscopum Leopoliensem partes pro consequenda iusticia remisit, alias si dominus reverendissimus in diocesim suam ad festa solennis Pasce non venerit, extunc feria secunda post

Conductum ad videndum responderi peticioni ipsius dni Crovyczsky coram dno officiali Leopoliensi peremptorie comparebit. Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Iohanne Myskowsky preposito, Iohanne Parznyowsky, Kiliano canonicis, Paulo Geruch, Stanislao viccariis.

1224. Nobilis dnus Petrus Czebrowsky petit a conventualibus fratribus sancti Dominici ordinis Predicatorum recia venalia conventui mutuata in valore decimocto florenorum, petens ad restituendum compelli. Et dnus reverendus pater Albertus provincialis pro dictis retibus ipsis fratribus mandavit actionem intentare. In presencia religiosi fratris dni Bernardini viceprioris ad hoc citati nomine fratrum dicti conventus, confitentis huiusmodi mutuacionem retium et[1] petentis decerni citacionem contra nobiles olim dni Iohannis subiudicis terrestris filios ad videndum huiusmodi recia ab ipsis repeti et alias ipsi dno Petro solucionem pro ipsis retibus impendi. Et dominus decrevit ea condicione, ut si dicti nobiles non poterint de restitucione retium convinci, extunc valorem retium dicti fratres dno Petro persolvent.

1225. Pauli Pyeczyhowsky procurator Nicolaus Harsz protestatus est de secunda diligencia dilacionis contra Iohannem Snopek de Swyersz plebanum, non probantem suam intencionem super decima manipulari. Presentibus.

1226. Nobilis dnus Nicolaus Goldacz constituit in suum procuratorem honorabilem dnum Paulum Geruch in causa et causis, quam et quas ipsi movere vult et intendit nobilis dna Clara Goldaczowa, dans *etc.* Et ibidem dicta dna Clara a simili constituit et solenniter ordinavit suum verum et legitimum procuratorem, actorem, factorem et negociorum suorum gestorem honorabilem dnum Andream Bochnya in causa et causis, quam et quas sibi dno Nicolao Goldacz movere vult et intendit, dans *etc.* Presentibus. |

[455v] **1227.** Honorabilis dnus Caspar viccarius ecclesie eiusdem Leopoliensis procurator et nomine procuratorio honeste Marthe de Premislia substituit et solenniter ordinavit ad causam honorabilem Iacobum predicatorem Almanorum causa in eadem, quam dicta dna Martha dudum gsis dnis Stanislao, Michaeli

[1] W rkp. »et« napisane na poprzedniem »sed«.

Muzylo et Iohanni de Buczacz fratribus germanis occasione certum florenorum per olim magnificum dnum Michaelem Buczaczsky patruum ipsorum germanum debitorum et in actis consistorii Leopoliensis inscriptorum et obligatorum movet et movere vult et intendit, dans *etc.* Et ibidem prefatus dnus Iacobus substitutus retulit se citasse et monuisse dictos fratres seniores, ut quadraginta florenos inscriptos et obligatos pro festo Pasce sub excomunicacionum penis solverent et reponerent et huiusmodi obligacioni sue parerent. Presentibus. [1]

CCCLVI. Lune tercia mensis Marcii post dominicam Oculi [466] (3 marca 1494).

1228. Providus Mathias Hosz et Dorothea eius consors cives de Leopoli apud acta constituti debitum quatuor marcarum, quod ipsis laboriosus Nicolaus mensator nunc Premislie manens tenetur, discreto Caspar Cerdonis actu presbitero et viccario ecclesie Leopoliensis pure propter Deum, nichil pro se proprietatis penitus reservando, cesserunt et donacione irrevocabili inter vivos donaverunt ipsi Caspar tollendum, recipiendum et de huiusmodi debito per dictum Nicolaum mensatorem soluto quittandum et liberum mittendi potestatem concesserunt. Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Kiliano, Gregorio Barnabe, Iohanne Parznyowsky canonicis Leopoliensibus.

CCCLVII. Veneris septima Marcii (7 marca 1494).

1229. Clara Mylochnya relicta olim dni Goldacz per suum procuratorem dnum Andream Bochnya iuxta dependenciam termini proponendo petit a nobili dno Nicolao Goldacz de Zalunye marcas sexaginta peccunie communis usualis per olim gsum dnum Michaelem Goldacz vexilliferum Halicziensem maritum dicte Clare legitimum in agone mortis testamentaliter legatas et super ipso Nicolao tanquam superstite in bona patris sui succedente repetendas et exigendas demonstratas, petens ad solvendum cogi et compelli, offerens se probaturum casu quo negatum fuerit, non astringens se ad onus superflue probacionis. In presencia discreti Pauli viccarii procuratoris ex

[1] Reszta tej stronicy rkp. niezapisana. Po niej następuje z powodu omyłki w paginacji bezpośrednio k. 466.

adverso dicti dni Goldacz, qui deliberatus in quindena respondebit. Presentibus ibidem venerabilibus et honorabilibus dnis Iohanne Myskowsky preposito, Iohanne Parznyowsky, Kiliano canonicis, Stanislao, Casparo viccariis Leopoliensibus, testibus circa premissa.

CCCLVIII. Lune X mensis Marcii, in crastino dominice Letare (10 marca 1494).

1230. Conventus Corporis Christi ordinis Predicatorum de Leopoli per religiosum fratrem Bernardum viccarium eorundem proponendo petit a nobilibus Iohanne, Nicolao, Raphaele et aliis fratribus de Wyssokye casses valoris decem octo florenorum mutuatos olim patri ipsorum dum vixit in hac vita per conventum eidem in vim restitucionis, quos restituere recusavit, et de hac vita decessit, in cuius bona dicti fratres successerunt, petens eosdem ad restituendum aut valorem solvendum compelli ex canonicis institutis suadentibus successores antecessoris ipsorum pro debito satisfacere. In presencia ex adverso nuncii dictorum reorum, qui obtulit ad deliberandum ad quin-
[466v] denam ad respondendum. Presentibus ibidem | honorabilibus et discretis dnis Stanislao, Paulo Geruch, Casparo viccariis, Nicolao Harsz. Et ibidem nobilis Iurga accusatus pronunciatur.

1231. Nicolaus Harsz protestatus est contra Myclasz suburbanum super non administranda iusticia in foro seculari, petens sibi hic iusticiam ministrari.

1232. Gsi dni Iohannes, Stanislaus et Michael fratres germani indivisi heredes de Buczacz, unus pro alio cavendo, constituerunt in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsz in causa et causis, quam et quas ipsis movet seu movere vult et intendit nobilis Albertus Coszlowsky, dantes *etc.* Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis magistro Iohanne, Iohanne Parznyowsky canonicis, Iacobo viccario, Iohanne Szykuczsky.

CCCLIX. Mercurii XII mensis Marcii, ipso die sancti Gregorii (12 marca 1494).

1233. Nobilem Michaelem Czachrowsky tam super repentinis quam negocio principali cum honesta Katherina consorte olim Niczek braseatoris et eius prole, puero Nicolao cum sorore germana, legitimis successoribus in bona et in litem se

surrogantibus, contra dictum Michaelem Czachrowsky non negantem se citatum ad instanciam dicte mulieris, quem ibidem procurator circa acta citari disposuit ad instanciam dictarum orphanarum ad horam presentis diei surrogancium se in ius, per discretum Iohannem plebanum de Zubrza relacione facta, contra quem reum dictus procurator nomine dictorum orphanorum proponit, quomodo ab eodem petunt debitum sui patris braseatoris testamentaliter demonstratum in ipso reo marcas quindecim cum uno fertone et quinque grossis minus ternario contractas isto modo citra vel ultra: in primis dimidium alterum truncum tritici mutuati valoris unius marce minus tribus grossis, item sexagenam pro braseo empto, quinque grossiculos pro ipso reo solutos Petrice Naroszney, item fertonem pro ocreis, et lacius dabit hora vesperorum in scriptis. In presencia dicti Michaelis ex adverso principalis negantis narrata, prout narrantur, et protestantis de reconveniendo. Et ibidem dominus causam remisit cum partibus ad gsum dnum Stanislaum Haliciensem capitaneum, dominum loci, pro iusticia ministranda inter partes, usque ad feriam sextam post Conductum Pasce negocium suspendendo, alias ob defectum composicionis | idem fa- [467]
ciendi. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Iohanne Parznyowsky canonico, Iohanne Myskowsky preposito, Stanislao viccario, Iacobo Calynsky.

1234. Petrus de Zubrza kmetho proponendo contra nobilem Iacobum Calynsky petit marcam cum septem grossis pro servicio convento et deservito, petens ad solvendum cogi. In presencia eiusdem animo litem legitime contestandi negavit narrata, prout narrantur, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus. Presentibus.

CCCLX. Veneris XIIII mensis Marcii post dominicam Letare (14 marca 1494).

1235. Pauli Pyeczyhosky Nicolaus Harsz procurator protestatus est de ultima dilacione contra Iohannem Snopek plebanum in Swyrsz non probantem suam intencionem. Et dominus ex superhabundanti medio iuramento dilacionem admisit quartam. Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Iohanne Parznyowsky, Kiliano canonicis, Nicolao in Gologori plebano, Paulo, Stanislao et Iacobo viccariis Leopoliensibus, testibus.

1236. Providus Hannus Rab sartor familiaris dni capitanei Haliciensis ad instanciam discreti Iacobi Strzyczek clerici de Leopoli ad horam presentis diei citatus per discretum Stanislaum viccarium Leopoliensem de mandato domini relacione facta, qui diucius et ultra horam solitam expectatus et per dictum Iacobum accusatus, per dominum pronunciatur. Presentibus.

CCCLXI. Lune XVII mensis Marcii post dominicam Iudica (17 marca 1494).

1237. Gsorum dnorum Michaelis, Stanislai Muzylo et Iohanns Viti germanorum de Buczacz procurator Nicolaus Harsz comparens, prout terminus requirit ex citacione, quam debite executam produxit, in presencia ex adverso nobilis Alberti Coszlowsky, ad instanciam cuius liberabat a sentenciis excomunicacionum nobilem Dzyetrzych de Camyonopolye, condescendit villam Dubek sitam in districtu Cropecensi cum omni iure, dominio et proprietate, censibus, fructibus, prout se dicta villa extendit, et iam sibi nomine principalium prefatorum admisit et condescendit tenendam, habendam et possidendam, in qua villa habentur quinque marce census et annonarum marca cum media. In presencia dicti Iohannis Coszlowsky recusantis suscipere vadium dicte ville. Et dominus auditis parcium controversiis prefixit terminum eliberacionis et exempcionis dicte ville aut solucionis centum florenorum ad festum Assumpcionis Marie proxime affuturo in duabus septimanis ecclesiasticis sub cen-
[467v] suris in dictos dnos principales ferendis, | casu quo decreto domini non parerent. Et ibidem dominus absolucionem dicto Dzyetrzych dandam decrevit. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Iohanne Parznyowsky canonico, Martino Romano.

CCCLXII. Mercurii XIX mensis Marcii post dominicam Iudica (19 marca 1494).

1238. Iohannes Fox civis Leopoliensis ob non paricionem obligacionis et inscripcionis sue iuxta dependenciam termini sibi prorogati per dominum, instante discreto Petro notario consistorii Leopoliensis et petente econtra, in pristinas excomunicacionis et aggravacionis sentencias per dominum reintruditur graviorum cum decreto. Presentibus honorabilibus dnis Iohanne

Parznyowsky canonico, Nicolao in Gologori, Iohanne in Prussy plebanis, Paulo viccario Leopoliensi.

1239. Nicolai Goldacz de Zalunye per suum procuratorem ad proposicionem nobilis Clare Goldaczowa post subductionem termini per Paulum Geruch respondendo animo litem legitime contestandi negavit narrata, prout narrantur, petens petita fieri non debere, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus post Conductum prima iuris, dilaciones computando. Presentibus.

CCCLXIII. Lune XXIIII mensis Marcii post dominicam Ramispalmarum (24 marca 1494).

1240. Nicolaus Arnasti consul Leopoliensis nomine honorabilis Arnasti baccalarii fratris sui germani interesse habens petit a nobili Iohanne Lakoczsky marcas quindecim certi debiti, quas peccunias dictus reus obligatus est solvere ex contractu inito pro domino suo olim palatino Oporowsky defuncto, dum in humanis vixit, petens propterea ad solvendum compelli. In presencia nunctii Ambrosii dicti rei, qui deliberando obtinuit ad primam iuris post Conductum. Presentibus honorabilibus dnis Barnaba, Kiliano canonicis, Mathia et Paulo viccariis.

1241. Conventus Corporis Cristi suspenditur terminus cum Iurga ad adventum dni Michaelis prioris et cum hoc terminus cum filiis olim subiudicis ad feriam sextam post Conductum Pasce idem faciendi alias respondendi continuatur. Presentibus.

1242. Iohannes Crowyczsky decanus Leopoliensis constituit in suum procuratorem venerabilem dnum Iohannem Parznyowsky confratrem suum in causa, quam movet seu movere vult et intendit providi(!) Nicolao Domslar consuli Leopoli, dans *etc.*

CCCLXIV. Lune VII mensis Aprilis, prima dies iuris post Conductum Pasce (7 kwietnia 1494).

1243. Iohannis Lakoczsky cum Arnasto baccalario et sub- [468]
ordinata persona, qui apud acta personaliter comparens recognovit debitum fore dictas quindecim marcas et petivit sibi ad adventum dominorum suspendi, et dominus usque ad festum sancti Iohannis suspendit et prorogavit dicti rei propter confessionem propter avisacionem dictorum dominorum filios olim dni Oporowsky

successores in bona patris sui. Presentibus venerabilibus et nobilibus dnis Iohanne Parznyowsky Leopoliensi, Stephano Chelmensi canonicis, Nicolao Zuchowsky vicecapitaneo Buscensi, Martino de Labunky advocato, Nicolao Harsz, Andrea Bochnya Leopoliensibus, testibus circa premissa.

1244. Stanislaus Muzylo et Michael de Buczacz fratres germani indivisi filii olim magnifici dni Dauid pallatini Podoliensis iuxta dependenciam termini iuxta inscripcionem et obligacionem per dictos fratres factam, instante honorabili dno Iacobo procuratore honeste dne Marthe de Premislia mercatricis, in pristinas excomunicacionum sentencias et penas videlicet reaggravacionis per dominum reintruduntur processuum opportunorum cum decreto. Presentibus.

1245. Leonardi plebani in Podhaycze in causa cum dno Kussypyetrzyk dominus dicta testium nomine dicti dni Leonardi super decimis manipularibus inductorum publicavit, in presencia ex adverso procuratoris magistri Nicolai Harsz dni Cussypyetrzych, ad hoc citati per discretum Georgium presbiterum gracialem relacione facta ad horam presentis diei, petentis copias et terminum dicendi contra, et obtinuit, que erit Lune vicesima prima mensis Aprilis prefati. Presentibus.

1246. Nicolaus Domslar civis Leopoliensis iuxta dependenciam termini ob non responsionem peticionis sive proposicionis venerabilis Iohannis Crowyczsky decani Leopoliensis per procuratorem eiusdem accusatus diuciusque et ultra horam solitam expectatus, merito prout iuris fuit per dominum pronunciatus processuum opportunorum cum decreto. Presentibus.

CCCLXV. Veneris XI mensis Aprilis post Conductum Pasce proxima (11 kwietnia 1494).

1247. Nobilis Paulus Pyeczyhosky propter defectum probacionis sue intencionis discreti Iohannis Snopek plebani de Swyrsz non probantis suam intencionem infra dilaciones iuris sibi assignatas absolvitur ab impeticione et ab instancia ipsius cum silencio sibi imposito et in expensis condemnato, quarum taxacionem dominus imposterum reservato(!). Presentibus honorabilibus et discretis dnis Kiliano, Iohanne Parznyowsky canonicis, Iacobo, Paulo Geruch viccariis, Nicolao in Gologori plebano.

1248. Iohannes et Irzyk stipendarii pedites, testes inducti citati nomine Wydawsky Nicolai adversus dnum Iohannem Braczlawsky canonicum Leopoliensem, in presencia partis procuratoris ad hoc citati protestantis de dandis interrogatoriis. Presentibus. |

1249. Nobilis Iohannes de Wyssokye cavendo pro rato [468v] suorum fratrum evicit personaliter comparens conventum Corporis Cristi ponendo se principalem ad instanciam nobilis Petri Czebrowsky, cui de iusticia respondere obtulit se cum fratribus in iure terrestri Leopoliensi pro retibus iudicialiter petitis. Presentibus.

1250. Nobilium Iohannis et Victorini de Gologori fratrum germanorum procurator Andreas Bochnya inherendo suis productis verbo et generaliter triplicavit petens interloqui, in presencia ex adverso Nicolai Harsz, eciam verbo quadruplicantis et petentis a simili interloqui, et dominus obtulit se interlocuturum deliberatus.

1251. Katherina Niczkowa de Rohathyn, cavendo pro suis pueris pro rato, cum Michaele Czachrowsky suffocaverunt inter se lites, pro qua suffocacione litium dictus Michael solvere debet eo tempore truncum tritici et alium siliginis et tempore messis seu novalium alium truncum tritici sub dicta composicione.

1252. Nobilem Barbaram Zubrzska cum nobili Iacobo Calynsky pro omnibus iniuriis et dampnis quoquomodo exortis dominus tanquam bene posessionatam ad ius terrestre Leopoliense pro complemento iusticie remisit.

CCCLXVI. Mercurii XVI mensis Aprilis (16 kwietnia 1494).

1253. Discretus Georgius presbiter gracialis retulit se citasse honorabilem Andream Bochnya procuratorem honorabilis Iohannis Snopek plebani in Swyersz ad videndum expensas taxari et processus opportunos decerni ad horam presentis diei ad instanciam nobilis Pauli Pyeczyhosky et sui procuratoris Et dominus moderacione previa ad mediam marcam taxavit literarum opportunarum cum decreto. Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Kiliano, Iohanne Parznyowsky canonicis, Nicolao Brodawka Iacobo, Paulo viccariis.

1254. Discretus Iohannes viccarius in Culykow petit a nobili Magdalena Smerekowska equum in valore septem fertonem (!), quem dicto dno Iohanni famulus ipsius dne Smerekowska in ultima voluntate legavit, pro quo equo dictus dnus Iohannes ammonuit et ipsa dare denegavit, petens ad restitucionem equi compelli aut valorem exolvi. In presencia nobilis Iurga tanquam nuncii eiusdem dne Magdalene, petentis ad deliberandum ad quindenam, et obtinuit. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Paulo, Iacobo, Mathia viccariis.

1255. Gsus dnus Andreas Procopowycz de Goszdzyecz inherendo priori obligacioni, quam verbo repetivit, comparens personaliter circa acta obligatur solvere viginti marcas peccunie comunis infra hinc ad festum sancte Trinitatis famoso Nicolao Domslar civi Leopoliensi sub ecclesiasticis censuris, alias recusata solucione ad tempus sive terminum limitatum sub declaracione in dictas censuras ad primam iuris expost terminus prorogatur. Presentibus. |

[469] *CCCLXVII. Veneris XXV mensis Aprilis, ipso die sancti Marci evangeliste* (25 kwietnia 1494).

1256. Stanislaus scolaris de Wassiczyn nativus filius olim providi Martini sartoris de ibidem per honorabilem Paulum Geruch viccarium ecclesie Leopoliensis procuratorem suum ad hoc constitutum proponendo petit a nobili Ivaskone Balaban de Stratyn marcas sedecim peccunie comunis usualis et receptibilis cum grossis sedecim per olim patrem dicti Stanislai pro necessitate sua et usufructu ab aliquot annis mutuatas, et in vim solucionis dicti debiti dictus reus prefato Martino defuncto intercisam dedit et coram certis personis et testibus fidedignis ad certas ratas iam transactas solucionem facere promisit et obligatus, quam in hactenus minime impendit, petens tanquam successor post mortem patris sui defuncti iure propinquitatis et naturali ad solvendum cogi et compelli, offerens se probaturum, casu quo negatum fuerit, non astringens se ad onus superflue probacionis, duntaxat que parti sufficit, de quo solenniter protestatur. In presencia discreti Stanislai plebani in Boscz tanquam nuncii dicti Balaban, petentis ad quindenam ad deliberandum, que erit Veneris IX mensis Maii, et obtinuit. Pre-

sentibus honorabilibus et discretis dnis Iacobo, Stanislao, Martino Romano viccariis, testibus circa premissa.

1257. In causa gsi Petri Czebrowsky occasione retium et pro quibus reverendus dnus pater provincialis mandavit honorabili et religioso fratri dno Michaeli conventus Corporis Christi priori iusticiam fieri, et totum negocium cause ad adventum reverendi patris dni provincialis dominus suspendit et fratres conventuales eiusdem ordinis ab impeticione dicti dni Petri Czebrowsky absolvit et dimisit. Presentibus.

1258. Mathias Pyrok minister ecclesie in Iavorow constituit in suum procuratorem dnum Paulum Geruch viccarium in causa, quam sibi movet Elizabeth Cozyna, dans *etc.* Presentibus.

1259. Iohannes Calynsky plebanus in Trebowla proponendo petit marcas quinque peccunie comunis a nobili dno Sigismundo de Nyczbork per olim nobilem Iohannem Gawlowsky familiarem dni capitanei pro ecclesia beate Marie Virginis tres et ad sanctum Nicolaum in Trebowla testamentaliter legatas et datas et Sigismundo patri suo mutuatas et super eo demonstratas, petens tanquam successorem in bona patris ad solvendum cogi et compelli. In presencia eiusdem Sigismundi et Iuraszek sui procuratoris ad hoc constituti animo litem legitime contestantis et negantis narrata, prout narrantur, petens petita fieri non debere, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus. Presentibus. |

CCCLXVIII. Mercurii ultima Aprilis, in vigilia sanctorum [469v] *Philipi et Iacobi apostolorum* (30 kwietnia 1494).

1260. In causa honorabilis Iohannis Calynsky plebani et consulum de Trebowla ex una et nobilis Sigismundi de Nyczbork partibus ex altera occasione testamenti dominus publicavit dicta testium, instante procuratore dictorum executorum et petente, et copias partibus habere volentibus decrevit. In presencia nobilis Georgii Frederici procuratoris dicti Sigismundi ad hoc citati per discretum Stanislaum viccarium relacione facta ad horam presentis diei, petentis copias et terminum dicendi contra huiusmodi testes et ipsorum dicta, et obtinuit ad consultacionem suum principalem. Presentibus discretis Iacobo, Martino viccariis,

CCCLXIX. Veneris IX mensis Maii, in crastino Ascensionis Domini et sancti Stanislai (9 maja 1494).

1261. Nicolaus Domslar per suum procuratorem Nicolaum Harsz ad proposicionem venerabilis dni Iohannis Crovyczsky decani Leopoliensis respondendo negavit narrata, prout narrantur, petens petita fieri non debere, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus vel ad defferendum. Presentibus honorabilibus dnis Paulo Geruch, Stanislao, Iacobo viccariis, Iohanne Szokolnyky, Iohanne Davydowsky, Georgio Lessnowsky et aliis fidedignis.

1262. Iwasko Balaban de Stratyn ad proposicionem Stanislai de Wassyczyn clerici in minoribus ordinibus constituti iuxta dependenciam termini respondendo negavit narrata, prout narrantur, petens petita fieri non debere, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus. Presentibus.

CCCLXX. Lune XII mensis Maii[1] (12 maja 1494).

1263. Conventus Corporis Cristi petit ab ingenioso Martino clavicordium in valore sedecim grossorum, melcolos, tripedes, levigalia quatuor de conventu per ipsum recepta. In presencia eiusdem negantis narrata, prout narrantur, et datur ad probandum vel deferendum pro omnibus dilacionibus. Presentibus discretis Mathia, Casparo, Iacobo viccariis.

CCCLXXI. Mercurii XIIII mensis Maii (14 maja 1494).

1264. Honorabilis Martinus ecclesie Leopoliensis de mandato domini retulit se citasse dnum Andream Bochnya tanquam procuratorem gsorum dnorum Iohannis et Victorini de Gologori ad instanciam gsorum Iohannis Monastyrsky et Barbare coniugum ad videndum reconveniri ad horam presentis diei. Et ibidem Nicolaus Harsz procurator prefatorum coniugum petit marcas centum et octuaginta medientium grossorum, quam summam pater dictorum dnorum Iohannis et Victorini de Gologori olim in mutuum, dum in humanis vixit, accepit preteritis temporibus in loco Monastyrska et pro qua summa ut frequencius movebatur, ut solveret, quam solucionem implere

[1] W rkp. mylnie: Aprilis.

in hactenus recusavit, in cuius bona dicti dni Gologorsczy successerunt, debita patris solvere obligati iuxta canonica instituta, petens ad solvendum compelli. In presencia eorum procuratoris Andree Bochnya obiicientis excepcionem sentenciam excomunicacionis et censurarum, non merencium propterea agere nec locum standi in iudicio habere, cui datur terminus probandi obiecta ad octavam. | Presentibus honorabilibus et discretis dnis [470]
Martino Romano, Paulo Geruch, Iacobo viccariis, Iacobo ad sanctum Stanislaum manente.

1265.[1] Laboriosi omnes et singuli kmethones in Stare schyolo clericales infra hinc ad festum Assumcionis Marie discreto Floriano in Stareschyolo plebano sub excomunicacionis-pena componant, ex quibus prefatus Florianus scolam crematam denuo reedificabit usque ad festum Nativitatis Marie sub eisdem excomunicacionum penis, annonas kmethones unus pro alio cavendo novalibus fruibus debitas persolvant, quod si solvere non curaverint, extunc procurator et advocatus dictos fideiussores pignoracionibus apprehendant, que pignora plebanus recepta per tres dies apud se tenebit et post triduum eadem pignora sic recepta ad curiam dni heredis impellet, et tunc non solventes huiusmodi fideiussores aliis penis dictus procurator dictos fideiussores constringet et arctabit, donec satisfactum dno plebano fuerit. Presentibus.

CCCLXXII. Veneris XVI mensis Maii (16 maja 1494).

1266. Iohannes Lyssek de Dunayow per suum procuratorem ad hoc constitutum proponendo petit ab honesta Anna consorte olim Stanislai Zavadsky de Byelka marcas tres minus fertone residui debiti de septem marcis dicto suo olim marito Stanislao mutuatis et post mortem mariti sui ad solvendum iniciati et in testamento sue ultime voluntatis ad solvendum demonstrato et legato, petens ad solvendum cogi et compelli. In presencia dni Pauli Geruch viccarii caventis pro rato et petentis ad deliberandum, et obtinuit ad XV. Presentibus ibidem honorabilibus et discretis dnis Kiliano canonico, Stanislao viccario, Georgio de Sambor presbitero graciali, Nicolao Harsz

[1] Nad tą zapiską innem pismem późniejszem notatka: 14 Maii Staresioło.

procuratore, Nicolao Abrek cive Leopoliensi et aliis quampluribus circa premissa testibus fidedignis.

1267. Circumspecti Iohannes Polak, Petrus Thessnar magistri pistorum nomine suo et tocius fraternitatis pistorie de Leopoli apud acta personaliter constituti recognoverunt, quod ab honorabili dno et religioso Nicolao custode conventus fratrum Minorum de Leopoli marcas sex pro reformacione braseatorii, ex quo braseatorio primum censum dno priori et guardiano aut conventui prefato pro festo sancti Michaelis per decursum unius anni dictas marcas sex solvere et dare obligantursub ex comunicacionum penis, et post in singulos annos per duas marcas pro missis duabus legendis fratres tocius conventus obligaverunt et prefatus dnus custos cum fratribus se facere obligat. Verum si contingat dictum braseatorium per ignis voraginem aut quamcunque ruinam desolari aut anichilari, extunc dicti pistores duas marcas non tenebuntur ipsis fratribus conventualibus solvere tamdiu, quousque dictum braseatorium in pristinum statum reedificabitur. Presentibus.

1268. Martinus incola de Busko clericus in minoribus ordinibus constitutus constituit in suum procuratorem Iohannem Baythko ministrum ecclesie in Sczyrzecz cum potestate substituendi in causa, quam movere vult et intendit cuidam Mathie Kyerdey carnifici de Busko, dans *etc.* Presentibus. |

[470v] *CCCLXXIII. Mercurii XXI mensis Maii post festum Penthecostes audiencia consistorialis* (21 maja 1494).

1269. Iohannes quondam in Prussy plebanus retulit se citasse magistrum Andream Bochnya tanquam procuratorem gsorum dnorum Iohannis et Victorini fratrum germanorum heredum de Gologori ad horam presentis diei ad instanciam gsorum Iohannis et Barbare coniugum de Monastyrzyska ad videndum responderi super ipsorum proposicione et libello et testamento. Quorum reorum coniugum procurator animo litem legitime contestandi allegavit evasionem, quam in scripto produxit, et in vim probacionis dicte evasionis inherendo priori productioni reproduxit quittanciam in pargameno scriptam sub titulo et sigillo dicti testamenti testatoris, petens testamentum extingui et super actione dictis actoribus silencium imponi, cognato(!) per dominum in causa et negocio. In presencia ex ad-

verso procuratoris Andree Bochnya petentis copiam olim producti et quittancie, et obtinuit ad quindenam. Presentibus honorabilibus dnis Kiliano canonico, Stanislao, Iacobo et Mathia viccariis Leopoliensibus, testibus circa premissa.

CCCLXXIV. Lune XXVI mensis Maii, in crastino sancte Trinitatis (26 maja 1494).

1270. Mathias minister ecclesie in Iavorow absolvitur ab instancia Elizabeth Cozyna monitus, et ibidem protestatus est de diligencia termini, offerentis se responsurum, pro quo monitus extiterat. Presentibus ibidem honorabilibus et discretis dnis Kiliano canonico, Stanislao, Paulo viccariis, Nicolao in Gologori, Simone in Lopaczyn, Andrea in Pyeklykowcze, Leonardo in Podhaycze plebanis, testibus.

1271. Honorabilis Mathias sacrista Leopoliensis de mandato domini retulit se citasse magistrum Nicolaum Harsz tanquam procuratorem nobilis dni Petri Kussypyetrzyk ad horam presentis diei ad instanciam honorabilis Leonardi plebani in Podhaycze ad videndum in causa concludi et pro concluso haberi. Et dominus conclusit et pro concluso habuit et habet, offerens se partibus iusticiam ministraturum recollectus. Presentibus. In presencia Nicolai Harsz petentis nomine dicti Kussypyetrzyk et dni Iohannis Monastyrsky causam remitti et suspendi ad adventum domini, ad cuius officium perpetuum spectat limitacio decimarum.

1272. Andree de Zarwancze cum honorabili Andrea de Pyeklykowcze plebani, qui instetit super taxacione processuum, in presencia procuratoris Nicolai Harsz, qui allegavit locum non habere taxacionis, et dominus sopita discordia decrevit citacionem contra dictum Andream Zarvansky Wystap ad videndum ipsum in pristinas excomunicacionum sentencias reintrudi. Presentibus.

1273. Heduigis de Banunyn querulose proponit contra providum Iohannem Thluxa de Dunayow, quod ipse existens eius legittimus maritus cum aliis mulieribus publice adulteratur et modo concubinam tenet, cum qua adulteratur, et racione istarum concubinarum sibi ad mortem insidiatur, dicendo: si non descesseris a me, separaberis per mortem a me. In presencia eiusdem Iohannis Thluxa confitentis se concubinam ser-

vasse et cum aliis publice adulterium commisisse, et dominus de securitate vite centum sexagenas pene vallavit et interposuit.

1274. Hannus scultetus suburbanus Leopoliensis propo-
[471] nendo petit ab honorabili magistro Iohanne | de maiori Glogouia currum ferratum et alias circumcusum sibi mutuatum ad ipsius necessitatem in valore quatuor florenorum, petens ad solvendum cogi et compelli. In presencia dicti magistri Iohannis petentis ad deliberandum, et obtinuit ad quindenam. Presentibus.

CCCLXXV. Mercurii XXVIII mensis Maii, in vigilia Corporis Cristi (28 maja 1494).

1275. Iohannis Calynsky plebani et consulum de Trebowla in causa cum nobili Sigismundo de Nyczbork occasione testamenti, instante dno Paulo Geruch procuratore, dominus in causa conclusit et pro concluso habet, in contumaciam dicti Sigismundi ad hoc legitime citati, offerens se partibus iusticiam ministraturum recollectus. Presentibus honorabilibus dnis Kiliano, Barnaba canonicis, Paulo Geruch, Iacobo viccariis, Nicolao Brodawka presbitero graciali Leopoliensi, Leonardo in Podhaycze plebano, testibus circa premissa

1276. Honorabilis Mathias mansionarius sancte Katherine castri inferioris Leopoliensis retulit se citasse magistrum Nicolaum Harsz tanquam procuratorem nobilis dni Petri Kussy ad horam presentis diei ad instanciam honorabilis Leonardi in Podhaycze plebani et sui procuratoris ad videndum et audiendum sentenciam diffinitivam ferri et pronunciari. Et dominus in contumaciam dicti Nicolai Harsz procuratoris dni Petri tulit et in scriptis pronunciavit.

CCCLXXVI. Veneris penultima mensis Maii infra octavas Corporis Cristi (30 maja 1494).

1277. Providus Iohannes consul de Colomya et sutor cum aliis sutoribus, sutellis artis sartorie, cavendo pro eorum ratihabicione, constituit in suum procuratorem dnum Andream Bochnya in causa, quam movere intendit honorabili et religioso Iohanni priori conventus de eadem Colomya occasione cuiusdam calicis, dans *etc.* Et ibidem constitutus religiosus Iohannes prior de Colomya constituit in suum procuratorem magistrum Nico-

laum Harsz contra et adversus Iohannem de Colomya sutorem, totam communitatem sutorum in Colomya, ut in forma meliori.

1278. Iohannes consul et sutor de Colomya et nomine fratrum sociorum sutellorum per suum procuratorem proponendo petit calicem deauratum cum patena ab honorabili et religioso Iohanne priore de Colomya et ornatum mutuatum, quem dictus dnus Iohanes prior de sua custodia apud dictam fraternitatem mutuavit et de sacria recepit, in valore viginti florenorum et quinque, de sua custodia et sacristia recipiendo, fratri alteri dedit et mutuavit, et dum requisitus dnus prior de calice et ornatu per consules et fratres artis sutorie, quod calix in ecclesia non apparet nec videtur, predictus prior coram consulibus ibidem vocatus comparens dixit satisfacere pro dampno et obligavit se pro festo Penthecostes valorem totidem in argento reponere, quod usque modo non dedit neque complevit, petens valorem istius calicis et ornati ad solvendum cogi et compelli. In presencia magistri Nicolai Harsz procuratoris deliberantis ad quindenam et offerentis se responsurum et protestantis de reconveniendo. Presentibus honorabilibus dnis | Ki- [471r]
liano canonico, Paulo, Casparo viccariis. Et ibidem Iohannes prior obligatur de parendo et stando iuri et iudicato solvendo, non recedendo ab appellacionibus, et ibidem dnus Iohannes prestitit iuramentum de calumpnia vitanda.

CCCLXXVII. Lune secunda mensis Iunii infra octavas Corporis Cristi (2 czerwca 1494).

1279. Discretus Mathias presbiter gracialis de mandato domini retulit se citasse magistrum Andream tanquam procuratorem providi Iohannis consulis de Colomya et tote fraternitatis sutorum de ibidem ad videndum reconveniri ad horam presentis diei ad instanciam magistri Nicolai Harsz procuratoris religiosi Iohannis prioris conventus Corporis Christi de Colomya. Et ibidem frater Iohannes prior de Colomya ordinis Predicatorum beneficio reconvencionis proponit contra providum Iohannem sutorem de ibidem, quod temporibus retroactis anni presentis ibidem in Colomya animo iniuriandi resolutis labiis ipsum actorem dictus reus minus iuste diffamavit et confundit in confusionem sui ordinis et non modicam iniuriam, appellando ipsum latronem, dilapidatorem facultatem conventus et ecclesie, rap-

torem feminarum et earundem violatorem, petens eundem reum inscribi ad penam talionis vel super premissis responderi, et si negatum fuerit, petit se ad probandum admitti, et hanc infamiam iniuriam et confusionem extimat dictus actor per procuratorem ad ducentos florenos hungaricales, mallens tantum et plus perdere, quam huiusmodi iniuriam pati, in contumaciam partis ad hoc citate. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Kiliano canonico, Nicolao custode ordinis sancti Dominici, Stanislao de Colomya c ve.

1280. Nobilis Stanislaus Carnkowsky heres de Smygrod apud acta personaliter constitutus recognoscendo debitum florenos quinque certi debiti honorabili et religioso Nicolao custodi Leopoliensi ordinis fratrum Minorum ecclesie sancte Crucis eosdem pro festo Nativitatis gloriosissime Virginis Marie proxime affuturo sub excomunicacionum et interdicti penis dicto dno custodi et suo conventui solvere et complere obligatur. Pro quorum complecione et solucione fienda per honorabilem Paulum Geruch est monitus, ut si et inquantum pro dicta rata solucionem quoquomodo adimplere neglexerit, extunc prima die iuridica post festum Nativitatis Marie coram dno officiali comparebit ad videndum et audiendum se sentencias excomunicacionum incidisse declarari. Presentibus discretis dnis Adam baccalario, Paulo informatore noviciorum ad Corpus Christi, Martino Belsky, Mathia ministro ecclesie in Czesky.

1281. Iohannis sutoris de Colomya procurator magister Andreas Bochnya citatus per discretum Paulum relacione facta ad instanciam fratris Iohannis de Colomya ad respondendum proposicioni, qui deliberatus obtulit se pari passu responsurum. Presentibus.

CCCLXXVIII. Mercurii quarta mensis Iunii infra octavas Corporis Cristi (4 czerwca 1494).

1282. Nobilis Albertus Dobrowsky per se constituit in suum procuratorem dnum Paulum Geruch viccarium Leopoliensem in causa matrimoniali, quam sibi movet seu movere vult et intendit nobilis Barbara Gluchowska consors sua, dans
[472] *etc.* Et ibidem | dicta dna Barbara actrix a simili solenniter constituit et ordinavit in suum actorem et procuratorem magistrum Nicolaum Harsz contra dictum maritum suum, prout

merita causarum exigunt. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Kiliano canonico, Iacobo ad sanctum Stanislaum extra muros.

1283. Nobilis Barbara Gluchowska, petens divorcium in parte seperari a suo marito nobili Alberto Dobrowsky a mutua servitute et cohabitacione coniugalis debiti, obiicit sibi crimen adulterii, quo mediante ab ea discessit thori legittima contractione, fornicando et adulterando cum suspectis mulieribus in domo suspecta lupanari, prout visus est, offerens se dicta actrix probaturam et petens se ad probandum admitti. Et insuper in hodiernum diem alteri mulieri adherendo et adulterando et in vim comminacionis cruciatus corporis et interitus in mortem dictus reus ipsam actricem privavit et ei recepit suarum facultatum marcas septem census, totidem pro tritico, sex boves, unam iuvencam, quinque equos et pro homine interfecto quinque marcas et vestimentum alias *szubam* novi coloris subductam vulpibus valoris sex marcarum, et molendinum valoris X marcarum destruxit et dilapidavit, emolimenta pro se usurpando, tanquam insidiator matrimonialis federis, petens premissa compelli ad restituendum dicta actrix, casu quo divorcium subsequetur. In presencia ex adverso dicti rei Alberti et sui procuratoris petentis ad deliberandum ad octavam et protestantis de reconveniendo. Presentibus.

CCCLXXIX. Veneris sexta mensis Iunii (6 czerwca 1494).

1284. In causa magistri Bernardi rectoris scole Leopoliensis pro puero dnus Nicolaus Goldacz sentencias excomunicacionis per dominum incidisse declaratur pro eo, quod iuxta intercessionem dni Stanislai Iaryczowsky et Nicolai Arnasti consulis Leopoliensis puerum pro termino prefixo sibi et limitato non statuit. In presencia Allexii eiusdem Nicolai Goldacz nuncii allegantis dominum suum pro maiori negocio habere actionem in terminis particularibus terrestribus in Halycz et petentis terminum ulteriorem prorogari, et dominus non consenciente parte sentencias excomunicacionum contra dictum Goldacz Nicolaum ad instanciam magistri Bernardi tulit et decrevit in forma iuris solita et fieri consueta. Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Kiliano canonico, Barnaba, Paulo, Iacobo, Nicolao viccariis Leopoliensibus, testibus circa premissa.

CCCLXXX. Mercurii XI mensis Iunii ante festum et diem sancti Anthonii (11 czerwca 1494).

1285. Discretus Iohannes quondam in Prussy plebanus retulit se citasse magistrum Nicolaum Harsz tanquam [*procuratorem*][1] nobilis Barbare Golochowska ad horam presentis diei ad instanciam nobilis Alberti Dobrowsky et sui procuratoris ad videndum reconveniri, quem ibidem certo libello reconvencionali reconvenit procuratorem magistrum Nicolaum Harsz, qui petivit copiam deliberandi ad quindenam, et obtinuit. Et ibidem Paulus Geruch animo litem legitime contestandi, prout terminus requirit, ad proposicionem dicte Barbare respondit super articulo criminis adulterii per verbum non credit, et similiter ad sequentem articulum, ad tercium de peccunia septem marcarum census affirmat unum florenum recepisse, residuum non credit, quantum autem ad peccora et equos respondet se astrictum dictus reus caucione fideiussoria in iure seculari per vice-
[472v] capitaneum Leopoliensem | ad statuendum eundem die tercia post felicem adventum dni capitanei Leopoliensis Leopolim ingressum, in presencia Nicolai Harsz recedentis a foro seculari, quantum autem ad trabeam alias *szuba* respondet reus Albertus sibi fuisse donatam per actricem Barbaram ante contractum copule, quantum autem ad molendinum et emolimenta respondet per verbum non credit. In presencia dicte Barbare procuratoris, habentis pro responso et petentis pronunciari super confessatis et super residuo ad probandum admitti pro omnibus dilacionibus. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Stanislao Czaldyk, Mathia, Iacobo viccariis, Iacobo ad sanctum Stanislaum, Iohanne de Sambor, testibus circa premissa.

1286. Nobilis dnus Sigismundus de Nyczbork per se et nomine suo ante prolacionem sentencie diffinitive, ad quam personaliter apprehensus citatus fuit, constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsz in causa, quam sibi movent honorabilis Iohannes Calynsky plebanus et providi consules tutores in Trebowla occasione cuiusdam peccunie testamentarie, dans *etc.* Presentibus.

1287. Nobilis Iacobus Hermanowsky executor testamenti

[1] W rkp. opuszczono.

olim nobilis Helene Szwathkowa de Hermanow matris sue, tenens et habens suis in manibus quandam cartam papiream, testamentum sive ultimam voluntatem in se continentem prefate Helene matris sue per discretum Mathiam presbiterum tunc in Wyssnyany viccarium conscriptam, petivit illam ad acta introduci et ingrossari et confirmari. Et dnus officialis Leopoliensis revisa huiusmodi testatricis ultima voluntate mandavit ad acta introduci et inscribi et si liberet parti, in publicam formam redigi. Cuius quidem testamenti tenor sequitur:

Anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto dominico die Reminiscere (*23 lutego 1494*) nobilis Helena Swathkowa Hermanowska, sana mente et corpore existens et memorie, in suum executorem et tutorem nobilem Iacobum Hermanowsky filium suum elegit et deputavit ac ordinavit, rogans eundem pure propter Deum, quod esset tutor filie dicte Helene sororis germane Iacobi Heduigis nomine et Helene neptis, quas in manus ipsius et curam et nulli alteri commisit cum maximis peticionibus, ut genitrix natum suum. Item primo pro anima sua pretextam alias *thkanka* cum margaritis ornatam, que in cistula apud dnum Stanislaum notarium servata est, ad humerale ad Corpus Christi legavit post mortem suam. Item circa Martinissam carnificis uxorem duas cisticulas demonstravit depositas, in una duo coclearia argentea in sexagena et quatuor grossis invadiata et in alia cuppam alias *kubek* Iacobi filii sui et trinum Pater noster, unum coralinum et duo *burstynowe*, et duo *valy szerpanow* et de serico duas ladras fuisse servatas declaravit et demonstravit. Item peccuniam, quam dnus Bobowsky eidem tenetur, non propriam, sed Iacobi Hermanowsky filii sui declaravit, quam eidem recipiendam commisit, prout eciam Martino filio suo defuncto eandem dederat. Item Heduigi filie sue marcas decem super Hychnathova legavit et ultra dicta testatrix dotalicium suum super Szwathek viro suo post eam receptum dicte Heduigi filie dedit et legavit. Item omnia alia omnia sua propria Iacobo filio commisit. Item circa Bochdan presbiterum armenicalem marcas decem debitas Iacobo filio suo legavit. Presentibus providis Iohanne, Stanislao kmethone, Andrea et me Mathia presbitero, qui omnia conscripsi etc. |

Post cuiusquidem testamenti ingrossacionem et exemplificacionem prefatus dnus Iacobus petivit prefatum testamentum [473]

in omnibus suis punctis et clausulis, condicionibus ratificari, confirmari. Et dnus officialis Leopoliensis huiusmodi peticioni iuste et racioni annuendo ratificavit et confirmavit et omnia in eo contenta ecclesiastice emunitati approbavit et communivit. Presentibus.

1288. Honorabilis Iacobus ecclesie Leopoliensis viccarius proponendo petit pro servicio missarum, quas legebat in ara per olim patrem honeste Agnetis Zarogowska fundata, et florenos quatuordecim olim Nicolao Zarogowski marito suo mutuatos, petens ad solucionem cogi et compelli. In presencia eiusdem Agnetis per Nicolaum suum filium petentis ad deliberandum ad quindenam, et obtinuit. Presentibus.

1289. Nobilis Iaczymirska relicta protestata est de diligencia termini contra honestam Katherinam Goldzanka de Moszczyska et Stanislaum patrem eiusdem in termino nichil facientes. Et hoc Lune IX mensis Iunii.

CCCLXXXI. Veneris XIII mensis Iunii, ipso die sancti Anthonii (13 czerwca 1494).

1290. Zophia de Culykow mulier petit Martinum compelli ad consumandum matrimonium, prout secum per verba de presenti contraxit medio iuramento, dicendo: ducam te in uxorem meam, propter quod iuramentum consensit eidem in copulam carnalem, cum qua tunc carnaliter cohabitavit et ex eo prolem suscepit, quod ipse Martinus senciens ipsam gravidam eam percussit et ad lapides deiecit, per quam percussionem prolem ante tempus pariendi ex ea excussit, et post partum dictus puer mortuus est [1], petens in facie ecclesie matrimonium [2] cum eo consumari. In presencia dicti Martini negantis narrata, prout narrantur, et hincinde partes prestiterunt iuramentum de calumpnia vitanda, quantum autem de percussione datur ad probandum vel componendum. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Kiliano canonico, Iacobo, Paulo, Nicolao viccariis, Iacobo predicatore Almanorum, Georgio presbitero graciali, Iohanne Bobowsky, Iacobo Hermanowsky, Mathia Kyerdey de Busko cive, testibus circa premissa.

[1] W rkp. dwa razy.
[2] W rkp.: maritum.

1291. Dorothea mulier de Busko petit providum Martinum civem de ibidem, quod iuxta prolem, quam in spem matrimonii ex eo suscepit et quam sic in verbis tenuit, quod eam sibi in uxorem copulare debuit, petens sibi eundem Martinum in maritum in facie ecclesie copulari, consumari et contrahi, et confitentis publice eum sibi nolle pro marito habere. In presencia eiusdem Martini petentis ad deliberandum ad quindenam, et obtinuit, et protestantis de reconveniendo. Presentibus.

1292. Martinus de Culykow redimendo lites et controversias cum Zophia muliere quoquomodo motas et suscitatas, quatuordecim grossos dicte Dorothee [1] sub excomunicacionum penis pro festo sancti Iacobi solvere obligatur. Et ibidem dictus Martinus iuravit, quod Dorothee nunquam in matrimonium vovit ducere, et de omnibus controversiis ipsum Martinum libere dimisit et absolvit. |

CCCLXXXII. Lune XVI mensis Iunii (16 czerwca 1494). [473v]

1293. Fratris Iohannis prioris de Colomya, prout terminus requirit, procurator ad proposicionem providi Iohannis sutoris de ibidem respondendo animo litem legitime contestandi respondet: in primis super calice et patena petito per verbum non credit, quod aliquando dictum calicem dictus prior apud olim fraternitatem sutorum mutuasset, hoc affirmato, quod calicem cum patena per fraternitatem comparatum servabatur in sacristia cum ceteris apparamentis et frater unus conventualis sine voluntate prioris calicem recepit et submersit, in quo dictum dampnum recuperari debet et non in priore, qui non est in culpa, et ob hoc ob indebitum tractum tenetur absolvi ab instancia partis. Deveniendo ad crucem submersam procurator respondet per verbum non credit eam fore fraternitatis, sed illam affirmat fuisse ecclesie ab antiquis temporibus, cuius damnum prior recuperat in ipso fratre, qui dedit dampni occasionem. Et de ceteris in proposicione contentis respondet procurator per verbum non credit ipsa ornamenta fore fraternitatis sed ecclesie, cui sunt restituta, dempto calice et patena cum cruce argenteis, de quibus presumitur presumcione probabili, quod per fraternitatem occupantur, quod procurator offert se proba-

[1] Imię to wpisano widocznie przez omyłkę nad przekreślonem »Zophie«.

turum, petens se ad probandum admitti. In presencia Andree Bochnya, procuratoris dicti Iohannis et fraternitatis, replicantis, quod calix et crux sunt fraternitatis sutorum, que tenebantur in ecclesia et in custodia prioris pro tempore existentis, que de manibus eius fraternitas requirit et non de alterius fratris conventualis, de quo fraternitas calicem non requirit, sed a dno priore. Et Andreas offert se probaturum, quod calix et crux sunt proprie per fraternitatem comparata, que sunt de custodia dicti custodis deperdita. Ex adverso Nicolao Harsch procuratore duplicante, quod crux fuit ecclesie et non fraternitatis a temporibus antiquis, quod offert se probaturum cum ceteris ornamentis. Et datur hincinde ad probandum pro omnibus dilacionibus. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Kyliano, Iohanne Parznyowsky canonicis, Iacobo predicatore Almanorum, Paulo Geruch viccario, Leonardo in Cosczeyow plebano. Et ibidem magister Andreas Bochnya procuratorio nomine predicti Iohannis sutoris de Colomya ad proposicionem dni prioris respondendo, animo litem legitime contestando. negavit narrata, prout narrantur, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus. Presentibus.

CCCLXXXIII. Mercurii XVIII mensis Iunii (18 czerwca 1494).

1294. Katherina puella de Iavorow querulose proponit, quod genitrix eiusdem, Anna nomine, ante annos nubiles nec habentem annos discrecionis cuidam Alberto de eadem Iavorow Rzepylowycz desponsavit et sponsalia per interpretacionem alterius mulieris circa contractum in facie ecclesie contraxit de facto, petens ab eodem Alberto se tanquam coacta seperari et ab eius potestate liberari. In presencia Nicolai Harsz procuratoris dicti Alberti ad hoc constituti, petentis ad deliberandum ad quindenam, et obtinuit. Et ibidem dominus de securitate hincinde parcium vite penam centum sexagenas interposuit et vallavit. Presentibus honorabilibus dnis Iohanne Parznyowsky, Barnaba canonicis, Nicolao Brodawka, Andrea Bochnya presbiteris gracialibus.

1295. Albertus Rzepylowycz constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsz in causa, quam sibi movere intendit Katherina sua, ut in forma meliori. Presentibus.

1296. Petrus Zyenyowycz de Sczyrzecz neophita in causa [474]
matrimoniali per Margaretham filiam Haczyna Rutheni mota absolvitur ab instancia et impeticione, expensis et fatigis reservatis et impost taxandis. Presentibus.

CCCLXXXIV. Veneris XX mensis Iunii (20 czerwca 1494).

1297. Iohannis Calynsky plebani et providorum consulum et tutorum ecclesie in Trebowla cum nobili dno Sigismundo [1] de Nyczbork testamentaria in causa dominus moderacione previa expensas ad duas marcas taxavit, processus opportunos et necessarios decrevit et sentenciam debite execucioni demandavit, Paulo Geruch procuratore dictorum actorum instante. In presencia magistri Nicolai Harsz, procuratoris dicti Sigismundi, ad hoc citati per discretum Stanislaum Czaldyk, altaristam Leopoliensem, relacione facta. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Iacobo, Nicolao Manczykal, Casparo viccariis.

1298. Stanislai scolaris de Wassiczin cum nobili Iwasko Balaban de Strathyn in causa dominus iuxta dependenciam termini dicta testium publicavit et copias partibus habere volentibus decrevit in contumaciam dicti Balaban ad hoc certo processu cittatorio legittime citato, dno Matheo baccalario plebano in Rohatyn suis literis testificante ipsum Balaban cittatorium de manibus executoris recepisse. Et dominus obtulit se partibus iusticiam facturum recollectus et deliberatus. Presentibus.

1299. In causa testamenti olim Miclasz de Byelka et Anne sue consortis discretus Iacobus procurator Iohannis Lissek de Dunayow excipiendo allegavit testamentum esse inofficiosum et falsum, taliter qualiter confectum, nec coram presencia testium ibidem inscriptorum est factum, petens illud repelli et residuum debiti eiusdem Nicolai defuncti consortem dicti Nicolai ad solvendum cogi et compelli. In presencia Pauli Geruch procuratoris dicte Anne, offerentis se probaturum legittimum testamentum fuisse factum, et datur pro omnibus dilacionibus ad probandum. Presentibus.

1300. Iohannes notarius dni Lasky Ioannis Cracoviensis et Gneznensis canonici, filius dni doctoris cirologi, per se constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsz in

[1] W rkp.: Sigisigismundo.

causa, quam movere vult et intendit cuidam Ioanni Smyothanka braseatori de Leopoli occasione percussionis et violencie sibi facte et illate, dans *etc.* Presentibus honorabilibus Iohanne mansionario, Iacobo predicatore Almanorum, Iohanne Lasky, testibus circa premissa.

CCCLXXXV. Lune XXIII mensis Iunii, in vigilia sancti Iohannis Baptiste (23 czerwca 1494).

1301. Honorabilis Florianus in Stareschyolo plebanus ad proposicionem providi Iost muratoris respondendo animo litem legitime contestandi allegavit solucionem Clementi fuisse factam eius socio, cum quo labores convenit, videlicet duos florenos cum medio pro ciborio et altari nondum completo, et hoc ex eo, quia idem Iost murator socius Clementis versus Valachiam discesserat nec ibi laborem perficiebat, nisi Clemens, cui facta
[474v] est solucio tanquam penes laborem presenti. Fornax | cum tectura debuit aduc muniri et ibi duo floreni cum medio debent defalcari, medium achtuale cervisie, carnes suu[*m*] et medius trunctus(!) farine sunt familiaribus, qui cum Clemente laborabant, data, quod se offert pro omnibus dilacionibus probaturum. In presencia ex adverso Nicolai Harsz procuratoris dicti Iost, qui replicabit in octava, non recedendo a sua intencione. Presentibus honorabilibus dnis Andrea in Pyeklykowsky plebano, Stanislao Czauldyk, Andrea Bochnya, Mathia Bar, testibus.

1302. In causa honeste dne Dorothee consortis Nicolai Abrek civis Leopoliensis sopitis omnibus et singulis controversis et differenciis occasione triginta marcarum, quod pro dote honestus dnus Arnastus baccalarius de Leopoli tenebatur, illud debitum ad acta castrensia super villam suam Sroky inscripsit, et dum termini particulares terrestres celebrati fuerint, eandem obligacionem et composicionem ad acta terrestria dne Dorothee sorori sue inducere et inscribere tenebitur, et his iam sopitis, dicto fratri suo Arnasto consensit in absolucionem.

1303. Florianus in Stareschyolo plebanus constituit in suos veros et legittimos procuratores honorabiles Andream Bochnya et Paulum Geruch in omnibus suis causis, quas habet vel habiturus est cum quibuscunque personis status, condicionis utriusque, et signanter contra quendam Iost, dans *etc.* Presentibus.

1304. Dorothea olim consors Martini vectoris de Leopoli petit quatuor florenos pro curru ferro cum rotis circumcusis ab honorabili Martino in Thissmyencza plebano, quem currum maritus eius olim Martinus dno plebano in uno floreno invadiaverat, et illum currum volens prefata Dorothea redimere gso dno Andree Procopowycz de Strzelcze pro quinque florenis vendidit, pro quo curru dictus dnus Andreas [*per*] [1] servum proprium pro redemcione dicti currus unum florenum dno Martino misit, quem dnus Martinus plebanus suscipere noluit dicens, propior sum ego currum solvere, quia iam res in eo propter inimicos imminentes res ecclesie ad locum securum in Halycz reducere debeo. Dorothea instante et allegante, quod ego currum dudum ante tempus dno Andree vendidi et volo meum currum rehabere, dnus vero Martinus plebanus negavit, quod sibi aliquando florenum pro curru invadiato dnus Andreas per se vel per suum nuncium misisset. Et hincinde partes medio iuramento ad recognoscendum remiserunt ad deposicionem dni Andree, quod tempestive florenum dnus Andreas dno Martino pro curru misit, et datur ad deposicionem dni Andree pro omnibus dilacionibus. Presentibus.

CCCLXXXVI Mercurii XXV mensis Iunii, in crastino sancti Iohannis Baptiste (25 czerwca 1494).

1305. Barbare Gluchowska procurator ad l bellum ex adverso reconvencionalem nobilis Alberti Dobrowski respondendo animo litem legittime contestandi, protestando de iuramento calumpnie, negavit narrata, prout narrantur, salvo eo, quod dictus Albertus exposuit marcam necessario exponibilem pro nupciis et anulum, | quo dictam dnam Barbaram subarravit, in valore [475]
medii floreni, quem sibi dnus Paulus Pyeczyhosky iocando dedit et deposuit, et presumitur, quod sibi adversario non latet, quod dicta respondens probare vult. In presencia Pauli Geruch procuratoris ex adverso habentis pro responso, et datur hincinde partibus ad probandum pro omnibus dilacionibus. Presentibus honorabilibus dnis Iacobo, Nicolao Maczykal viccariis, Andrea Bochnya, Martino in Thissmyencza plebano, testibus circa premissa.

[1] W rkp. opuszczono.

1306. Stanislai in Boscz plebani procurator proponendo petit ab ingenioso Bartholomeo quondam ministro de ibidem duo rasoria, que inventa sunt apud eum, pro quibus dictus plebanus per quendam barbitonsorem dni Iaslowyeczsky inculpatur, valoris octo grossorum. Item post licenciacionem ipsi Bartholomeo datam ecclesiam plebanus sua sera speciali clauserat, quam ipse Bartholomeus vi repercussit et ecclesiam apperuit, quam violenciam extimat ad centum florenos. Item dictus reus citatus ipsum plebanum coram probis hominibus in opido Boscz ambulando hincinde verbis turpibus et infamatoriis, que non licent probo homini loqui, infamavit et dehonestavit, quam infamiam dictus procurator extimat ad centum florenos, petens ipsum ad solvendum petita cogi et compelli. In presencia eiusdem Bartholomei animo litem legitime contestandi negantis narrata, prout narrantur quantum ad rasoria, quantum vero ad infamiam respondit sibi dedisse et respondisse verba pro verbis, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus. Et ibidem dictus Bartholomeus minister reconveniendo proponit contra dnum Stanislaum plebanum in Boscz, quia feria quarta ante festum sancti Ioannis Baptiste anno presenti *(18. czerwca)* coram probis hominibus ipsum in opido Boscz publice infamavit et deturpavit, furem appellando et nominando, quomodo ipsius res domesticas de domo subtraxisset et deportasset, quam infamiam ad centum florenos extimat, petens ipsum in eisdem puniri et ad solvendum cogi. In presencia magistri Andree Bochnya procuratoris plebani, qui deliberatus in quindena respondebit, dicto magistro Andrea Bochnya ad hoc citato per discretum Casparum viccarium Leopoliensem relacione facta. Presentibus.

1307. Ingeniosorum Nicolai in Thissmyencza ministri et Iohannis Pyffko de Leopoli, sopitis omnibus differenciis et discordiis, quoquomodo subortis occasione Alexandri apud Fennam Falconis consortem invadiati expensisque ex inde secutis, propter bonum pacis hincinde partes mutuas expensas compensando concordaverunt et mutuum consensum ad hoc dando, omnibus excepcionibus, appellacionibus, dilacionibus, dolum in se importantibus, directe vel indirecte, procul motis et penitus exclusis. Presentibus discretis Martino Romano, Casparo Szuranik viccariis, testibus circa premissa.

1308. Discretus Paulus Geruch viccarius de mandato do-

mini retulit se citasse honorabilem Martinum plebanum de Thissmyencza ad horam presentis diei vesperorum ad instanciam Alberti balneatoris et sui procuratoris Nicolai Harsz ad hoc constituti. Albertus balneator proponit contra discretum Martinum plebanum de Thissmyencza, quomodo ipse non ignorans dictum Albertum contraxisse sponsalia cum quadam ancilla Dorothea in vim futurarum bannarum, quas nondum premiserat in ecclesia | publicari dictus actor, extunc dictus plebanus, [475v] his premissis non attentis, de quibus bonam scienciam habuit, extunc in scandalum christiane religionis cum alio sponso Thoma molendinatore in facie ecclesie ausus est copulare et copulavit in iniuriam [1] dicti actoris et offensionem sedis Leopoliensis, quam iniuriam procurator nomine sui principalis extimat ad decem marcas, et nomine ecclesie metropolitane ad penam in statutis expressam, offerens se probaturum et petens eum in dicta summa condempnari. In presencia cuius petentis ad deliberandum ad quindenam, et obtinuit. Presentibus.

CCCLXXXVII. Veneris antepenultima [2] *Iunii ante festum sanctorum Petri et Pauli apostolorum* (27 czerwca 1494).

1309. Nobilis Heduigis de Hermanow olim filia nobilis Helene Szwathkowa apud acta constituta, ratificando testamentum sue genitricis, constituit et solenniter ordinavit in suum tutorem nobilem Iacobum Hermanowski, fratrem suum germanum, dans et concedens sibi in omnibus potestatem peccunias et bona sive res post matrem suam derelictas tenendum, habendum, gubernandum et possidendum, usque ad finem vite sue disponendum, prout melius et utilius poterit sibi expedire. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Iacobo, Stanislao, Nicolao, Paulo ecclesie Leopoliensis viccariis, Iacobo predicatore Almanorum.

1310. Albertus balneator constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsz in causa, quam movet seu movere vult et intendit honeste Dorothee et discreto Martino plebano de Thissmyencza, dans *etc.* Presentibus.

[1] W rkp. iuriam.
[2] Mylnie, powinno być: XXVII.

CCCLXXXVIII. Lune ultima mensis Iunii, in crastino sanctorum Petri et Pauli apostolorum (30 czerwca 1494).

1311. Iost muratoris procurator et nomine procuratorio replicat ad responsiones pridem datas Floriani plebani de Stareschyolo verbo et generaliter contradicendo, subiungens ad allegatam solucionem Clementi ut asseritur factam perseveranti circa laborem, quod dictus Iost tanquam magister et qui convenit cum Floriano laborem et manu propria ciborium sculpsit, misit et providit duos famulos artis muratorie in Stareschyolo et cuilibet eorum septimanatim per viginti grossos trium septimanarum solvit, et ita non fuit opus aliquid solvere dicte familie, quia ipsis pro tanto precio ordinatis nulle dantur expense, quod dictus Iost offert se probaturum, referens se ad socios sue artis, sed que convenit cum Floriano, ipso iure pro sua persona cedunt Quantum ad fornacem replicat, quod tenebatur sibi dictus Iost duos lapides sive tabulas pro tectura fornacis imponere super duo *sztossy* et ipse Florianus asseruit hoc non velle habere, pro quo sibi defalcat dictus Iost medium florenum, petens se ad probandum admitti. In presencia Andree Bochnya ex adverso procuratoris verbo et generaliter duplicantis, petentis suam intencionem ad probandum admitti, et datur hincinde pro omnibus dilacionibus. Presentibus discretis Iacobo predicatore Almanorum et Georgio graciali.

1312. Petrus minister ecclesie in Prussy grossos quatuor Anne de Culykow occasione expensarum et fatigarum ex decreto domini in octava sub excomunicacionum penis solvere obligatur. Presentibus. |

[476] *CCCLXXXIX. Veneris quarta mensis Iulii post festum sancti Petri* (4 lipca 1494).

1313. In causa Katherine ancille, filie Thome Otharthy de Iavorow, cum Alberto laico de ibidem datur terminus ad reverendissimum dnum archiepiscopum ad suum felicem adventum infra octo dies ad revidendum et decidendum super matrimonio nondum nubiles annos et pubertatis habentem. Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Kiliano, Barnaba canonicis, Paulo Geruch, Iacobo viccariis, Andrea Bochnya.

1314. Zophia Petri Thokarz filia de Grodek constituit in

suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsz in causa matrimoniali, quam movet seu movere vult et intendit Stanislao suburbano de ibidem, dans *etc.* Et ibidem Zophia per suum procuratorem proponit contra dictum Stanislaum reum ex adverso obiiciens sibi impedimentum impotencie coeundi, cum eidem adherebat tanquam marito a quatuor annis vel citra, nec eam cognovit dictus impotens conmixtione carnali sui membri in eius membrum imposicione, propter quem defectum et impedimentum petit ab eo seperari iuxta canonica instituta. In presencia dicti Stanislai ad hoc citati ex adverso negantis narrata, prout narrantur, et dicentis reddere debitum tanquam vir uxori, et datur ad probandum mulieri incorrupcionem et viro recuperandi sui actus potenciam coram persona ad hoc deputata, pro omnibus dilacionibus. Et hincinde partes iuraverunt de calumpnia vitanda.

CCCXC. Lune VII mensis Iulii ante festum sancti Kiliani (7 lipca 1494).

1315. Iohannis Lubanski partis appellate in causa appellacionis matrimonialis, quam sibi movet nobilis Heduigis de Myczow ut asseritur consors sua pars appellans, comparens personaliter in termino post citacionem primam per edictum et eius satisfactionem honorabilis Albertus altarista de Lublyn tanquam nuncius dicti Ioannis Lubansky, cavens de ratihabicione mandati eiusdem, petivit se restitui in pristinum statum cause, petens copias appellacionis et aliarum diligenciarum et terminum dicendi contra, et obtinuit ad primam iuris post vaccancias, et ibidem producet mandatum ad causam per se vel per subordinatam personam cum sua defensione. In presencia ex adverso magistri Andree Bochnya prebente suum ad id consensum, alias ob defectum defensionis dicti Ioannis Lubansky dominus procederet ad ulteriora. Presentibus honorabilibus et discretis Paulo Geruch, Nicolao Manczykal viccariis, Paulo in Zelechow plebano.

1316. Iohannes Smyothanka braseator de Leopoli ad intencionem Iohannis Ieronimi de Cracovia notarii animo litem legittime contestando negavit narrata, prout narrantur, petens petita fieri non debere, et datur ad probandum vel deferendum pro omnibus dilacionibus. Presentibus.

1317. Ingenioso Stanislao de Wassiczyn scolari et Iwasko Balaban de Stratyn prorogatur terminus ipsorum cause ad reverendissimum in Christo patrem dnum Andream Dei gracia archiepiscopum Leopoliensem in sue paternitatis adventu felici ad festum sancti Bartholomei. Et si casu quo sua paternitas [476v] reverendissima | pro dicto termino non constituetur, extunc partes idem faciendi alias ad videndum et audiendum sentenciam diffinitivam et voluntatem domini pronunciari post festum sancti Bartholomei comparebunt. Ad premissa omnia et singula dictus Balaban est citatus per honorabilem Nicolaum in Zimnawoda plebanum relacione facta. Presentibus.

CCCXCI. Mercurii IX mensis Iulii ante festum sancte Margarethe proxima (9 lipca 1494).

1318. Paulus artis muratorie famulus testis inductus iuravit pro parte Iost in contumaciam partis dni Floriani plebani de Stareschyolo et in presencia Pauli procuratoris dicti [1] Floriani ad hoc citati. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Iacobo viccario, Iordano, Nicolao Harsz, Georgio presbitero graciali.

1319. Martinus plebanus de Thissmyencza per suum procuratorem dnum Paulum animo litem legittime contestandi negavit narrata, prout narrantur, hoc allegato, quod cum Thoma molendinatore de Thissmyencza premissit banna priori sponso Dorothee, quam fuit dictus Albertus balneator actor, et cum eodem Thoma eam [2] in facie ecclesie copulavit. In presencia ex adverso Nicolai Harsz replicantis procuratoris dicti Alberti, asserentis eundem esse priorem sponsum, quod plebanus scivit, eciam dato, quod esset subsequens, non tamen eundem Thomam copulare debuit sine discussione iudicii, et datur ad probandum partibus hincinde pro omnibus dilacionibus.

1320. Nobilis Petrus de Wynnyky constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsz contra reverendum dnum Petrum Lessyowsky tanquam plebanum de Culykow in causa, quam sibi dictus dnus Lessyowsky movet, dans *etc.* Et datur ad probandum dno episcopo super verificacione monicionis

[1] W rkp. dwa razy: dicti.
[2] W rkp.: eum.

et execucionis eiusdem ad primam diem iuris, qui obiecit sentencias dicto Petro.

1321. Circumspectus Iordanus procurator et nomine procuratorio nobilis dne Heduigis de Myczow consortis Ioannis Lubansky de expensis [1] et impensis et de retardacione processus cause, quod prefatus Iohannes Lubansky nuncium privatum et ignotum, cui fides non potuit adhiberi, sine mandato instrumenti misit, dnum Albertum presbiterum altaristam de Lublyn diocesis Cracoviensis, qui in collusionem terminum acceptavit et prorogavit, partem appellantem maioribus expensis involvendo, de quibus procurator partis appellantis petit actionem sibi reservari et dampna, que ipsa dna Heduigis ab Dugyelo deberet pati aut succumbere, in eisdem eciam vult in dicto appellato resartire, de quo solenniter procurator protestatus est.

CCCXCII. Veneris undecima Iulii ante festum sancte Margarethe virginis (11 lipca 1494).

1322. Leonardus plebanus in Podhaycze ad altare in Busko presentatus constituit in suum procuratorem dnum Nicolaum Brodawka presbiterum gracialem presentem ad videndum et audiendum se ad dictum altare peti institui et investiri coram dno loci ordinario aut sue paternitatis in spiritualibus viccario aut aliquo altero ad id potestatem habente, dans et concedens dicto suo procuratori plenum et speciale mandatum, prout merita causarum exigunt et prout alias in | forma meliori. [477]
Presentibus honorabilibus et discretis dnis Kiliano, Paulo Geruch, Iacobo, Nicolao viccariis, Georgio de Sambor, Nicolao Harsz, Iordano procuratoribus, testibus circa premissa.

1323. Iohannes plebanus in Prussy retulit se citasse Paulum Geruch tanquam procuratorem dni Floriani plebani in Stareschyolo ad horam presentis diei ad videndum iurare et induci testes in causa vertente inter ipsum dnum Florianum et Iost muratorem. Et ibidem Petrus de Ossyek notarius consistorii Leopoliensis et Wlgangus artis muratorie famulus, testes inducti, in presencia partis procuratoris iuraverunt, protestantis de excipiendo [2] contra dicta et deposiciones huiusmodi testium.

[1] W rkp. wyraz expensis podwójnie.
[2] Te dwa słowa w rkp. podwójnie.

1324. Barbara Goluchowska induxit testem nobilem Paulum Pyeczyhoski, qui iuravit in causa contra Albertum maritum suum.

CCCXCIII. Lune XXI mensis Iulii (21 lipca 1494).

1325. Honorabilis Mathias ad sanctam Katherinam castri minoris mansionarius de mandato domini retulit se citasse providum Laurencium alias Waffro de Grodek opidanum ad horam presentis diei in hospicio eiusdem suburbani Leopoliensis ad instanciam virtuose Barbare Funikowa civis Leopoliensis, qui diucius et ultra horam solitam et consuetam expectatus et non comparens, per actricem iuxta dependenciam termini accusatus, per dominum contumax pronunciatur processuum opportunorum cum decreto. Presentibus discretis Martino Romano, Iacobo et Paulo viccariis Leopoliensibus.

CCCXCIV. Mercurii XXIII mensis Iulii (23 lipca 1494).

1326. Iohannes Smyothanka braseator de Leopoli prestitit calumpnie iuramentum, quod veraciter respondit ad instanciam Iohannis notarii sue peticioni et intencioni calumpnia vitata, ad hoc legittime citatus. Et ibidem ex adverso Iohannes notarius iuravit, quod non calumpniose agit contra adversarium, et cum hoc testes eius Martinus famulus et Marsalcus, in quorum seplementum (!) dictus actor cum eisdem, prestiterunt iuramentum tanquam affuturi testes. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Nicolao Brodawka, Casparo viccario

CCCXCV. Veneris octava mensis Augusti (8 sierpnia 1494).

1327. Providus Martinus Hungarus quondam in Colomya nunc Leopoli moram habens apud acta personaliter recognovit, quod Elena mulier uxor eius est prima et legittima, que a sedecim annis cum Paulo de Sczyrzecz cive receptis sibi bonis commorata est, nunc reconciliata Martino, recepit eam in uxorem suam. Et Paulum dominus a vinculo matrimonii dicte Elene absolvit, votum et licenciam ad alia matrimonialia contrahenda dicto Paulo indulsit, pena sinodali pro domino reservanda. Presentibus dno Nicolao Brodawka et aliis consulibus de Sczyrzecz.

CCCXCVI. Mercurii XX mensis Augusti (20 sierpnia 1494).

1328. Discretus Iohannes capellanus gsi dni Petri de Odnow ex officio dni officialis citatus pro eo, quod rapte virgini de Culykow cum gso dno Bronowsky capitaneo Lubaczouiensi irrequisito plebano copulam dedit et eos bannis non premissis copulavit, prestitit iuramentum de stando iuri, et alias in octava dnum Petrum fideiussorem statuet, quem coram reverendissimo dno archiepiscopo in sue paternitatis reverendissime statuet de pena responsurus, quem et ab officio suspendit etc.

CCCXCVII. Lune XXV mensis Augusti, in crastino sancti Bartholomei apostoli, prima die iuridica audiencia (25 sierpnia 1494). |

1329. Georgius sutor suburbanus Leopoliensis cavendo [477v] pro patre suo Georgio de Koszyelnyky duos truncos cum medio siliginis a quatuor annis retentos et avene duos truncos infra quindecim dies pro dicto patre suo sub excomunicacionum penis solvere dnis canonicis et satisfacere obligatur. Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Kiliano canonico, Nicolao Manczykal, Paulo, Martino Romano viccariis Leopoliensibus, Nicolao Harsz.

1330. Heduigis mulier de Stareschyolo coctrix quondam dni Floriani plebani de ibidem, actrix contra eundem tanquam reum citatum pro termino proponendo, petit ab eo marcas tres occasione servicii duorum annorum sibi exhibiti, seorsum quolibet anno per mediam alteram marcam et [*preter*] [1] hoc telam propter camisias, quam dicta actrix asseruit se elaborasse et quam sibi dictus plebanus recepit. Pro quo servicio postquam monebatur ipse reus, extunc ipsam percussit baculo cambuca ad caput ad sanguinis effusionem et enormiter ledendo, calcando pedibus, per terram volvendo, trahendo, prout sibi reo placuit, in qua percussione dicta actrix abortivit et prolem ut asseruit cum eo conceptam ex ea excussit, quam percussionem et iniuriam extimat dicta actrix ad viginti marcas in ipso reo exigendas iusticia mediante. Item ab eodem reo petit novem florenos sibi ad servandum datos, petens ad solvendum com-

[1] W tem miejscu dziura w kartce rękopisu.

pelli. In presencia ex adverso magistri Pauli deliberantis ad octavam ad respondendum, et obtinuit. Et ibidem prefatus Paulus prefatam Heduigim nomine dicti plebani reconvenit, quod recepit sibi quatuordecim truncos avene in valore duarum marcarum, item recepit sibi de camera pernam lardi, item tres truncos siliginis, valoris medie altere marce, item sedecim ulnas tele, valoris sedecim scotorum sibi ad consuendum camisias datam, petens ad solvendum aut rerum prefatarum per eam sine scitu ipsius venditarum restitucionem. In presencia magistri Nicolai Harsz procuratoris Heduigis, qui pari passu in octava respondebit. Presentibus.

1331. Nicolaus prior ordinis Predicatorum de Trebowla ad instanciam Laurencii opidani de ibidem absolvitur ab instancia termini cum condemnacione in expensis.

1332. Consules et cives de Camyonka ad instanciam discreti Iohannis ministri ecclesie in Zloczow absolvuntur ab instancia termini cum condempnacione in expensis, ad quorum instanciam dictus Iohannes accusatus, per dominum contumax pronunciatur processuum opportunorum cum decreto. Presentibus.

1333. Discretus dnus Gotardus plebanus in Davydow de mandato domini retulit se citasse circumspectos Albertum, altaristam de Lublyn, nobilis dni Iohannis Lubansky appellati et Iordanum dne Heduigis Myczowska appellantis parcium hinc-inde procuratores ad videndum et audiendum per dominum interloqui ad horam presentis diei. Et ibidem dominus in presencia parcium procuratorum interlocutus est et ad recognoscendum sigilla iudicum et remissariorum. Et ibidem procurator dni Iohannis Lubansky recognovit sigilla fuisse intacta, super quibus Albertus portitor de Bruchnal prestitit iuramentum de
[478] fidelitate portandi. Et | hinc-inde parcium predictarum procuratores petiverunt acta instancie prime per compulsoriam extracta et rodale attestacionum apperiri, et dominus apparuit et copias partibus habere volentibus dare decrevit. Presentibus.

1334. Katherina Drabynska de Culykow gravi in querela proponit contra discretum Iacobum in hospitali extra muros moram agentem, ipsam in Premislia tempore nundinarum nulla in re offensus in caput cocleari magno percussit et livida vulnera intulit et semivivam discessit, quam percussionem ad tres

marcas extimat et quartam pro vectura datam, petens ipsum in eisdem puniri et condempnari. In presencia eiusdem dni Iacobi animo litem legittime contestantis negavit narrata, prout narrantur, petens petita fieri non debere, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus. Presentibus.

1335. Anne Pothoczska relicte de Byelka instante procuratore dominus publicavit dicta testium pro parte sua inductorum. In presencia honorabilis Iacobi procuratoris Iohannis Lissek de Dunayow ad hoc citati per dnum Iohannem plebanum in Prussy relacione facta, petentis copias et terminum excipiendi contra testes et eorum dicta, et obtinuit ad quindenam. Presentibus.

CCCXCVIII. Mercurii XXVII mensis Augusti, post festum sancti Bartholomei secunda iuris (27 sierpnia 1494).

1336. Iohannes viccarius in Stry nomine suo constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harz in causa, quam movere intendit honorabilibus et discretis Mathiam plebanum, Bartholomeum viccarium de Vassiczyn, Albertum ministrum ecclesie in ibidem, Iohannem Balkowycz viccarium in Brzosdowcze, Clementem procuratorem dni Danylowycz in Ruda et Margaretham consortem Petrylo de Zudaczow, dans *etc.* Presentibus ibidem honorabilibus et discretis dnis Kiliano canonico, Iohanne mansionario, Mathia Maczyoska, Nicolao Camyenecz, Mathia Bar presbiteris gracialibus.

1337. Discretus Iohannes viccarius in Stry proponit contra Albertum ministrum ecclesie in Wassiczin, quomodo retroactis temporibus, quando purgacionem querebat dictus actor obiecti sibi criminis homicidii, extunc convenit dictum ministrum et ipsum subarravit uno mediente et sibi multrum cervisie emptum statuit, ut sibi literam purgacionis conscriberet et recolligeret, qui se offerens postmodum recusavit et ipsum induxit in dampnum sua recusacione moderacione previa unius fertonis taliter, ut socium de Rohatyn ad locum conduxit suis impensis et fatigis, petens in eo dictum fertonem recuperari, et his malis non contentus expost in Knyehynycze aut ante, ignoratur quo spiritu ductus, expulit eum de hospicio in media nocte vel citra, comminando sibi in percussionem et offensam, et nisi evasisset cautus, fuisset enormiter lesus, quam iniuriam extimat

ad quadraginta marcas, petens convictum puniri taliter, ut pauper
[478v] presbiter expulsus in stabulo dormiebat ad medium noctis. | Et ultra premissa comminabatur dicto actori manu extensa, postquam fuit citatus, ad nocendum et percuciendum, proclamando ipsum fore homicidam. In presencia eiusdem animo litem legittime contestantis, negantis narrata, prout narrantur, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus. Et hincinde partes iuraverunt de calumpnia vitanda. Presentibus.

1338. Nobilis Alberti Dabrowsky testes contra nobilem Barbaram Gluchowska inducti, dominus dicta testium publicavit et copias partibus habere volentibus dare decrevit. In presencia magistri Nicolai Harsz ad hoc citati per discretum Georgium presbiterum gracialem relacione facta, ad horam presentis diei, qui in quindena contra testes et eorum dicta excipiet decreto domini mediante.

1339. Famosus dnus Albertus Wydawsky civis de Poznania personaliter apud acta comparens, matura intra se deliberacione prehabita, honorabili dno Mathia plebano de Wassiczin fratri suo super providis Nicolao pannitonsore dicto Malschalek(!) florenos quindecim hungaricales veri et iusti ponderis et Iohanne sartore fertones septem veri et iusti debiti, prout apodixe sub sigillis eorum debita demonstrant, cessit, donavit et se de eisdem debitis expropriavit, renunciando omni proprietati, eciam omnibus excepcionibus aut appellacionibus, que possent huiusmodi cessionem impedire, procul motis et penitus exclusis. Presentibus honorabilibus dnis Georgio presbitero de hospitali, Iacobo preposito leprosorum, Iordano procuratore, testibus circa premissa.

1340. Honorabilis dnus Mathias in Wassiczyn [1] diocesis Leopoliensis plebanus de mandato domini retulit michi notario actorum presencium se citasse honorabilem Albertum altaristam de Lublyn circa acta personaliter apprehensum tanquam procuratorem nobilis dni Iohannis Lubanski appellati ad instanciam nobilis dne Heduigis Myczowska et sui procuratoris Iordani ad omnes et singulos actus in eadem causa matrimoniali presenti subsecutos et subsequendos, continuatos et continuandos, usque ad sentenciam diffinitivam subsequentes inclusive terminum

[1] W rkp.: Wassiczynczyn.

sibi peremptorie assignandum et eciam ad videndum contra ipsum libellum summarium nomine dicte Heduigis produci in quindena. In presencia eiusdem Alberti citati, exonerantis se ex causa ex certis causis animum suum moventibus. Presentibus.

1341. Mathias plebanus, Bartholomeus viccarius et Albertus minister ecclesie de Wassiczyn constituerunt in suum procuratorem honorabilem Paulum Geruch viccarium Leopoliensem presentem in causa et causis, quam et quas ipsis constituentibus movet seu movere vult et intendit honorabilis Iohannes in Stry viccarius, dantes *etc.* Presentibus.

CCCXCIX. Veneris antepenultima Augusti post festum sancti Bartholomei (29 sierpnia 1494).

1342. Nobilis Heduigis de Myczow per suum procuratorem magistrum Iordanum super confessatis articulis in libello ipsius appellantis positis petivit | dominum sentenciam diffini- [479]
tivam pronunciari et super aliis articulis per procuratorem dni Iohannis Lubansky appellatum iudicialiter negatis petivit se ad probandum admitti et literas remissoriales in personas honorabilium dnorum Stanislai plebani in Szokale et Alberti prepositi hospitalis Belzensis decerni. Et dominus dandum decrevit in contumaciam partis. Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Kiliano, Gregorio Barnabe canonicis, Iohanne, Mathia mansionariis sancte Katherine, Nicolao Brodawka, Georgio presbiteris de hospitali Spiritus Sancti, Andrea Bochnya et Nicolao Harsz procuratoribus consistorii, testibus circa premissa.

1343. Iohannis Monastyrsky et sue consortis Barbare dominus post pronunciacionem sue interlocutorie admisit verificare ipsorum apodixam sive quittanciam per testes ibidem subscriptos pro prima dilacione infra duos menses. In presencia dni Andree Bochnya procuratoris dnorum Iohannis et Victorini de Gologori fratrum germanorum ad hoc consencientis. Et ibidem discretus Nicolaus Brodawka presbiter gracialis de mandato domini retulit se citasse magistrum Nicolaum Harsz tanquam procuratorem prefatorum coniugum, ad horam presentis diei terminum assignando, ad instanciam dni Andree Bochnya procuratoris dominorum de Gologori predictorum ad videndum et audiendum in presenti causa interloqui. Et dominus presentibus

parcium procuratoribus id fieri petentibus in scriptis est interlocutus. Presentibus.

1344. In causa Barbare Goluchowska cum eius adversario Alberto marito testes nobiles Michael Czachrowsky et Laurencius Carasz inducti citati iuraverunt, et alii citati in citacione contenti, accusati pronunciantur contumaces per dominum, videlicet Stanislaus in Curopathnyky dni Szwythacz factor et Stiborius Muchowsky. In presencia dni Pauli Geruch procuratoris Alberti ad omnia consencientis.

1345. Honorabilis Floriani plebani in Stareschyolo testis contra providum Iost muratorem inductus citatus iuravit in contumaciam partis, providus Paulus artis muratorie famulus. Presentibus.

CD. Lune prima mensis Septembris, ipso die sancti Egidii (1 września 1494).

1346. Gsorum Iohannis Monastyrsky et Barbare coniugum in causa testamentaria cum gsis Iohanne et Victorino de Gologori super verificacione quittancie admittitur per dominum dilacio trium mensium pro primis induciis verificari illam testibus. In presencia magistri Andree Bochnya procuratoris dominorum de Gologori literarum opportunarum cum decreto remissorialium in personam dni officialis Gneznensis. Et ibidem obtinuit terminum dicendi contra ratificatum testamentum per dnum Andream productum ad quindenam. Presentibus ibidem honorabilibus et discretis dnis Floriano in Stareschyolo, Leonardo in Podhaycze plebanis, Georgio, Nicolao Brodawka de hospitali presbiteris, Nicolao Manczykal, Paulo Geruch, viccariis Leopoliensibus, testibus circa premissa. |

[479v] **1347.** Georgius viccarius hospitalis Leopoliensis proponit contra honorabilem Leonardum, plebanum in Podhaycze, quomodo ab annis et temporibus retroactis vel citra tribus consumato secum contractu pro stuba quercina, quam dnus plebanus locasse debuit in certo loco de eo, in quo stetit, pro mansionariis futuris, extunc ab eodem actore dictus reus recepit duos florenos, unum in auro et alium in grossis latis, in hanc spem, quod dicta stuba taliter locata, sibi Georgio eciam mansionariam ordinare debuerat apud dnum palatinum, in quem effectum sibi dictam peccuniam dedit, et locacionem stube facere debuerat

infra unam septimanam. Extunc usque post decursum unius anni ipsam stubam locavit et statuit non in loco condictato, sed in propria curia sua et non pro mansionariis, propter quam immutacionem contractus petit restitucionem sue peccunie dictus actor, et casu, quo negatum fuerit, probare intendit. In presencia eiusdem dni Leonardi plebani ad hoc citati per dnum Florianum de Stareschyolo plebanum relacione facta, qui deliberatus in quindena respondebit. Et ibidem constituit in suum procuratorem dnum Andream Bochnya contra predictum dnum Georgium, ut in forma meliori. Presentibus.

1348. Florianus in Stareschyolo plebanus ad proposicionem Heduigis sue coce respondendo negavit narrata, prout narrantur, hoc adiuncto, quod sibi solvit annum servicii unum integrum tunica mediante, quantum autem ad balneamen confessus est proiectum fuisse in fornacem, quantum ad percussionem correctam dixit fuisse tanquam servam, de residuo autem in proposicione contenta negavit narrata, prout narrantur. Ex adverso dicta Heduigis respondendo ad proposicionem dicti plebani, pro avena et siligine asseruit mulier, quod eius animalibus depavit et iumentis, quantum ad tragum nunquam piscabat, duntaxat de mandato plebani, et ita tragum non destruxit, quantum ad papaver respondet per verbum non credit, et ad cetera in proposicione contenta respondet per verbum non credit. Et datur ad probandum vel deferendum pro omnibus dilacionibus hincinde, et ibidem actrix iuravit de calumpnia et reus in quindena iurabit. Presentibus.

1349. Discretus Caspar viccarius Leopoliensis retulit se citasse Stanislaum Stachyra tanquam testem, qui iuravit in presencia dni Floriani de Stareschyolo plebani nomine Heduigis coce sue inductus, citatus ad horam presentis diei. Et ibidem dictus Stanislaus testis pro parte dni Floriani plebani inductus citatus iuravit. In presencia Nicolai Harsz procuratoris ex adverso ad hoc citati, admittentis eundem ad examen. Presentibus.

1350. In causa matrimoniali Bartholomei ecclesie in Bobrka ministri et Appolonie mulieris de ibidem, pro quo dictus Bartholomeus eam iudicialiter citaverat et traxerat, et in defectum probacionis, in qua dictus Bartholomeus deficit, prefatam Appoloniam medio iuramento, quod prestitit, quod nunquam sibi in matrimonium vovit nec eam carnaliter cognovit, dominus ab

instancia absolvit, hincinde expensas compensando et ad alia vota matrimonii licenciam convolandi dedit et indulsit. Presen-
[480] tibus honorabilibus et discretis dnis Kiliano | canonico, Casparo, Mathia viccariis, Petro in Chodorowstaw plebano, Iacobo Bruchnal, Andrea Bochnya procuratore, testibus circa premissa.

1351. Andreas de Bobrka civis proponit contra Appoloniam relictam de ibidem, quomodo anno presenti per verba de presenti cum eadem Appolonia matrimonium contraxit et in facie ecclesie prefata Appolonia bannas proclamare admisit, petens dictum matrimonium cum dicta Appolonia consumari, quod secum taliter contraxit. In presencia eiusdem Appolonie, ad hoc citate per discretum Andream Bochnya[1] relacione facta, negantis narrata, prout narrantur, et quia nunquam sibi bannas proclamare fecit nec matrimonium per verba de presenti secum contraxit. Et datur actori ad probandum pro omnibus dilacionibus. Presentibus.

CDI. Mercurii X mensis Septembris (10 września 1494).

1352. Iost muratoris et[2] Floriani plebani de Staresyolo parcium in causa, citatis hincinde parcium procuratoribus ex parte utraque petentibus publicari dicta testium, et dominus ad peticionem parcium procuratorum publicavit et copias attestacionum partibus habere volentibus decrevit. Presentibus ibidem honorabilibus et discretis dnis magistro Georgio, Mathia, Paulo, Nicolao viccariis, Iordano, Nicolao Harsz procuratoribus, testibus circa premissa.

1353. Famoso dno Nicolao Arnasti consuli Leopoliensi prorogatur terminus super solucione quadraginta florenorum, quos pro festo sancti Petri Nativitatis solvere et pignus a famoso Nicolao Thyczka genero suo redimere sub excomunicacionum penis debuit, usque ad felicem adventum e vestigio Leopoliensi de convencione Radymyensi nuper celebranda, ubi tunc prima die iuris comparebit de premissis responsurus. Presentibus.

1354. Nobilis dnus Iohannes milles vicecapitaneus Haliciensis, cavendo pro ratihabicione mandati consortis sue nobilis Elizabeth de Schaporow, constituit in suum procuratorem magi-

[1] w rkp. dwukrotnie.
[2] w rkp.: de.

strum Iordanum in causa, quam sibi movet seu movere vult et intendit honesta Katherina de Colomya. Et ibidem dicta Katherina personaliter comparens a simili constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsz contra dictam Elizabeth, dando et concedendo dictis suis procuratoribus plenam et omnimodam potestatem, ut in forma meliori. Et ibidem Nicolaus Harsz procurator dicte nobilis Katherine de Colomya proponendo petit marcas decem peccunie communis currentis a nobili dna Elizabeth Schaporowska, quam peccuniam sibi in mutuum communicavit et dedit certum debitum retroactis temporibus, et monita dicta rea, licet promittebat solvere, tamen in hactenus dissimulavit et recusat, petens ad solvendum compelli. In presencia dni Iordani procuratoris animo litem legitime contestandi negavit narrata, prout narrantur, et datur ad probandum vel deferendum pro omnibus dilacionibus. Presentibus.

1355. In causa nobilis Elizabeth de Schaporow cum in- [480v]
genioso Iacobo Stryczek studente Cracoviensi post habitam satisfactionem pro processibus et fatigis in contumaciam continuatis, allegante procuratore Iordano eiusdem dne Elizabeth, quod non tenetur ad solucionem olim mariti sui debitorum, quia dos eius est, de qua nichil ad eam pertinet, nisi ad successores, qui bona sui mariti possident. Et dominus prefatam Elizabeth ab instancia termini absolvit et Iacobo silencium imposuit super ulteriori vexacione eiusdem, et contra nobilem Stanislaum filium eiusdem dne Elizabeth tanquam successorem in bona patris sui in pristinas excomunicacionum sentencias reintrusit et graviores decrevit in forma solita et fieri consueta.

1356. Anne relicte olim nobilis Stanislai Pothoczsky de Byelka cum Iohanne Lissek de Dunayow in causa, parcium citatis hincinde procuratoribus per discretum Iacobum, presbiterum ad sanctum Stanislaum lectorem, relacione facta, petentibus in causa concludi, et dominus de consensu parcium procuratorum id fieri petencium conclusit et pro concluso habuit, offerens se partibus iusticiam ministraturum deliberatus. Presentibus.

1357. Honorabilis Albertus altarista de Lublin procurator nobilis dni Iohannis Lubansky per circumspectum Iordanum procuratorem nobilis dne Heduigis de Nyczow iuxta dependenciam termini accusatus, per dominum contumax pronunciatus processuum opportunorum cum decreto. Presentibus.

1358. Mathie de Wassiczyn, Bartholomei viccarii et Alberti ministri Paulus Geruch procurator et nomine procuratorio protestatus est de prima dilacione contra discretum Iohannem viccarium in Stry non probantem intencionem suam. Presentibus.

CDII. Veneris XII mensis Septembris ante festum Exaltacionis sancte Crucis (12 września 1494).

1359. Elena mulier de suburbio Leopoliensi constituit in suum procuratorem dnum Paulum Geruch in causa, quam movere intendit provido Paulo Curzecz civi de Sczyrzecz, dans *etc.* Presentibus ibidem honorabilibus et discretis dnis Kiliano canonico, Nicolao Manczykal, Casparo, Mathia viccariis Leopoliensibus, Mathia Bar, Stanislao Nethar gracialibus, Floriano in Stareschyolo plebano, Nicolao Harsz, Iordano procuratoribus.

1360. Heduigis mulier coca de Staresyolo induxit testes contra Florianum plebanum de ibidem citatos, iuratos in presencia partis, Iohannem, Andream, et ex adverso plebanus Mathiam, colonos de Staresyolo, qui iuraverunt dicere veritatem, et ceteri pronunciantur contumaces. Presentibus.

1361. Katherine serve dne Culykowska ut asseritur infirme prorogatur terminus idem faciendi ad quindenam cum dno Iohanne mansionario sancte Katherine.

1362. Heduigis mulieris de Stareschyolo cum dno Floriano plebano Nicolaus Harsz procurator eiusdem instando, citato ad hoc Paulo Geruch procuratore per Nicolaum viccarium relacione facta ad videndum pronunciari super confessatis literarum opportunarum cum decreto, revisis actis cause, quibus dominus
[481] conspectis decrevit confessata | ad solvendum processibus opportunis cum decreto. Presentibus.

CDIII. Lune XV mensis Septembris, in crastino Exaltacionis sancte Crucis (15 września 1494).

1363. Nobilis Paulus Zawyscha de Lissa petendo compelli nobilem Annam suam uxorem ad conmanendum sibi matrimonialiter in termino iuris in presencia dicte Anne, que allegavit compaternitatem sive affinitatem ex parentibus ex utraque parte contractam, videlicet ex matre dicte Anne et patre dicti Pauli ad dictam Annam. Et super ea intencione sua induxit testes citatos et iuratos, nobiles Mathiam, Paulum, Iohannem

Zauischa, qui iuraverunt de dicenda veritate, Petri quarti testis contumacia accusata. Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Iohanne Myskowsky preposito, Kiliano canonico, Iacobo predicatore Almanorum, Nicolao, Simone viccariis, Georgio de hospitali, Iacobo presbiteris gracialibus.

CDIV. Veneris XIX mensis Septembris (19 września 1494).

1364. In causa Iost muratoris cum dno Floriano plebano de Stareschyolo de consensu parcium hincinde petencium concludi et dominus conclusit et obtulit se partibus iusticiam ministraturum recollectus. Presentibus ibidem honorabilibus et discretis dnis Kiliano canonico, Paulo in Zelechow plebano, Paulo Geruch viccario, Iohanne de Sambor notario publico.

1365. Providi Iohannes sartor et Iohannes opidani de Rohatyn, testes nomine Anne Goluchowska inducti, citati iuraverunt in presencia procuratoris Alberti Dambsky ad hoc citati. Presentibus.

CDV. Lune XII mensis Septembris, in crastino sancti Mathei (22 września 1494).

1366. Nicolaus Paluka petit ab honorabili Gotardo plebano de Dauidow clericaturam, quam exegit in Czeski existens viccarius, de quibus ipse servivit in valore unius sexagene, petens ad solvendum cogi. In presencia eiusdem dni Gotardi animo litem legittime contestantis negavit narrata, prout narrantur, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Kiliano canonico, Simone, Paulo Mathia viccariis.

1367. Heduigis Buska consors frenificis de Leopoli petit unum achtuale cervisie in valore XVIIII grossorum et sex scapeos de lacheta, quemlibet multrum per sex denarios taxando, que dedit ad postulata dni Nicolai custodis et pro quibus medium truncum farine prefatus dnus custos debuit | dare, petens [481r]
ad solvendum compelli. In presencia Nicolai Harsz procuratoris ex adverso petentis ad quindenam. Et ibidem beneficio reconvencionis procurator nomine conventus dictam actricem reconvenit, quod dicta actrix conventui vendidit et ad prestam dedit, non conventa cervisia, infectam, acetuosam, muscidam, ex qua infecit eis kmethones, qui eam laborantes bibebant, ex qua

bibicione duo in hodiernum diem languent et laborem conventui negligunt, quem laborem extimat ad decem marcas propter dampnum susceptum, petens dictas X eandem ad solvendum cogi. In presencia eiusdem Pauli procuratoris deliberantis ad XV, et obtinuit. Presentibus.

CDVI. Mercurii XXIIII mensis Septembris (24 września 1494).

1368. Honorabilis Stanislaus Czaldyk altarista ecclesie Leopoliensis de mandato domini retulit se citasse discretum Paulum Geruch viccarium Leopoliensem procuratorem honorabilis Floriani plebani in Stareschyolo ad instanciam Nicolai Harsz procuratoris providi Iost muratoris ad horam presentis diei ad videndum et audiendum sentenciam diffinitivam ferri et pronunciari. Et ibidem dominus petentibus parcium procuratoribus tulit et in scriptis pronunciavit, ex adverso Paulo procuratore dni Floriani plebani de gravamine et appellando protestante. Presentibus honorabilibus et discretis dnis magistro Georgio altarista, Mathia Bar, Nicolao Manczykal viccario.

1369. Honorabili dno Andree in Stry diocesis Premisliensis plebano pignus argenteum, cingulus deauratus, novem cocleria, noduli et monialia in valore quadraginta quinque florenorum, per honestam Dorotheam consortem Nicolai Domslar depositum, quod infra unum mensem dicta domina debet redimere decreto domini mediante, alias post decursum unius mensis prima die iuridica prefato dno Andree plebano aut suo procuratori ad distrahendum dabitur. Presentibus magistro Georgio altarista, Mathia viccario.

1370. Facta est concordia et amicabilis composicio inter honestam Annam de Byelka et Iohannem Lissek de Dunayow occasione debitorum, que olim Nicolaus Pothoczsky maritus Anne tenebatur, pro quibus dictam Annam prefatus Lissek impetivit, in hunc modum, quod sopitis omnibus differenciis, discordiis, complanando omnes lites hincinde et expensas sub pena viginti florenorum, a modo ambe partes silencium perpetuum habeant, quam penam partes prefate inter se sponte emologaverunt.

1371. Testamentum Parkanek Dunayoviensi ecclesie cavendum sequitur. Mathias Parkanek civis de

Dunayow aduc existens in bona memoria et eciam sana mente, sed tamen ex Dei ordinacione positus in infirmitate, propter salutem anime sue fecit testamentum et elegit sibi in executores infrascriptos. Et primo dictus Mathias legavit pro ecclesia Dunaiouiensi decem florenos. Et eciam legavit circa Thluxa pro equo mediam sexagenam et grossum pro dicta ecclesia. Item eciam legavit pro dicta ecclesia viginti grossos circa Balaban. Item legavit florenum super tricesimam | ad Bernardinos, alium [482]
florenum ad farram, item alium ad Francisc[*an*]os, item alium ad Corpus Christi super tricesimas. Item legavit mediam sexagenam hic pro pauperi fraternitate. Item legavit pro sepultura marcam. Item legavit dictus Mathias sue legittime consorti Dorothee domum, equum, peccunias et alia omnia, quecumque in domo sunt, ut non habeat ab aliquo impedimentum. Quod testamentum actum est feria sexta post dominicam Invocavit anno Domini 1494 (*21 lutego 1494*). Presentibus Iohanne Gusz, Martino consule, Pabiano, Barthossio iurato, Martino Bruszek iurato. Omnes hii prefati sunt executores dicti testamenti. Post cuiusquidem testamenti ingrossacionem et exemplificacionem venerabilis dnus Iohannes Parznyowsky canonicus Leopoliensis et in Dunayow plebanus petivit confirmari, ratificari et roborari. Et dominus attenta huiusmodi peticione iusta et racioni consona, huiusmodi testamentum in omnibus suis punctis, clausulis, condicionibus, ratificavit, confirmavit et omnia in eo contenta robur perpetue firmitatis habere decrevit et ecclesiastice emunitati subiecit et ascripsit. Presentibus.

CDVII. Veneris XXVI mensis Septembris (26 września 1494).

1372. In causa Barbare Goluchowska et Alberti Dabrowsky instantibus procuratoribus hincinde citatis et petentibus publicari dicta testium, et dominus ad peticionem procuratorum acquiescens publicavit et copias partibus decrevit et terminum contradicendi ad XV. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Nicolao in Zimna Woda plebano, Andrea Bochnya, Georgio de hospitali.

CDVIII. Mercurii prima mensis Octobris post festum sancti Michaelis (1 października 1494).

1373. Thomas scolaris nomine suo proponendo petit a discreto Iacobo de Snyena ministro ecclesie in Halycz Alexandrum

sibi pro eius necessitate mutuatum in valore unius floreni, petens ad solvendum cogi et compelli. In presencia eiusdem Iacobi allegantis sibi fuisse invadiatum in quatuor latis grossis per dictum Thomam et dicentis non valuisse sex grossos. Et datur actori ad probandum pro omnibus dilacionibus super valore Alexandri. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Michaele Mebrod baccalario, Casparo, Stanislao viccariis.

1374. Providus Albertus consul de Busko nomine aliorum consulum ad peticionem honorabilis Pauli plebani in Zelechow respondendo, animo litem legittime contestando negavit narrata, prout narrantur, et actor detulit tribus consulibus iuramento sub hac cautela, ut iurent, quod dictus Iacobus braseator nullam fecit mencionem de tritico coram consulibus et eorum iudicio, et rei iurabunt in quindena.

1375. Barbare Goluchowska et Alberti Dobrowsky in causa, prout terminus requirit, procuratores ex utraque parte deposicionibus testium verbo et generaliter contradixerunt, approbacione tacita cuiuslibet, inquantum deponunt pro parte dicta ipsorum admittendo, et petentes hincinde concludi. Et dominus ibidem conclusit, offerens se partibus iusticiam partibus ministraturum recollectus.

1376. Mathie plebani de Wassiczyn, Bartholomei viccarii et Alberti ministri Paulus Geruch procurator eorundem protestatus est de secunda dilacione contra discretum Iohannem viccarium de Stry non probantem suam intencionem. |

[482v] **1377.** Mathias Troyanek de Comarno opidanus absolvitur ab instancia termini, citatus ad instanciam discreti Iohannis Baythko ministri ecclesie in Sczyrzecz, cum condemnacione expensarum.

CDIX. Veneris tercia mensis Octobris, in vigilia sancti Francisci (3 października 1494).

1378. Sigismundi plebani in Camyonka Andreas Bochnya procurator gravi in querela proponit contra providum Martinum carnificem opidanum de Camyonka, quomodo anno presenti die dominico, ipso die sancti Stanislai, dictum Sigismundum plebanum in maccellis carnes ementem verbis inhonestis, infamatoriis, iniuriosis, coram probis hominibus affecit, infamavit et deturpavit, asserens carnem morbidum, asserens momordisti

nos et angariasti, super quam infamiam dictus Sigismundus plebanus solemniter est protestatus, quam infamiam et iniuriam extimat et pensat ad centum florenos, petens ipsum in eisdem puniri et condempnari. In presencia eiusdem Martini ad hoc citati, negantis narrata, prout narrantur, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus. Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Iohanne Grochowyczski canonico Gneznensi, Iohanne Myskowski preposito, Nicolao Manczykal viccario, Iacobo predicatore Almanorum, magistro Bernardo rectore scole, testibus circa premissa.

1379. In causa famosi Nicolai Thyczka factoris honesti Arnasti baccalarii de Leopoli cum famoso dno Nicolao Arnasto consule Leopoliensi, prout terminus pendebat ex citacione ad videndum pignus redimi, alias in defectum solucionis sentencias excomunicacionum declarari, et dominus revisa obligacione et termino dudum ad id faciendum effluxo, sentencias excomunicacionis predictum Nicolaum Arnasti incidisse et incurisse declaravit et processus opportunos dare decrevit in forma solita et fieri consueta. Presentibus discretis Nicolao Harsz causarum procuratore et Iohanne de Sambor notariis publicis. In presencia dicti Arnasti protestantis de gravamine et appellando.

CDX. Lune sexta mensis Octobris (6 października 1494).

1380. Heduigis Buska cum religioso Georgio guardiano conventus ordinis sancti Francisci in causa procuratores hinc-inde parcium, prout terminus requirit, animo litem legittime contestandi negaverunt narrata, prout narrantur, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus. Presentibus discretis Gotardo plebano in Dauidow, Mathia sacrista, Stanislao Czaldyk.

1381. Honorabilis Gotardus plebanus de Dunayow absolvitur ab instancia et impeticione pro clericalibus Nicolai Paluka medio iuramento per ipsum dnum Gotardum plebanum prestito cum condempnacione in expensis. Presentibus.

CDXI. Mercurii XV mensis Octobris, ipso die sancte Heduigis (15 października 1494).

1382. Providi Martinus Pudelko, Albertus Buyala et Pether consules de Busko in causa cum discreto dno Paulo de

Zelechow super decisione iuramenti iuraverunt, quod triticum non fuit emptum per Iacobum braseatorem suspensum pro braseo dicti Pauli nec hoc ipse suspensus vivens coram consulibus recognovit aut consules de isto sciunt. Sub hac forma iuraverunt | ipsi tres consules et propterea dominus partem adversam [483] in expensis decim octo grossorum condempnavit et solucionem in quindena faciendam decrevit. Presentibus discretis Nicolao Manczykal viccario, Andrea Bochnya, Nicolao Harsz procuratoribus, Iacobo Strzycek.

1383. Discretus Simon viccarius Leopoliensis de mandato domini retulit se citasse magistrum Nicolaum Harsz tanquam procuratorem dni Georgii presbiteri hospitalis de Leopoli ad instanciam dni Leonardi, plebani de Podhaycze, ad videndum interloqui ad horam presentis diei. Et ibidem dominus parcium procuratoribus petentibus interlocutus in scriptis, magistro Nicolao Harsz procuratore dni Georgii presente, verbo et generater de gravamine et appellando protestante. Presentibus.

CDXII. Veneris XVII mensis Octobris, in crastino sancti Galli confessoris (17 października 1494).

1384. Nobilis Heduigis Myczowska procurator substitutus personaliter comparens Nicolaus Harsz, reproducta citacione legittime executa per edictum publicum contra discretum Albertum altaristam de Lublin, procuratorem nobilis Iohannis Lubansky, dudum citatum ad omnes et singulos actus subsecutos et subsequendos atque continuatos et continuandos et ad presentem actum et ad videndum rotulum apperiri et dicta testium publicari et ad ea, que iuris fuerint, fieri. Et dominus in contumaciam partis rotulum apparuit et dicta testium publicavit et copias partibus et citacionem alteram per edictum publicum ad videndum excipi et contradici contra testes dare decrevit ad primam diem iuris. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Simone, Casparo viccariis, Nicolao plebano.

1385. Stanislaus plebanus de Zolthancze constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsz in omnibus suis causis, quas habet vel habiturus est cum quibuscunque personis status et condicionis utriusque, dans *etc.*

CDXIII. Lune XX Octobris audiencia in vigilia undecim milia virginum (20 października 1494).

1386. Nobilis Heduigis de Myczow procurator Nicolaus Harsz substitutus produxit citacionem, prout terminus requirit, legittime executam per edictum publicum contra ex adverso principalem et procuratorem Albertum altaristam de Lublin citatum perprius ad singulos actus subsequentes et ad presentem actum continuandum, ad videndum excipi et contradici testibus, non comparentem, cuius contumaciam accusavit, et citacionem alteram ad primam diem iuris contra eundem obtinuit ad videndum produci omnia cum litteris opportunis. Presentibus discretis Nicolao in Zimnawoda plebano, Mathia sacristiano, Michaele Mebroth baccalario, Simone, Casparo viccariis.

1387. Discretus Caspar ecclesie Leopoliensis viccarius iuxta dependenciam termini ex decreto domini prestitit iuramentum ad sancta Dei evangelia manibus corporaliter tactis, quod Leffko Iudeo Leopoliensi totalem et omnimodam solucionem pro cutibus emptis impendit nec eidem aliquid tenetur et eum iure evasit. Presentibus.

1388. Laurencius alias Waffrzek de Zimnawoda ad instanciam dni Nicolai plebani de ibidem tanquam testis accusatus, per dominum contumax pronunciatur processuum opportunorum cum decreto. Presentibus. |

CDXIV. Mercurii XXIII[1] *mensis Octobris* (22 październ- [483r]
nika 1494).

1389. Nobilis Heduigis de Myczow appellantis partis procurator substitutus Nicolaus Harsz producta citacione per edictum publicum ad videndum produci omnia contra nobilem Iohannem Lubanski appellatam partem et eius procuratorem discretum Albertum altaristam de Lublin, citatum ad actus subsequentes personaliter apprehensum et ad presentem actum conservandum non comparentem, in cuius contumaciam dominus citacionem presentem admisit in presenti actu et alteram ad primam iuris decrevit ad videndum concludi contra eosdem in forma solita. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Io-

[1] powinno być: XXII.

hanne Parznyowsky canonico, Iacobo mansionario ad sanctam Katherinam, Arnasto baccalario et Iohanne Sambor.

1390. Iacobus de Snena minister ecclesie in Halycz, instante procuratore Michaelis Hungari scolaris de scola Leopoliensi iuxta dependenciam termini ob non responsionem peticionis sive proposicionis accusatus, per dominum pronunciatur contumax processuum opportunorum cum decreto. Presentibus.

CDXV. Veneris XXIIII mensis Octobris (24 października 1494).

1391. Nobilis Heduigis de Myczow appellantis partis procurator substitutus contra nobilem Ioannem Lubanski partem appellatam, prout terminus requirit ex citacione ad videndum concludi, quam produxit legittime executam, accusata contumacia partis, et dominus in contumaciam partis conclusit, offerens se sentenciam diffinitivam prolaturum et iusticiam ministraturum deliberatus et recollectus. Presentibus honorabilibus Iohanne Myskowsky preposito, Simone viccario, Arnasto baccalario.

1392. Discretus Arnastus baccalarius, reproducta citacione contra dnum Nicolaum Arnasti fratrem suum germanum consulem Leopoliensem, petendo eundem in sentencias excomunicacionum imponi vigore obligacionis in actis contente quinquaginta florenorum rate tercie residui debiti. In presencia eiusdem dni consulis, per procuratorem suum allegantis solucionem et offerentis se probaturum per testes et ex superhabundanti ad dicti baccalarii quittanciam in actis contentam de anno Domini 1493 die Veneris duodecima mensis Iulii, qua ipsum quittavit, salvo eo et excepto, quod ipsa acta sunt fracta huiusmodi quittancie et glosata, quod ipse dnus consul non habet pro rato et grato, nisi emendentur iuxta minutam suam ex actis concessam de manu notarii consistorii, tunc pro rato habebit, alias ipsam fractionem actorum non vult habere impunitam loco, tempore suis. Et dominus admisit probacionem solucionis alleganti infra quindenam. Presentibus. Et in vim solucionis dicte summe quinquaginta florenorum condescendit et recepit triginta sex marcas super iuniori dno Marsalco pro dicto debito, reddens dictum fratrem quietum et pacificum. In presencia dicti baccalarii negantis solucionem sibi aliquando fuisse impensam pro dictis quinquaginta florenis.

CDXVI. Veneris ultima Octobris, in vigilia Omnium Sanctorum (31 października 1494).

1393. Discretus Mathias ecclesie Leopoliensis viccarius de mandato domini retulit se citasse providos Georgium filium Michelkuncza et Iohannem generum personaliter apprehensos ad horam presentis diei ad instanciam prioris conventus Corporis Christi ad videndum prosequi in causa aut alias responderi | peti[*cioni*]. Et ibidem procurator conventus accusavit contumaciam citatorum non comparencium, qui pronunciantur contumaces. Presentibus ibidem honorabilibus et discretis dnis Kiliano, Iohanne Parznyowsky canonicis, Nicolao Manczykal viccario, Michaele Mebroth, Iohanne in Czesky, Floriano in Staresyolo plebanis. [484]

1394. In causa dni Floriani plebani in Staresyolo et providi Pauli Curzecz de Sczyrzecz insidiantis persone dni Floriani et minas incucientis dominus penam sub centum sexagenis peccunie communis inter partes vallavit et interposuit pacem esse tenendam, alias si dnus Florianus docuerit de comminacione et insidiis persone sue, extunc succumbet Paulus in dicta pena exolvenda irremissibiliter. Presentibus.

1395. Albertus minister ecclesie de Czesky retulit se citasse laboriosum Martinum kmethonem de ibidem, retulit se citasse ad horam presentis diei ad instanciam honorabilis Iohannis Petherwyaczek plebani de Czesky, qui accusatus, per dominum contumax pronunciatur processuum opportunorum cum decreto.

CDXVII. Veneris septima Novembris, in crastino sancti Leonardi (7 listopada 1494).

1396. Laurencius homo servilis proponendo petit a discreto Iohanne plebano de Zubrza fertonem sibi mutuatum et pro trituratione siliginis grossos tres cum medio. Item proponit contra eundem, quomodo anno presenti feria quinta, dum cum citatorio ad rectorem scole venit ad citandum plebanum, extunc eundem minus iuste et sine legittima causa eundem enormiter percussit et per notabile intervallum capillavit, crines evulsit et letaliter vulneravit ad caput et ad manum, ad non modicam sanguinis effusionem ibidem in scola Zubrza, quam iniuriam,

percussionem, sanguinis effusionem ad viginti marcas extimat et pensat, petens ipsum ad solvendum cogi et compelli. In presencia eiusdem animo litem legittime contestantis, negantis narrata, prout narrantur, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus. Presentibus ibidem venerabilibus et honorabilibus dnis Kiliano, Iohanne Parznyowsky canonicis, Nicolao Manczykal viccario, Michaele Mebroth baccalario, Nicolao Harsz procuratore, Floriano in Stareschyolo plebano.

1397. Georgius minister ecclesie in Szokolnyky proponendo petit a nobili dno Iohanne Davydowsky tunicam cum pellicea pro erudicione et informacione trium iuvenum filiorum dicti Davydowsky per decursum unius anni, tanquam pro servicio deservito, et grossos duos pro funerabilibus, petens ad solvendum cogi et compelli. In presencia Nicolai Harsz, caventis pro ratihabicione mandati et deliberantis ad quindenam, et obtinuit. Presentibus.

1398. Mathias minister ecclesie de Comarno gravi cum querela proponit contra et adversus Nicolaum alias Mychno opidanum de Sczyrzecz, quomodo anno presenti feria quarta ipso die sancte Heduigis, nescitur quo spiritu ductus, presumitur
[484v] tamen, quod animo | iniuriandi, cum suis complicibus ad hospicium ipsius armata manu cum gladiis evaginatis nocturno tempore violenter intrando, tunc in camera dormientem et infirmantem ipsum occidere voluit, et nisi in fugam se convertisset et precustoditus fuisset, proculdubio ipsum occidisset, tanquam in nullo sibi obnoxium aut culpabilem, aut mediante cuius subordinacione et suggestione fecerit, penitus ignoratur, clamando sono[*ra*] et intelligibili voce opidanos et homines de Sczyrzecz super violenciam, furem et latronem dictum clericum appellando, quam violenciam, invasionem, iniuriam, dehonestacionem, manuum violentarum iniectionem et percussionem ad centum florenos extimat et pensat. In presencia dicti Nicolai citati, animo litem legittime contestantis, negantis narrata, prout narrantur, et petentis petita fieri non debere, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus. Et ibidem dictus Mathias prestitit iuramentum de calumnia vitanda, quod et reus in quindena prestabit.

1399. Helena matrona de Leopoli uxor Martini Hungari proponit contra Paulum Curzecz opidanum de Sczyrzecz, quod ita habentur transacti viginti anni, quando ipsam actricem a ma-

rito abduxit trufaticis et mendosis verbis suis, extunc ab eadem recepit moderacione previa ducentos florenos in parata peccunia et suppellectilibus domus, petens eundem reum ad solvendum et restituendum compelli. Item ab eodem petit sexaginta marcas racione servicii sibi exhibiti per viginti annos, quos dicit se bene promeruisse, petens ad solvendum cogi et compelli. In presencia eiusdem animo litem legitime contestantis, negantis narrata, prout narrantur, et datur ad probandum vel deferendum pro omnibus dilacionibus. Presentibus.

1400. Florianus de Staresyolo plebanus absolvitur ab instancia termini discreti Iohannis ministri ecclesie in Sczyrzecz citatus.

CDXVIII. Lune XVII mensis Octobris[1] (17 listopada 1494).

1401. Reverendus dnus Michael medicine doctor proponendo petit ab honorabili dno Andrea Smyothanka plebano in Buczacz florenos octo et equum valoris florenorum octo pro serviciis et medicinis sibi ministratis et exhibitis, ex quibus comodum et sanitatem suscepit, petens ad solvendum cogi et compelli. In presencia deliberantis ad quindenam, et obtinuit. Et ibidem dictus dnus Michael constituit in suum procuratorem discretum Iacobum mansionarium sancte Katherine contra dictum dnum Smyothanka, dans *etc.* Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Iohanne Parznyowsky canonico, Iohanne Myskowsky preposito, Nicolao Manczykal.

CDXIX. Mercurii XXVI Octobris[1] *audiencia in crastino sancte Katherine virginis* (26 listopada 1494).

1402. Discretus Caspar viccarius de Leopoli de mandato domini retulit se citasse magistrum Nicolaum Harsz tanquam procuratorem gsorum Iohannis Monastyrsky et Barbare coniugum | de Monastyrzyska, ad instanciam gsorum Iohannis et Vi- [485]
ctorini fratrum germanorum de Gologory ad horam presentis diei ad videndum in causa concludi. Qui Nicolaus in termino iuris comparens, impediendo conclusionem allegavit, prout acta disponunt, quod principalis obtinuit sibi probacionem ad verificandum suam literam duos menses vel ultra, et pars ex ad-

[1] powinno być: Novembris.

verso ex interlocutoria tenebatur ibidem eciam verificare suum testamentum testibus in eodem contentis et recusavit, prout acta disponunt, nec mihi Nicolao Harsz pars impendit, et ibidem propterea cessit oneri, iniungens querere principales. Et dominus in causa conclusit expiratis dilacionibus et pro concluso habuit et habet et citacionem contra principales coniuges ad videndum sentenciam diffinitivam ferri decrevit. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Iohanne Parznyowsky canonico, Paulo in Zelechow, Andrea in Buczacz, Martino in Zlothnyky plebanis, testibus circa premissa.

1403. Iohannes cingulator de Zudaczow actor ad instanciam Barbare consortis sue ree citate accusatus, per dominum contumax pronunciatur processuum opportunorum cum decreto. Presentibus.

1404. Paulus plebanus in Zelechow petit a nobili Iohanne Cay de Drewlany quinque cassulas siliginis in valore duarum marcarum pro decima manipulari anni presentis per eum recepta, item avenam trium annorum in valore trium marcarum, petens ad solvendum valorem exolvi. In presencia eiusdem Iohannis allegantis omnia frumenta in campo ipsius seminata, tam hiemalia quam estivalia, foro pro una sexagena emisse et comparasse, quod offert se probaturum pro omnibus dilacionibus. Presentibus.

CDXX. Veneris antepenultima Octobris[1] *post festum sancte Katherine* (28 listopada 1494).

1405. Honorabilis Andreas Smyothanka plebanus de Buczacz constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsz in causa et causis, quam et quas movet seu movere vult et intendit discreto Stanislao Lyssek comendario de ibidem, dans *etc.* Et ibidem dictus dnus Stanislaus Lyssek ex adverso constituit in suum procuratorem magistrum Andream Bochnya in causa, quam movere intendit predictus dnus Andreas Smyothanka, dans *etc.* Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Iohanne Myskowsky preposito, Iohanne Parznyowsky canonico, Stanislao, Mathia viccariis.

[1] powinno być: Novembris.

1406. Discretus Mathias viccarius ecclesie Leopoliensis de mandato domini retulit se citasse discretum Stanislaum Lyssek comendarium in Buczacz tanquam testem in causa Czudna Anna contra dnam Dorotheam Szwynczyna, et ibidem citatum magistrum Andream Bochnya | procuratorem eiusdem ad viden- [485v]
dum et audiendum huiusmodi testem induci et iurari, ad horam presentis diei terminum assignando. Qui ibidem de dicenda veritate iuravit presente procuratore dicte dne Szwynczyna.

CDXXI. Lune prima Decembris (1 grudnia 1494).

1407. Honorabilis dnus Andreas Smyothanka plebanus in Buczacz ad proposicionem honorabilis Michaelis doctoris medicine animo litem legittime contestandi negat narrata, prout narrantur, hoc adiuncto, quod eum non convenit pro aliquo medicamento de certo precio vel de his per ipsum actorem petitis octo florenis et equo nec eum iuvit sua medicina, quinimo ipse reus plus fuit debilitatus in corpore et intoxitacus de duplici recepto pulveribus per eum debibitis, petens se dictus reus absolvi ab instancia et impeticione pretensi actoris. In presencia dni Iacobi procuratoris dni Michaelis doctoris petentis interloqui, et dominus interloquetur deliberatus. Presentibus venerabilibus Iohanne Crowyczsky decano, Iohanne Parznyowsky canonico, Martino Romano viccario.

CDXXII. Mercurii tercia Decembris, in vigilia sancte Barbare virginis (3 grudnia 1494).

1408. Venerabilis Iohannes Myskowsky prepositus Leopoliensis proponit contra providum Adam tabernatorem de Pyekulowycze tanquam profugum suum per suum procuratorem, quod idem reus conventa et arendata taberna in Iaryczow de tribus marcis per annum, extunc non expirato termino anni sedens medium, de taberna profugit, cui actor tanquam profugo equum arestavit ad racionem fiendam secum, et ille reus profugus existens, ab equo dolium et supellectilia braxatorii valoris unius marce, arthomum de feno valoris eciam unius marce secum apportavit vel ignoratur quo divertit insignita, petens eundem ad solvendum compelli, petita residua non persoluta, equo in valore unius sexagene defalcato. In presencia eiusdem Ade animo litem legittime contestantis, negantis narrata, prout nar-

rantur, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus alias pro adventu dni prepositi. Presentibus discretis viris dnis Mathia viccario, Iohanne Szykuczsky, magistro Bernardino rectore scolarum.

CDXXIII. Veneris V^ta Decembris, in crastino sancte Barbare virginis et martiris (5 grudnia 1494).

1409. Andreas Smyothanka de Buczacz curatus constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsz in causa, quam sibi movet dnus Michael doctor in medicinis occasione quarundam medicinarum sibi ut asseritur porrectarum, dans *etc.* Presentibus honorabilibus et discretis dnis Iohanne Parznyow-
[486] ski canonico, Nicolao | Manczykal, Casparo, Simone viccariis Leopoliensibus, Andrea Bochnya. Michaele Mebroth, magistro Bernardino rectore scolarum, testibus.

1410. Michaelis doctoris medicine cum Andrea Smyothanka in causa dictus actor detulit iuramento reo per procuratorem dnum Iacobum, qui iurabit in octava tali modo, quod sibi non promisit dare octo florenos et equum nec eum iuvit sua medicina nec sibi aliquid dare promisit aut sibi aliqua recepta medicamenta ministravit. Presentibus.

1411. Nicolaus Harsz procurator proponit pro residuo salario contra nobilem Annam Offczuska petens ab eadem viginti grossos, quam peccuniam demeruit suo servicio moderacione previa. In presencia dicte ree deliberantis ad quindenam coram domino.

CDXXIV. Veneris XII Decembris ante festum sancte Lucie (12 grudnia 1494).

1412. Andreas Smyothanka plebanus de Buczacz prestitit decisorium iuramentum sub forma sibi decisa cum protestacione contra adversarium doctorem Michaelem de impensis. Presentibus honorabilibus dnis Iohanne Parznyowski canonico, Mathia Bar, Georgio presbiteris gracialibus, Nicolao Harsz.

CDXXV. Mercurii XVII Decembris (17 grudnia 1494).

1413. Discretus Mathias mansionarius sancte Katherine retulit se citasse discretum Iacobum mansionarium tanquam procuratorem dni Michaelis doctoris medicine ad instanciam

discreti Andree Smyothanka plebani in Buczacz ad horam presentis diei ad videndum expensas taxari, quas dominus taxavit moderacione previa ad decem octo grossos cum medio, recepto ab eodem reo corporali iuramento, quod tantum necesse exposuit, insuper literarum oportunarum cum decreto domini. Et ibidem procurator actoris obtinuit terminum solucionis ad quindenam ipsam summam. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Martino Romano viccario, Stanislao Czaldyk, Iacobo in hospitali extra muros, Georgio de hospitali sancti Spiritus [*intra*] muros.

1414. Dorothea relicta et Anna opidane de Busko iuxta dependenciam termini per ingeniosum Martinum ministrum ecclesie in Belsz accusate, per dominum contumaces pronunciantur processuum opportunorum cum decreto. Et ibidem dictus Martinus minister de Belsz constituit in suum procuratorem honestum Iohannem de Sambor notarium dni viccarii in spiritualibus contra predictas feminas, Mathiam Kyerdey de Busko opidanum et Barbaram consortem Pauli antiqui advocati de Zudaczow, dans *etc.* | Presentibus. [486v]

CDXXVI. Veneris XIX Decembris (19 grudnia 1494).

1415. Anna Offczuska ad instanciam Nicolai Harsz procuratoris consistorii Leopoliensis accusata ob non responsionem peticionis pronunciatur. Presentibus honorabilibus et discretis Nicolao in Gologori plebano, Stanislao Nethar, Nicolao Manczykal vicariis, Iacobo mansionario et aliis multis.

1416. Gsi dni Michael et Muzylo de Buczacz fratres germani capitanei Colomienses instante procuratore honeste Marthe de Premislia iuxta dependenciam termini in pristinas excomunicacionum sentencias reintruduntur. Presentibus.

1495.

CDXXVII. Die Veneris secunda mensis Ianuarii (2 stycznia 1495).

1417. Veniens ad acta presencia honorabilis Caspar eclesie metropolitane Leopoliensis vicarius perpetuus retulit se citasse personaliter honorabilem Nicolaum plebanum in Slothniki, terminum ipsi coram venerabili dno Stanislao de Trzebochow

officiali Leopoliensi gli in Leopoli feria sexta post festum sancte Agnetis proxima (*23 stycznia*) assignando, ad instanciam honorabilis Petri de Ossyek notarii consistorii Leopoliensis. Presentibus ibidem honorabilibus Simone et Nicolao vicariis perpetuis predicte eclesie Leopoliensis, testibus circa premissa.

1418. Dorothea mulier de Busko relicta iuxta dependenciam termini evasit iudicialiter ingeniosum Martinum ministrum eclesie in Belsz pro estuario flavei coloris per procuratorem dicti Martini ab ea petito mediante iuramento corporali ad imaginem crucifixi manibus corporaliter tactis per eam prestito sub hoc tenore verborum, quod dictus Martinus nunquam huiusmodi estuarium sibi Dorothee ad servandum dedit, sed eam tanquam sociam et amicam bono animo condonavit et dedit. Et dominus hincinde expensas compensavit, complanavit. Presentibus.

CDXXVIII. Acta acticata, continuaciones terminorum coram venerabili dno Stanislao de Trzebochow canonico et officiali Leopoliensi gli anno Domini millesimo quadringente-
[487] *simo nonagesimo quinto, indicione | tredecima, pontificatus sanctissimi in Cristo patris et domini nostri dni Alexandri divina providencia pape sexti, anno ipsius tercio secuntur. Audiencia prima post octavas Epifaniarum Domini die Mercurii XIIII mensis Ianuarii* (14 stycznia 1495).

1419. Nobilis Stanislaus Woyczyk advocatus de Grodek constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsz in causa, quam movere intendit honorabili Martino presbitero de ibidem, dans *etc.* Presentibus ibidem honorabilibus et discretis dnis Iacobo mansionario, Martino Romano, Nicolao Manczykal, Simone viccariis, testibus circa premissa.

1420. Stanislaus Woyczyk de Grodek per dictum suum procuratorem proponendo petit. In primis novem florenos cum quatuor grossis residui debiti de peccunia, quam sibi dederat dictus actor predicto dno Martino ad servandum et quam sibi exolvit, sed non ex toto. Item petit ab eodem sepum quadraginta duos lapides *smalczowanyego*, quod sepum dictus dnus Martinus tanquam tutor cum suo patre tunc supervivente et expost post mortem patris levavit et recepit retroactis annis et temporibus de bonis sive maccello, quod maccellum dictus actor liberaverat, et qui census sepi ad ipsum actorem pertinebat,

quem in hodiernum diem ipse dnus Martinus retinet apud se vel quo sibi placuit convertit, petens premissa ad solvendum compelli, et casu quo negatum fuerit, probare intendit, petens se admitti. In presencia dicti rei deliberantis ad quindenam, et obtinuit. Et ibidem dictus actor prestitit iuramentum de calumpnia vitanda iuxta formam iuris. In presencia dicti rei et sui procuratoris, qui in termino iuris hoc ipsum prestabit. Et in suum procuratorem [*constituit*] dnum Andream Bochnya dictus dnus Martinus contra principalem Stanislaum Woyczyk, ut in forma meliori. Presentibus.

1421. Venerabilis dni Iohannis Crowyczsky decani Leopoliensis cum Nicolao Domslar in causa prorogatur terminus ad felicem reverendissimi dni archiepiscopi Leopoliensis in Leopolim adventum ad idem faciendum, in quo terminus pendebat ad prestandum iuramentum decisorium prima die iuridica. Presentibus. |

1422. Albertus Borowsky notarius terrestris Leopoliensis [487v] constituit in suum procuratorem Nicolaum Harz in causa, quam sibi movere intendit Anna serva sua, dans *etc.* Presentibus.

CDXXIX. Veneris XVI Ianuarii (16 stycznia 1495).

1423. Honorabilis dnus Andreas de Stry diocesis Premisliensis plebanus sponte apud acta constitutus personaliter, sanus mente, racione et intellectu existens, honorabiles viros dnos magistrum Georgium altaristam, Michaelem priorem ordinis Predicatorum, Mathiam sacristianum Leopoliensem et Nicolaum de Belsz rectorem scole in Stry sororinum germanum constituit in suos veros, legittimos et indubitatos executores in causa testamentaria, quam in codi[*ci*]llo conscripsit, tam in auro, quam argento, peccuniis rebusque aliis mobilibus et immobilibus et suppellectilibus domus, quas possidet de presenti, dans et concedens illis post mortem suam plenam et omnimodam potestatem distribuendi, ordinandi, prout ipsis melius et utilius pro salute anime dicti dni constituentis videbitur expedire, committendo et alias ut in forma meliori. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Nicolao Manczykal, Simone, Stanislao Nethar viccariis, Mathia mansionario, Iohanne de Sambor notario publico, testibus circa premissa.

CDXXX. Veneris XXIII Ianuarii post festum sancte Agnetis virginis (23 stycznia 1495).

1424. Honorabilis Martinus plebanus in Snyathin per procuratorem suum Nicolaum Harsz proponendo petit quatuor calices argenteos cum patenis, ornatus quatuor cum stolis, manipularibus ac cum toto apparatu ecclesie a nobili Stanislao Czyesyelsky in Snyathyn, qui apparatus recepit dictus Czyesyelsky ab ecclesia ad fideles manus tempore invasionis Mucha ad custodiendum et in hodiernum diem non restituit. Item ab eius uxore Elizabeth petit decimas ab annis retroactis non extraditas et anno preterito non decimabat, singulis annis ad valorem trium marcarum se extendentes, petens ad restituendum et solvendum compelli singula, et casu quo negatum fuerit, probare intendit. In presencia ex adverso dicti Stanislai Czyesyelsky, qui animo litem legittime contestandi respondit ad calices per verbum credit, quod specificat quatuor cum cruce, que reposita sunt ad fideles manus Leopoli per vitricum et suam uxorem, quantum autem ad ornatus respondet duos specificando, quantum ad decimas allegabat fuisse totaliter extraditas excepto anno presenti, quam modo possidet, et negans plebanum fuisse legitime institutum, petens sibi indici purgacionem, et restitucionem declaravit dominus pro dominica Letare, habito mandato dni archiepiscopi. Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Andrea in Pyeklykowcze, Nicolao in Gologori plebanis, Nicolao Brodawka, magistro Georgio, Andrea Bochnya. |

[488] **1425.** Honorabilis Martinus altarista de Colomya fundacionis dni Iwanis et successive per providum Stanislaum Colomyczyk filium ipsius in ecclesia beate Marie Virginis proponit contra Iohannem Nyklowycz et Nicolaum carnificem de ibidem, petens ab ipsis cutes peccorum in valore trium marcarum et lapidem de sepo, censum sue altarie de maccellis per ipsos appreciatis et ad altare spectantibus, quas cutes ipse Nicolaus repercussit, petens ad restituendum et solvendum compelli et ad probandum se admitti, casu quo negatum fuerit. In presencia ex adverso Nicolai caventis pro suo collitigante, quod ratum habebit, et sui procuratoris Andree Bochnya petentis modo excepcionis tanquam plus petitorem actorem ante tempus per titulum de plus peticiones, petens se penes dictum capitulum

reservari et inducias duplicari. In presencia Nicolai Harsz allegantis solucionem in tempore fuisse retroacto, et petens se ad probandum admitti et super confessatis cutibus conservari. Et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus. Presentibus.

1426. .....[1] opidanus de Sczyrzecz instante procuratore discreti Iohannis de Choczymyrz ecclesie in Sczyrzecz ministri ob non responsionem libelli sive proposicionum dicti Iohannis verbo propositi accusatus, per dominum pronunciatur contumax processuum opportunorum cum decreto. Presentibus.

1427. Discretus dnus Martinus in Zlothnyky plebanus ad instanciam discreti Petri notarii citatus et accusatus, per dominum pronunciatur contumax processuum opportunorum cum decreto. Presentibus. |

CDXXXI. Veneris XXIII Ianuarii (23 stycznia 1495). [488v]

1428[2]. Discretus Iozeff viccarius in Gologori de mandato domini retulit michi notario actorum se citasse gsam Barbaram Monastyrska et suum procuratorem ad horam audiencie presentis diei ad instanciam gsorum Iohannis et Victorini fratrum germanorum de Gologori et ipsorum procuratoris ad videndum et audiendum expensas taxari et sentenciam diffinitivam pro parte dictorum fratrum latam debite execucioni demandari et processus opportunos decerni. Et dominus in contumaciam dictorum coniugum sentenciam debite execucioni demandavit et processus opportunos decrevit et expensas moderacione previa ad triginta florenos taxavit et solucionem rei iudicate per quatuor menses decrevit. Presentibus. |

CDXXXII. Lune XXVI mensis Ianuarii, in crastino Conversionis sancti Pauli (26 stycznia 1495). [488]

1429. Discretus Stanislaus Bryndza presbiter gracialis de mandato domini retulit se citasse discretum Iohannem viccarium in Zelechow tanquam testem in causa ad instanciam Czudna Anna inductum contra gsam Dorotheam Szwynczyna necnon discretum Andream Bochnya dicte Szwynczyna procuratorem ad videndum huiusmodi testem induci et iurari. Qui testis ibi-

[1] Wolne miejsce na wpisanie nazwiska.

[2] Ta zapiska umieszczona jest w rkp. po zap. 1430.

dem iuravit de dicenda veritate in contumaciam partis procuratoris ad hoc citati. Et ibidem Nicolaus Harsz produxit literam pargameneam in vim recognicionis et pro adminiculo testium, quamvis in stilo incorrectam, petulantem, tamen sensus ex ea potest elici et inveniri. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Nicolao Manczykal, Martino Romano viccariis, Mathia mansionario.

1430. Discretus Martinus Romanus viccarius ecclesie Leopoliensis de mandato domini retulit se citasse discretum Andream Smyothanka plebanum in Buczacz ad horam presentis diei ad instanciam providi Lazar Armeni civis Leopoliensis, et instante dicto Armeno et contumaciam ipsius dni Andree Smyothanka accusante, quem dominus reputavit et pronunciavit contumacem processuum opportunorum cum decreto. |

[488v] *CDXXXIII. Mercurii XXVIII Ianuarii* (28 stycznia 1495).

1431. Discretus Simon viccarius ecclesie Leopoliensis de mandato domini retulit se citasse gsam Barbaram Monastyrska ad instanciam providi Martini civis Leopoliensis ad horam presentis diei ad videndum responderi libello pro parte dicti Martini producto. Et ibidem prefatus Martinus accusavit contumaciam dictorum coniugum de Monastyrzyska, et dominus ob non responsionem libelli contumaces pronunciavit et processus opportunos decrevit. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Nicolao Manczykal, Casparo viccariis, Iacobo Stathek, Georgio de hospitali, Mathia mansionario Leopoliensibus.

1432. Dorothea Cristini sartoris proponit contra dnum Iohannem mansionarium, quomodo filium eius, quem pro servo tenuit, crudeliter percussit usque ad infirmitatem, ex qua percussione inciderat, prout notum est probis hominibus, et his non contentus, dum ab eo idem iuvenis recessit, pelliceam recepit et eundem iterato secundo percussit, quam percussionem mater extimat ad decem florenos, mallens totidem ammittere, quam huiusmodi iniuriam pati. In presencia eiusdem dni Iohannis mansionarii negantis narrata, prout narrantur, petens petita fieri non debere, solummodo pelliceam propriam per dictum iuvenem nondum deservitam se recepisse dixit et quod sibi dictus iuvenis camisiam in valore viginti grossorum recepit, petens eandem restitui, de qua recepcione camisie matri nichil

constat. Et datur hincinde ad probandum pro omnibus dilacionibus. Presentibus.

1433. Discretus Simon viccarius Leopoliensis retulit se citasse ad instanciam Czudna Anna discretum Andream Bochnya procuratorem dne Dorothee Szwynczina ad horam presentis diei ad videndum publicari dicta testium in causa vertente inter partes. Qui executor nomine citati retulit eum procuratorem cessisse oneri. In presencia Nicolai Harsz procuratoris dicte actricis, obiiciente esse dominum litis, et dominus in contumaciam partis dicta testium publicavit. Presentibus. |

CDXXXIV. Mercurii quarta mensis Februarii post festum [489]
Purificacionis Virginis Marie (4 lutego 1495).

1434. Michaelis medicine doctoris Andreas Bochnya procurator gravi in querela proponit contra Mathiam Solcz carnificem civem Leopoliensem, quomodo pridie infamavit dictum doctorem verbis turpissimis, asserens ipsum fore furem, deceptorem et antiquum canem, quam infamiam extimat bona fide ad quingentos florenos puri auri et iusti ponderis, mallens tantum et plus ammittere et perdere de propriis, quam huiusmodi infamiam pati, prout patitur et sustinet usque ad presens, petens ipsum in eisdem puniri et condempnari. In presencia dicti Solcz animo litem legittime contestantis, negavit narrata, prout narrantur, petens petita fieri non debere. Et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Mathia sacristiano, Nicolao Manczykal, Casparo viccariis, Iohanne mansionario et aliis quampluribus circa premissa testibus.

1435. Discretus Georgius presbiter de hospitali de mandato domini retulit se citasse magistrum Andream Bochnya tanquam procuratorem gse dne Dorothee Szwynczyna ad horam audiencie presentis diei ad instanciam Czudna Anna ad videndum in causa concludi et pro concluso haberi. In presencia dicti magistri Andree Bochnya renunciantis oneri, replicante ex adverso Nicolao Harsz procuratore dicte Anne, quod habetur pro domino litis ex litis contestacione dictus Andreas, et petente concludi, et dominus in contumaciam partis conclusit, procuratore dicto citato et presente, offerens se iusticiam ministraturum recollectus. Presentibus.

1436. Discretus Iacobus capellanus dne Culykowska de Culykov gravi cum querela proponit contra et adversus providum Albertum Wandzyszek opidanum de eadem Culykow, quomodo anno presenti, nescitur quo spiritu ductus, presumitur tamen animo iniuriandi et nocendi, ipsum dnum Iacobum in domo propria per crines traxit et capillavit, male tractavit per notabile intervallum hincinde volvendo usque ad non modicam crinium evulsionem, et his malis non contentus ipsum dnum Iacobum presbiterum ad faciem vulneravit et vulnus cruentum faciale ei intulit usque ad non modicam sanguinis effusionem; quam infamiam, percussionem, capillacionem, sanguinis effusionem ad tricentos florenos extimat et pensat, petens ipsum in eisdem puniri et condempnari ac ad solvendum cogi et compelli, iusticia sancta mediante, offerens se probaturum, casu quo negatum fuerit. In dicti civis presencia ad hoc legittime citati, petentis ad deliberandum ad quindenam, et obtinuit. Presentibus.

CDXXV. Lune nona mensis Februarii, ipso die sancte Appolonie (9 lutego 1495). |

[489v] **1437.** Stanislaus Syepyothka de Camyonka citatus ad terminum iuris presentis diei ad instanciam Margarethe de Szokal absolvitur ab instancia termini cum condempnacione in expensis, de quibus protestatus est. Presentibus ibidem honorabilibus et discretis Paulo plebano in Zelechow, Nicolao Brodawka, Nicolao Harsz, Casparo, Stanislao viccariis, testibus circa premissa.

1438. Discretus Nicolaus Manczykal viccarius ecclesie Leopoliensis de mandato domini retulit se citasse magistrum Andream Bochnya tanquam procuratorem Margarethe relicte quondam in Grodek, nunc vero in Szokal manentis, ad horam presentis diei ad videndum expensas taxari et sentenciam diffinitivam per dominum dudum latam debite execucioni demandari et processus opportunos decerni, ad instanciam providi Stanislai Syepyothka de Camyonka. Et dominus moderacione previa ad unam marcam cum sex grossis taxavit, processus opportunos decrevit et sentenciam debite execucioni demandavit. Et ibidem dictus Stanislaus iuramentum corporale prestitit, quod tantum necessario exposuit. Presentibus.

CDXXXVI. Veneris tredecima Februarii (13 lutego 1495).

1439. Petrus civis de Grodek petit ab honorabili Adam baccalario rectore scole de Rohathyn marcam cum media pro panno ulnarum duodecim sibi ad prestam dato et foro contracto nigri coloris, quam peccuniam sibi dudum solvere debuit et in hactenus solvere non curat, petens ad solvendum cogi et compelli. In presencia dicti Ade baccalarii allegantis solucionem. Et dominus auditis parcium disceptacionibus decrevit iuramentum calumnie actori et iuramentum de non repetenda peccunia, quod dictus actor prestitit, quod nullam personam pro levanda peccunia subordinavit. Et dominus solucionem pro festo Penthecostes fertones tres et residuum pro festo sancte Crucis in autumno Exaltacionis solvendos prefixit sub excomunicacionis pena. Presentibus ibidem honorabilibus et discretis Casparo, Nicolao, Stanislao, Mathia viccariis, testibus circa premissa.

1440. Bernardus braxator medonis de Leopoli petit Agnetem Mydlarka sibi in coniugem iuxta contractum in facie ecclesie copulari per hec verba: ego promitto te pro marito meo habere, actore dicente et ipsa eciam: ego te promitto habere pro mea uxore, vigore quorum verborum petit eam compelli sibi ad commanendum, in quantum de iure. In presencia dicte Agnetis deliberantis ad quindenam, et casu quo negatum fuerit, dictus actor se probaturum offert. Presentibus.

1441. Nobili dno Iacobo de Wassiczin cum famoso dno Nicolao Arnasto consule prorogatur terminus ob spem concordie infra hinc ad dominicam Reminiscere, alias ob defectum concordie partes idem faciendi feria secunda post Reminiscere coram domino comparebunt. Presentibus. [490]

1442. Presentacio regia plebani in Snyathin sequitur. Kazimirus Dei gracia rex Polonie, magnus dux Lithwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. Reverendissimo in Christo patri et domino dno Iohanni Dei gracia archiepiscopo Leopoliensi sincere nobis dilecto salutem et regium affectum. Reverendissime in Christo pater nobis sincere dilecte. Ex relacione gsi dni Nicolai de Chotecz campiductoris terrarum Russie glis vaccante ecclesia parochiali in Snyathyn iurispatronatus nostri per mortem et obitum Sbignei ipsius ultimi et immediati rectoris, in et ad eandem ecclesiam taliter vaccan-

tem discretum Martinum actu presbiterum altaristam in Colomya necnon capellanum eiusdem dni Nicolai eundem P. V. duximus presentandum et presentamus tenorem per presentem, affectando eandem, quatenus memoratum Martinum sic per nos presentatum in et ad eandem ecclesiam instituere et investire velit, curam animarum et administracionem spiritualium et temporalium sibi in eadem committendo, prout id ad officium P. V. spectat et pertinet pastorale. Harum sigillum nostrum presentibus est impressum testimonio literarum. Datum Cracovie feria quarta proxima ante festum sancti Michaelis anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo primo (*28 września 1491*). Relacio venerabilis Creslai de Curozwanki decani Gneznensis R. P. cancellarii post.

Cuiusquidem presentacionis tenorem iam insertum reverendissimus in Christo pater dnus Andreas Rosa archiepiscopus Leopoliensis super ammissionem iurium presentacionis et investiture super capellam Snyatyn per paganos Turcos receptorum apponendo decretum dictis iuribus decrevit esse standum et tanquam pastori legittimo ecclesie in Snyatyn dno Martino moderno plebano in omnibus licitis et honestis precepit omnibus parochianis obediendum et de omnibus censibus, proventibus et redditibus, decimis ad illos, ad quos pertinet, pleno iure respondendum. Presentibus.

CDXXXVII. Mercurii XVIII Februarii (18 lutego 1495).

1443. Albertus Wandzysek de Culykow iuxta dependenciam termini ad proposicionem honorabilis Iacobi capellani dne Culykowska respondendo allegavit pro omnibus iniuriis fuisse composicionem factam, quam probabit pro omnibus dilacionibus. In presencia Nicolai Harsz procuratoris dicti dni Iacobi, allegantis dimissum sibi fuisse rancorem, prout exigit condicio sacerdotalis, et non iniuriam, pro qua sibi attentat actionem. Presentibus honorabilibus et discretis Michaele Mebroth baccalario, Simone, Nicolao Manczykal, Nicolao Nethar viccariis, Michaele in Marthinow plebano. |

[490v] **1444.** Albertus Wandzysek de Culykow nomine uxoris sue Margarethe querulose proponit contra discretum Iacobum de Culykow, quod dum eum ammonuit uxor dicti Alberti, ut solveret cervisiam, extunc eam bis corulo ad pectus percussit,

qui Albertus pro iniuria sue uxoris eum arripuit et ambo in terram tunc ceciderunt sine aliqua offensa, et dictus Iacobus presbiter per crines Albertum arripuit, quam iniuriam et percussionem extimat ad viginti florenos, petens eundem ad solvendum compelli. In presencia dicti dni Iacobi animo litem legittime contestantis, negavit narrata, prout narrantur, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus. Presentibus.

CDXXXVIII. Veneris penultima Februarii post festum sancti Mathie apostoli (27 lutego 1495).

1445. Agnes relicta Mydlarka ad proposicionem Bernardini braxatoris medonis de Leopoli respondendo animo litem legittime contestandi negavit narrata, prout narrantur, petens petita fieri non debere, et datur actori ad probandum pro omnibus dilacionibus. Subiungens dicta Agnes, quod alteri homini civi de Colomya in matrimonium vovit. Presentibus honorabilibus et discretis magistro Georgio, Michaele Mebroth, Mathia Nethar, Georgio de hospitali presbiteris, Floriano in Staresyolo plebano, testibus circa premissa.

CDXXXIX. Lune secunda mensis Marcii (2 marca 1495).

1446. Dorothea mulier de Leopoli proponit contra Bernardum laicum, quod eam suis allocucionibus seduxit ad carnalem actum, ex quo prolem concepit et in lucem vivum partum produxit, quem in presencia eiusdem Bernardi obtulit, petens sustentacionem sibi et sue proli, quam nutrire his temporibus non valet. In presencia eiusdem petentis ad deliberandum ad quindenam, et obtinuit. Presentibus ibidem honorabilibus et discretis dnis Michaele Mebroth, Nicolao Manczykal, Mathia sacristiano, Casparo viccariis, testibus circa premissa.

1447. Providus Petrus Spunar carnifex et Barbara coniuges de Leopoli testes in causa matrimoniali pro parte Bernardini braxatoris et contra Agnetem Mydlarka citati inducti iuraverunt in presencia partis ad hoc citate, quorum examen dominus michi notario publico commisit. Presentibus.

CDXL. Veneris sexta mensis Marcii post Cinerum (6 marca 1495). |

1448. Stanislaus baccalarius clericus coniugatus nomine [491]
uxoris sue honeste Katherine Goldzanka de Mosczyska iuxta

dependenciam termini proponendo petit a nobili Adam filio olim nobilis Iaczymyrsky tanquam successore et superstite in bona patris sui marcas sex peccunie communis per prefatum olim patrem suum dudum ad solvendum inscriptas et obligatas et in huiusmodi debito certas literas et privilegia pargamenea super bona Ryczyhow in pignore positas, petens ad solvendum cogi et compelli, tanquam successorem et superstitem in bona patris sui, et dictum pignus redimi et distrahi. In presencia eiusdem Ade citati, deliberantis ad quindenam. Et in eodem termino occasione expensarum fertonem dare et solvere sub excomunicacionum penis solvere obligatur. Presentibus ibidem honorabilibus et discretis dnis Nicolao Manczykal, Casparo, Stanislao, Mathia, Simone viccariis.

1449. Anna mulier relicta proponendo petit ab honorabili Floriano plebano in Stareschyolo viginti grossos minus medio grosso, quos sibi in via publica violenter cum suis complicibus recepit, et easdem peccunias querendo eandem de vestimentis nudavit et baculo percutere mandavit, petens restitucionem peccuniarum fieri et infamiam ad marcas tres et percussionem, violenciam extimat et pensat. In presencia eiusdem dni plebani ad hoc citati per discretum Georgium presbiterum relacione facta, qui deliberatus in quindena respondebit. Presentibus.

CDXLI. Mercurii XI mensis Marcii, ipso die sancti Gregorii episcopi et martiris (11 marca 1495).

1450. Honorabilis Nicolaus Camyenecz presbiter gracialis de mandato domini retulit michi notario presentis cause scribe se citasse magistrum Nicolaum Harsz tanquam procuratorem Stanislai Woyczyk de Grodek actoris ad instanciam discreti Martini presbiteri rei de Grodek et sui procuratoris ad horam presentis diei ad videndum et audiendum in causa interloqui. Et ibidem dominus parcium procuratoribus presentibus est in scriptis interlocutus, et hincinde partes iuxta tenorem interlocutorie obtulerunt se suas intenciones probaturos in omnibus dilacionibus. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Nicolao Manczykal, Casparo, Simone, Nicolao, Martino Romano viccariis, Michaele Mebroth baccalario.

1451. Providus Mathias Troyan opidanus de Comarno cum ingenioso Iohanne Baythko ministro eclesie in Sczyrzecz

obtinuit remissoriales in personam dni officialis Premisliensis super accessorio verificande execucionis per executorem quendam dnum Stephanum presbiterum, qui dictum Troyanum citavit. Et dominus admisit ad probandum ad festa Pasce peremptorie. Presentibus.

1452. 1494 Mercurii XXVI Octobris facta est concordia et [491v] amicabilis composicio per arbitros infrascriptos et amicabiles compositores, videlicet honorabilem Paulum in Zelechow plebanum et nobilem Iohannem Cay de Drewlany, tali pacto, quod ipse dnus Iohannes Cay recognovit se de campo post predium suum et araturas duas cassulas cum media siliginis recepisse, decimas ad ipsum Paulum pro anno presenti spectantes, quas cassulas siliginis ipse Iohannes Cay dicto dno Paulo plebano restituere obligatus est, de media autem quinta cassula siliginis ex decima manipulari ad ipsum Paulum spectante arbitratores tale decretum fecerunt, quod si Paulus frater germanus Iohannis coram bonis hominibus et nuncio ipsius Cay recognoverit se de campo mediam quintam cassulam siliginis recepisse, extunc ipse Iohannes Cay sine omni dilacione dno Paulo plebano restituere debebit et dampnum resartire. Et a simili ex adinvencione arbitrali Paulus plebanus decim septem grossos pro panno empto et achtuale cervisie Buscensis et *corzecz* siliginis Iohanni Cay pro eadem rata dare debet et obligatur. Quam concordiam ipse partes inter se tenere et inviolabiliter observare debebunt sub pena vallata decem florenorum et inter partes interposita, parti concordiam arbitrium tenenti medium et per partem concordie contravenientem irremisibiliter solvenda. Presentibus ibidem magistro Georgio altarista, Nicolao Camenecz, Stanislao Czaldyk, Luca illuminatore et me Petro notario[1].

CDXLII. Veneris XX mensis Marcii (20 marca 1495).

1453. Ad peticionem Anne mulieris relicte honorabilis Florianus in Stareschyolo plebanus animo litem contestandi requisivit Annam, quot ternarii lati in dicta peccunia fuissent, que dixit: duo ternarii fuerunt. Et dnus Florianus replicando dixit sex ternarios latos inter peccunias receptas fuisse, quam peccuniam ibidem in instanti in campo coram testibus computavit, et non plus nisi sex ternarios invenit, offerens se probatu-

[1]) Por. wyżej zap. 1404.

rum. Quantum autem ad percussionem respondit eam percusisse tanquam ream et culpabilem. Presentibus dnis Kiliano canonico, Martino Romano, Casparo viccariis. Et ibidem dicta Anna animo deliberato non habens sumptus, quibus ad causam sollicitandam impendere deberet, dnum Florianum plebanum in Staresyolo plebanum a quovis strepitu iudiciaro occasione viginti grossorum cum medio, pro quibus dicto dno Floriano actionem intentaverat, liberum dimisit omnique actioni et litium amfractibus dicta Anna renunciavit et cessit. Presentibus.

1454. Adam Iaczymyrski instante dno Paulo procuratore Katherine Goldzanka de Mosczyska ob non responsionem peticionis accusatus, per dominum pronunciatur. |

[492] *CDXLIII. Lune XXIII mensis Marcii, in crastino Oculi* (23 marca 1495).

1455. Mathias et Martinus fratres germani de Grodek molendinatores Colathy ad instanciam Dorothee olim consortis Iohannis Wysznowski pro certis rebus, vaccis, scrofis, cussinis monicionum literis moniti iuxta dependenciam termini petiverunt se ab instancia termini absolvi, et dominus absolvit cum condempnacione expensarum. Presentibus ibidem discretis Casparo viccario, Nicolao cantore.

CDXLIV. Audiencia Veneris XXVII Marcii ante dominicam Letare post festum Anunciacionis Marie Virginis gloriose (27 marca 1495).

1456. Margaretha Ianyssowa relicta de Bobrka constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsz contra providos Thomam advocatum, Petrum Dubanyoski, Mysz Kolaczko consules, Mathiam Curzydym et Franciscum iuratos de Bobrka, dans et concedens ad agendum et defendendum, ut in forma meliori. Contra quos idem procurator proponit et cum gravi querela iudicialiter deducit, quomodo retroactis temporibus, annus complebitur post festum Pasce, quando Andreas Namaczalovycz de Bobrka dicte actricis gener invaserat suum repositorium et fregit sibi cameram nullo iure adiutus et illam in rebus spoliavit, marcas septem peccunie communis sibi recepit, tunicam valoris duarum marcarum, palium unius cum media marce et lectisternia cum alia supellectili dicte actricis valoris sedecim marcarum. Extunc postmodum tractu temporis iusticiam quesivit cum dicto spolia-

tore apud prefatos reos iurisdicioni prepositos opidi Bobrka, qui rei trahentes in partem spoliatoris dicte actrici iusticiam ministrare denegaverunt et ipsam in damnum dictarum peccuniarum extimatarum induxerunt et demum ad ius eclesiasticum ad recurrendum pro iusticia cum ipsis ministranda, petens ad solvendum compelli dictas sedecim marcas, actione contra spoliatorem intacta, et si negatum fuerit, probare intendit. In presencia dictorum citatorum animo litem contestancium et respondencium, allegancium, quod partes lites habentes de bona voluntate pro dicta causa receperunt se ad dominum loci, asserentes, quod idem dominus postmodum eis inhibuit tractare presentem causam parcium, procuratore Harz replicante fore receptum aliam causam pro laboribus dicte actricis, alienam ab ista et non presentem actionem. Et ibidem partes de calumpnia vitanda iuraverunt et partes ree probabunt, quod partes agentes pro rebus suis coram eis ad dominum loci se receperunt pro causa terminanda pro omnibus dilacioniobus. Presentibus honorabilibus et discretis Kiliano canonico, Stanislao Nethar, Casparo viccariis, Nicolao de Camyenyecz, Stanislao Humulo subdiacono, Iohanne de Sambor, testibus circa premissa.

1457. Andreas Szocha pellifex civis Leopoliensis proponendo petit ab honesta Margaretha | consorte Petri pellificis [492v]
anulum aureum cum lapide precioso valoris florenorum sex, datum eidem ree in vim arrarum super contractu federis matrimonialis subsequendo iam a plurimis annis retroactis, que dum a pretenso actore resiliit et alium maritum duxit, petit restitucionem iuxta canonica instituta tanquam causam tangentem forum eclesiasticum. In presencia mariti dicte ree deliberantis ad quindenam.

CDXLV. Lune sexta mensis Aprilis post dominicam Iudica (6 kwietnia 1495).

1458. Andreas minister eclesie in Zubrza in causa citacionis et eius execucionis ad instanciam Nicolai mercatoris civis Leopoliensis citatus iuravit, quod dictam citacionem apprehendendo personaliter nobilem Nicolaum Pustomythski de Zubrza citavit et citacionem Nicolao mercatori debite executam dedit, quam ipse Nicolaus perdidit. Presentibus honorabilibus Simone in Lopaczyn plebano, Andrea Bochnya, Stanislao viccario.

CDXLVI. Mercurii octava Aprilis post dominicam Iudica (8 kwietnia 1495).

1459. Nobilis Katherina Bylynyna de Rzepnow apud acta personaliter constituta recognovit, post famulum suum Stanislaum defunctum pro equo marcam cum media recepisse, et ultra obligatur istam peccuniam, aliam summam peccunie addendo, pro qua psaltarium bonum comparari et illud iam in effectu pro festo Divisionis apostolorum sub excomunicacionum penis pro eclesia in Busko pro anima dicti defuncti dare et comparare obligatur. Pro qua complecione per discretum Nicolaum Brodawka presbiterum gracialem est monita, quod si pro dicta rata psalterium huiusmodi non compararet, extunc prima die iuridica post festum Divisionis apostolorum coram domino comparebit ad videndum et audiendum se sentencias excomunicacionum incidisse declarari. Presentibus discretis Martino Romano viccario, Andrea Bochnya, Mathia sacristiano, Nicolao Manczykal, testibus.

CDXLVII. Veneris X mensis Aprilis (10 kwietnia 1495).

1460. Margarethe Petri pellificis consortis de Leopoli Andreas Bochnya procurator animo litem legittime contestandi confitendo anulum fuisse receptum per ipsam ream a Andrea Szocha pellifice, diffidendo et negando valorem in proposicione extimatum, cuius consciencie et iuramento super valore remittit. In presencia Nicolai Harsz protestantis de restitucione duplicatarum arrarum. Presentibus discretis Mathia sacristiano, Simone, Nicolao viccariis.

1461. Alberti Coslowski in causa centum florenorum cum honesta Martha de Noua ciuitate datur terminus ad probandum ad feriam quartam proximam super proprietate et cessione dictorum florenorum contra prefatam Martham sororem germanam consortis eiusdem Alberti, quam probacionem ex actis civilibus pro eodem termino producere obligatur. |

[493] *CDXLVIII. Mercurii XV mensis Aprilis post dominicam Domine ne longe* (15 kwietnia 1495).

1462. Nobilis Albertus Coslowski personaliter constituit in suum procuratorem magistrum Andream Bochnya in causa, quam sibi movet honesta Martha de Nova ciuitate occasione cen-

tum florenorum, dans *etc.* Presentibus honorabilibus et discretis Mathia sacristiano, Casparo viccario, Stanislao Humulo diacono.

CDXLIX. Veneris XXIIII Aprilis, in crastino sanctorum Georgii et Adalberti martirium (24 kwietnia 1495).

1463. De mandato reverendissimi in Cristo patris et domini nostri dni Andree Rosa Dei gracia archiepiscopi Leopoliensis discretus Stanislaus Czaldyk eclesie Leopoliensis viccarius retulit mihi notario actorum se citasse magistrum Andream Bochnya tanquam procuratorem discreti Mathie in Comarno plebani necnon nobilis Petri Boreczsky ad horam audiencie presentis diei ad instanciam honorabilis Mathei in Sczyrecz plebani actoris ad videndum et audiendum sentenciam diffinitivam in presenti causa inter partes prefatas vertente ferri et pronuciari et ad ea que iuris sunt fieri. Quam ibidem de speciali mandato prefati reverendissimi dni archiepiscopi et in presencia sue reverendissime paternitatis venerabilis Iohannes Crowyczsky decanus Leopoliensis in presencia parcium eam ferri petencium tulit et in scriptis pronunciavit. Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Stanislao de Trzebochow, Iohanne Parznyowski canonicis, Iacobo mansionario, Iacobo de Clodawa notario dni archiepiscopi, Petro Boreczsky, Iohanne Davydowsky et aliis multis testibus circa premissa.

1464. Nobilis Nicolaus Pustomythsky de Zubrza absque omni controversia pratum penes Osszphycza iacens iuxta obligacionem superius in actis factam ad presentem annum libere falcastrandum cum collectione feni provido Nicolao mercatori civi Leopoliensi dimittere debet per decursum quatuor annorum, de anno preterito fenum per Nicolaum Pustomythsky super dicto prato penes Oszphycza receptum, equivalens pratum super Barycz, in quo tantum fenum posset fieri, sicut in prato penes Oszphycza, dare sub excomunicacionum penis est obligatus et iam ante expedicionem belli prefatus Nicolaus mercator cum dicto dno Nicolao ad videndum et ostendendum dictum pratum exequitare debent et ibi revidere, quantum sufficeret pro ipso Nicolao propter expedicionem belli futuri. Presentibus.

CDL. Mercurii penultima Aprilis ante Philipi et Iacobi apostolorum (29 kwietnia 1495). |

1465. Honorabilis Iacobus plebanus in Glynyany consti- [493v]

tuit in suum procuratorem magistrum Andream Bochnya in causa, quam movet seu movere intendit discreto Iohanni Petherwyaczek civi in Czeski occasione decime manipularis et ipsius raptu de villa Gay, dans *etc.* Presentibus discretis Iacobo Bruchnal mansionario, Casparo et Stanislao viccariis Leopoliensibus, testibus circa premissa.

1466. Providi Iacobus alias Iakyel, Bernardinus de Glynyany et Albertus Buyala de Busko consules, testes pro parte dni Iacobi plebani de Glynyany contra discretum Iohannem plebanum in Czesky citati, inducti et in contumaciam partis iuraverunt, quorum examen dominus post prandium distulit esse ferendum. Presentibus.

1467. Discretus Nicolaus cantor eclesie Leopoliensis viccarius de mandato domini retulit se citasse providum Thomam Stanczelpop carnificem de Leopoli ad instanciam magistri Nicolai Harsz procuratoris ad horam presentis diei, et ibidem accusatus, contumax per dominum pronunciatur processuum opportunorum cum decreto. Presentibus.

1468. Famosus Petrus Lindnar consul Leopoliensis proponendo petit ab honorabili et nobili dno Alberto Borowsky notario terrestri Leopoliensi florenos quatuor certi debiti mutuati, item mediam marcam pro expensis sibi ministratis et bovem pro perna carnium apud ipsum dnum Petrum receptum, petens ad solvendum cogi et compelli. In presencia eiusdem Alberti Borowsky ad hoc citati, petentis ad deliberandum, et obtiuit ad quindenam decreto domini mediante. Presentibus.

CDLI. Veneris prima mensis Maii, ipso die sanctorum Philipi et Iacobi apostolorum (1 maja 1495).

1469. Petrus consul de Bobrka prestitit iuramentum, quod testes Thomas Barthkowycz et Nicolaus Colaczko inducendi super illorum intencione contra [1]) Margaretham Ianyssowa mulierem de Bobrka infirmantur nec de facili induci possunt. Et dominus dilacionem unius quindene ad convalescenciam eorumdem testium inducendorum admisit. Presentibus discretis viris Andrea in Pyeklykowcze plebano, Nicolao Brodawka presbitero de hospitali et Nicolao Harsz procuratore.

[1] W rkp. wyraz ten podwójnie wpisano.

CDLII. Lune quarta mensis Maii, ipso die sancti Floriani (4 maja 1495).

1470. In causa discretorum Iacobi in Glynyany et Iohannis Petherwyaczek in Czesky plebanorum iuxta notam remissionis reverendissimi in Cristo patris et domini dni Andree archiepiscopi Leopoliensis a tergo citatorii notatam, instante magistro Andrea Bochnya procuratore plebani in Glynyany, dominus prefatum Iohannem plebanum in Czesky in pristinas excomunicacionum sentencias reintrusit et graviores decrevit. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Michaele baccalario, Georgio de hospitali, Mathia in Comarno et Michaele in Marthinow plebanis, testibus circa premissa. |

1471. Pro eclesia in Comarno decima in Borcz[1]). [494] Nobilis dnus Petrus de Borzecz apud acta personaliter constitutus in causa decimarum manipularium sue arature de predio Borzecz, quas a tempore mote litis honorabili Mathie plebano in Comarno dabat et decimabat, illum ab impeticione honorabilis Mathei baccalarii in Sczyrzecz plebani evicit et intercedit et se ad causam presentem ac ad interesse principalem posuit. Presentibus.

1472. Nicolaus Rutha minister eclesie in Chodorowstaw proponendo petit a provido Francisco de Marthinow palium de pileto rubei coloris valoris trium marcarum per olim sororem suam invadiatum, quod palium post mortem sue sororis iure propinquitatis ad ipsum Nicolaum est devolutum, petens dictum palium restitui aut valorem eius persolvi. In presencia dni Michaelis in Marthinow plebani procuratoris dicti Francisci legitime constituti, allegantis, quod dna heres in Marthinow per vim tanquam potens palium huiusmodi a Francisco recepit et fertone uno pro debito suo contentavit, cui aduc dna heres in octo grossis iniuriam fecit. Et dominus actionem in futurum Nicolao cum dna herede de Marthinow pro dicto palio reservavit. Presentibus.

1473. Elena mulier de Culykow petit pro nutrimento pueri sui, quem a provido Stanislao viceadvocato de Culykow ex coitu adulterino concepit et peperit, petens eundem ad dandum nutrimentum huiusmodi, quo ipsa cum suo puero possit contentari. In presencia eiusdem petentis, et obtinuit ad XV.

[1] Ten nagłówek dodany później innem pismem u góry karty 494.

CDLIII. Mercurii sexta mensis Maii (6 maja 1495).

1474. Nobilis Andreas Pudlowsky nomine suo reproducta citacione legittime executa contra honestam Elizabeth consortem olim Pauli Strzelecz de Busko, a qua iudicialiter petit florenos decem in grossis bohemicalibus, prefatis coniugibus dudum ad servandum datos, et illos ad restituendum compelli petit. In presencia dni Iohannis mansionarii sancte Katherine castri inferioris Leopoliensis, caventis de ratihabicione mandati et petentis ad deliberandum, et obtinuit ad quindenam. Presentibus honorabilibus dnis Matheo in Sczyrzecz plebano, Casparo viccario, Iacobo mansionario, Georgio de hospitali, testibus circa premissa.

1475. Discretus Simon eclesie Leopoliensis viccarius de mandato domini retulit se citasse discretum Iohannem Baythko quondam ministrum eclesie in Sczyrzecz, terminum sibi ad horam presentis diei assignando, ad instanciam honorabilis Mathei plebani in Sczyrzecz. Et ibidem hora vesperorum diucius expectatum et non comparentem, instante dicto dno Matheo baccalario, contumaciam ipsius Iohannis accusante, quem dominus contumacem pronunciavit et processus opportunos decrevit. Presentibus.

1476. Andreas Pudlowski constituit in suum procuratorem dnum Iacobum mansionarium contra Elizabeth mulierem de Busko, ut in forma meliori. Presentibus.

CDLIV. Lune XI mensis Maii (11 maja 1495).

1477. Lazar Armenus civis Leopoliensis gravi in querela proponit contra discretum Paulum presbiterum informatorem noviciorum ad Corpus Cristi, quomodo anno presenti sabbato in crastino sanctorum Philipi et Iacobi apostolorum, dum eum
[494r] pro debito suo quatuor grossorum cum medio monuit, ut solveret, extunc eum infamavit, dehonestavit, furem, latronem, deceptorem, hereticum appellavit, et his malis non contentus in claustro Corporis Cristi verberavit, maxillavit, percussit, per crines traxit et male tractavit, usque ad non modicam crinium evulsionem, quam infamiam, percussionem, maxillacionem dictus Lazar a[*d*] tricentos florenos extimat et pensat, petens ipsum in eisdem puniri et condempnari ac ad solvendum cogi et compelli iusticia sancta mediante. In dicti Pauli presencia ad hoc legitime citati, petentis ad deliberandum, et obtinuit ad quinde-

nam, que erit Lune XXV Maii mensis prefati. Presentibus honorabilibus Iohanne in Czesky, Stanislao de Vhrinow plebanis, Iacobo mansionario, Mathia sacristiano, Stanislao Humulo etc.

1478. Honorabilis Iacobus ad sanctam Katherinam mansionarius retulit se citasse de mandato domini discretum Gotardum in Davydow plebanum ad horam presentis diei audienciam ad instanciam dni Iohannis Peterwyaczek in Czesky plebani tanquam testem ad perhibendum testimonium veritatis in causa vertente inter ipsum Iohannem in Czesky et dnum Iacobum in Glynyany plebanos occasione execucionis citacionis et iniuste excomunicacionis et denunciacionis. Qui ibidem comparens in contumaciam partis ex adverso iuravit, neutri parti favorisando, iure iurando deposuit, quod anno presenti, diem testis non meminit, dnus Iacobus in Glynyany plebanus bina vice citatorium contra dnum Iohannem Peterwyaczek plebanum in Czesky sub titulo et sigillo ab audiencia reverendissimi dni archiepiscopi Leopoliensis emanatum ad exequendum per quendam Gvnka tanquam nuncium ad testem dictum citatorium misit, sed testis Deo permittente gravi infirmitate preventus nullatenus exequi valuit, et demum nuncius dni plebani in Glynyany viceversa cum dicto citatorio sic non executo ad domum remeavit. Iniunxit testis, quod a quiennio citra vel ultra in villa Czesky non fuit, nec unquam huiusmodi citatorium contra dnum Iohannem plebanum in Czesky est executus. Et de aliis testi non constat. Cui iniunctum est, ne suam deposicionem nemini panderet sub iuramento per ipsum prestito.

CDLV. Mercurii XIII mensis Maii (13 maja 1495).

1479. Dnus Albertus Borowsky notarius terrestris Leopoliensis iuxta dependenciam termini ob non responsionem peticionis superius in actis notate ad instanciam dni Petri Lindnar consulis Leopoliensis accusatus, per dominum contumax est pronunciatus processuum opportunorum cum decreto. Presentibus ibidem discretis viris Mathia sacristiano, Casparo, Martino Romano viccariis Leopoliensibus, testibus circa premissa.

CDLVI. Veneris quindecima mensis Maii, ipso die sancte Zophie electe (15 maja 1495).

1480. Providorum consulum et scabinorum de Bobrka discretus dnus Iohannes de Sandomiria viccarius et providus

Mathias viceadvocatus de Bobrka testes pro parte ipsorum et contra Elizabeth orphanam de ibidem inducti, citati iuraverunt in presencia dicte Elizabeth et sui procuratoris Nicolai Harsz adcitati, protestantis de dandis interrogatoriis, que tunc ibidem in scriptis produxit. Presentibus honorabilibus et discretis Iacobo, Mathia mansionariis, Stanislao et Casparo viccariis Leopoliensibus, testibus circa premissa. Et ibidem dicti consules de Bobrka constituerunt in suum procuratorem magistrum Andream Bochnya contra prefatam Elizabeth, ut in forma meliori. Presentibus.

CDLVII. Lune XVIII mensis Maii (18 maja 1495). |

[495] **1481.** Consulum et scabinorum de Bobrka cum Elizabeth Ianyschowa relicta in causa dominus instante procuratore dictorum consulum dicta testium et deposiciones publicavit et copias partibus habere volentibus dandum decrevit. In presencia dicte Elizabeth non contradicentis, que ibidem caucione iuratoria de parendo iuri per dominum est astricta. Presentibus ibidem discretis viris Simone, Stanislao Nethar viccariis Leopoliensibus, testibus circa premissa.

1482. Andree Ryczerz cum Heduigi consorte olim Pauli Strzelecz de Busko in causa dominus partibus prefixit et prorogavit terminum idem faciendi ad feriam secundam post festum sancte Trinitatis. Presentibus.

CDLVIII. Lune XXV mensis Maii, ipso die sancti Vrbani (25 maja 1495).

1483. Anna mulier orphana de suburbio Leopoliensi coram reverendissimo in Christo patre dno archiepiscopo Leopoliensi proponendo petit a nobili Alberto Borowsky notario terrestri Leopoliensi servicium deservitum per sex annos continue sese sequentes dicto Borowsky exhibitum, annuatim per unam marcam. Item proponit, quod in huiusmodi servicio perseverando et famulamina domestica continue laborando, vestimenta de panno consuta dicta Anna destruxit et anichilavit, et alia dictus Borowsky ab ipsa recepit et quo voluit convertit, in valore duodecim marcarum, petens eum compelli ad solvendum huiusmodi servicium et vestimentorum restitucionem aut valorem solucionem. In dicti Alberti Borowsky presencia petentis ad deliberandum, et obtinuit ad primam diem iuris decreto re-

verendissimi domini mediante, quam causam ibidem dno officiali vive vocis oraculo inter ipsas partes commisit cognoscendam. Et ibidem dictus Borowsky de reconveniendo protestatus est. Presentibus ibidem venerabilibus et honorabilibus dnis Iohanne Crowyczsky decano, Iohanne Parznyowsky canonico, Matheo in Sczyrzecz, Floriano in Staresyolo plebanis.

CDLIX. Mercurii XXVII mensis Maii, in vigilia Ascensionis Domini (27 maja 1495).

1484. Albertus Borowsky notarius terrestris Leopoliensis reconveniendo proponit contra Annam mulierem, quod ipsa morando apud eum per certum tempus extorsit et recepit ac pro se usurpavit canapalia sive decimam lini de kmethonibus in valore medie sexagene et quo sibi placuit, convertit in absencia sui a domo, et sibi eandem domum incineravit cum rebus et suppellectilibus domesticis, moderacione previa ad viginti marcas. Et ultra hoc kmethonem nomine Olexa exussit cum horeo, frumentis grani utriusque, moderacione previa similiter in valore viginti marcarum, petens eandem ad solvendum compelli dampnum per eam illatum et de parendo iuri obligari aut iuramentum prestari. In presencia eiusdem mulieris ad hoc citate per dnum Iacobum mansionarium relacione facta ad horam audiencie presentis diei. Et ibidem procurator dicti Borowsky Nicolaus Harsz ad hoc constitutus animo litem legittime contestandi ad proposicionem dicte mulieris respondendo negavit narrata, prout narrantur, eo salvo, quia apud eum morabatur in eius pane et expensis, quam servavit medium annum plus causa necessitatis, quam sui servicii, quando ad ipsum a casu advenit, nescitur unde. Ex adverso muliere replicante, quod sibi servivit sex annis, principaliter tres, post quos Leopolim recesserat, et iterum eam ad servicium revocavit, cui iterato alios tres annos servivit, quod obtulit se probaturam pro omnibus dilacionibus. Quantum autem ad reconvencionem dicta mulier respondit animo litem contestando, negavit narrata, prout narrantur, | et datur ad probandum Borowsky pro omnibus dilacio- [495v]
nibus. Et ibidem dicta mulier prestitit iuramentum de calumpnia vitanda, quod veraciter contra dictum Borowsky proposuit et eciam quod veraciter ad eius reconvencionalem respondit. Presentibus discretis Matheo in Sczyrzecz plebano, Andrea Bochnya,

Casparo et Simone viccariis Leopoliensibus, testibus circa premissa.

CDLX. Mercurii X mensis Iunii post festum Penthecostes proxima (10 czerwca 1495).

1485. Famosi Nicolai Domslar consulis Leopoliensis, prout terminus requirit et dependet, Nicolaus Harsz procurator eiusdem contra venerabilem dnum Iohannem Crowyczsky decanum Leopoliensem protestatus est, quod idem adversarius non probat neque probabit suam intencionem pro equo et debito in eius proposicione restrictis sub ammisione cause, prout se idem dnus decanus submisit in actis domini nostri reverendissimi peremptorie ad festum transactum Pentecostes, petens dictus procurator absolvi ab instancia cause et termini et mote actionis cum condempnacione expensarum. In presencia ex adverso magistri Andree Bochnya impedientis evasionem et non consencientis. Et ibidem dominus deliberatus suam voluntatem pronunciabit prima die iuris post festum sancte Trinitatis. Presentibus honorabilibus et discretis viris Stanislao de Vhrinow, Nicolao Brodawka, Georgio de hospitali presbiteris.

1486. Nobilis Iohannes Zorawynsky ob non solucionem florenorum quinque in actis consistorii ad solvendum inscriptos et obligatos ad instanciam honorabilis dni Stanislai plebani in Brzosdowcze per dominum sentencias excomunicacionum declaratus est processuum opportunorum cum decreto.

CDLXI. Mercurii XVII mensis Iunii, in vigilia Corporis Cristi (17 czerwca 1495).

1487. Discretus Stanislaus Pauli de Przevorsko clericus in minoribus ordinibus existens consulendo pro orphanitate sue matris Barbare et ponendo se principalem actorem pro iniuria, actione et percussione, proponit per suum procuratorem ad hoc constitutum in forma meliori magistrum Nicolaum Harsz contra providum Martinum Colath molendinatorem de Grodek, quomodo ipse anno presenti dominica die infra Ascensionis dominice octavam, animo iniuriandi, dehonestandi et ledendi, manus suas violeatas iniecit et ipsam Barbaram baculo percussit usque ad sanguinis effusionem, inferendo sibi mulieri plura vulnera livida et cruenta, in quibus modicum non expiravit, quam percusssio-

nem et iniuriam extimat ad triginta marcas peccunie usualis dictus actor intercessor sue matris, non discedendo ab anulo regali, casu quo dicta mulier, prout desperatur, morietur ex ipsis vulneribus, petens reum ad solvendum compelli, et si negatum fuerit, probare intendit. Quam mulierem languentem usque in Przevorsko in vulneribus dnus Wylczek conduxit cum suis sodalibus propter pacem, ne ei peius succederet, et que sibi reo annum cum medio servivit et nullam solucionem recepit. In presencia eiusdem Martini Colath citati animo litem legittime contestantis, negantis narrata, prout narrantur, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus salvis vaccanciis. Presentibus ibidem honorabilibus et discretis viris Simone, Nicolao cantore, Stanislao Nethar viccario. |

1488. Discretus Leonardus presbiter literatorum fraternitatis in Busko constituit in sūum procuratorem magistrum Andream Bochnya *[in causa]*, quam movere intendit honesto Nicolao familiari dni vicecapitanei Buscensis, dans *etc.* Presentibus. [496]

1489. Martinus Colath corrigendo sue contestacionis litem in instanti petivit ad deliberandum ad quindenam, ita tamen, quod procuratorem actoris citabit pro eodem termino ad videndum responderi sue peticioni, decreto domini mediante. Presentibus.

CDLXII. Veneris XIX mensis Iunii infra octavas Corporis Cristi (19 czerwca 1495).

1490. Leonardi plebani de Cosczeyow Nicolaus cavendo pro rato cum Iohanne pellifice de Culykow in causa, suspenditur effectus monicionis pro siligine medii trunci ad octavam diem, et interim plebanus probabit condescensum solucionis dicti medii trunci super Cristanum opidanum de Culykow. Presentibus discretis viris Simone, Casparo, Nicolao viccariis Leopoliensibus, magistro Georgio, Iacobo mansionario.

1491. Venerabilis dni Iohannis Crowyczsky decani Leopoliensis in causa cum famoso Nicolao Domslar consule, instante eiusdem procuratore ex dependencia termini, petente se absolvi ab instancia actionis et cause dicti dni decani, asserentis ipsius procuratoris non fuisse probatam peremptorie intencionem ad festum Penthecostes sibi dno decano limitatam ex actis domini nostri reverendissimi, et dominus decernendo decrevit causam

remittendam fore ad acta dni archiepiscopi, quousque sibi constiterit de illorum verificacione et termini limitacione. Presentibus.

CDLXIII. Veneris XXVI mensis Iunii, in crastino sancti Iohannis Baptiste (26 czerwca 1495).

1492. Iohannes carpentarius de Norinberga constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsz in causa, quam sibi movet seu movere vult et intendit Dorothea mulier de Crosna occasione contractus matrimonialis, dans *etc.* Et ibidem dicta Dorothea mulier proponit contra prefatum Iohannem carpentarium, quomodo anno presenti ante Carnisprivium ipsa tunc in Crosna serviente prefatus Iohannes ipsam alloquebatur verbis suis, ut fidem sibi ad faciendum matrimonium daret et secum Leopolim ad perficiendos labores iret, que noluit, asserens non esse honestum puelle per vias currere vel transire cum laicis. Et ille non contentus socium suum Andream misit, ut eam similibus verbis alloqueretur. Ad quorum persuasionem consensit secum ire et promisit eam in virginitate servare usque ad complendum statum matrimonii. Et ille immemor fidei sue, in Czuczecz villa ibidem pernoctando eam violavit et defloravit et defloratam usque Leopolim perduxit et eam impregnavit, que Leopolim veniens tanquam cum sponso cohabitavit in spem matrimonii contracti. Et postmodum volens eam evadere reliquid (!) eam et se aliis mulieribus associavit. Item petit pro servicio viginti septimanarum per tres grossiculos, petens ad consumandum matrimonium et servicium solvendum compelli
[496v] et pro defloracione et impregnacione | centum florenos. Et ibidem dicta actrix prestitit iuramentum de calumpnia vitanda. In presencia ex adverso procuratoris Nicolai Harz deliberantis ad quindenam. Et ibidem dictus reus prestitit iuramentum iuri parere, iuris beneficiis salvis. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Andrea Bochnya, Nicolao Brodawka, Stanislao Casparo, Simone viccariis.

CDLXIV. Mercurii prima mensis Iulii, in vigilia Visitacionis gloriose Virginis Marie (1 lipca 1495).

1493. Honesta Gertrudis puella proponit contra providum Albertum Buyala de Busko, petens ab eodem cistam, quam

ipse retinet actricis propriam, in qua habentur vestimenta alba, cantari tres, scutelle tres, *przystawky* due stannee, tria talaria, et cum aliis rebus, quas apud se retinet, nullo iure sibi quesito, cum pelvi et duabus patellis. Item petit ab eodem duo coclearia argentea in valore sex fertonum. Item petit fertonem intuitu appreciate vacce pro proventu ab eadem infra decursum unius anni et ipsam vaccam. Item petit pro servicio, quod sibi exhibuit dicta actrix puella per unum annum minus sex septimanis, tres fertones, petens ad solvendum compelli et restituendum servata, et si negatum fuerit, petit se ad probandum admitti. In presencia eiusdem Alberti Buyala ad hoc citati animo litem legittime contestantis, respondentis quantum ad cistam posessam, quod illam fatetur et paratus est restituere, quantum autem ad coclearia, illa eciam fatetur apud suam uxorem, quantum ad proventum vacce pars rea affirmavit octo grossos fore obligatus, quantum ad servicium negavit narrata, prout narrantur, dicto procuratore actricis petente super confessatis pronunciari. Et dominus obtulit se pronunciaturum loco et tempore suis. Presentibus honorabilibus dnis Iacobo, Mathia mansionariis, Casparo, Simone viccariis Leopoliensibus.

1494. Honorabilis Florianus in Stareschyolo plebanus post subductionem termini propter occurentem festivitatem instante procuratore Pauli muratoris de Rohathyn ob non responsionem peticionis accusatus, per dominum contumax pronunciatur processuum opportunorum cum decreto. Presentibus.

1495. Testes pro parte Agnetis Mydlarka, videlicet honorabiles Caspar viccarius et Mathias mansionarius, contra Bernardum laicum inducti, citati, examinati, in dicti Bernardi presencia ad hoc legittime citati iuraverunt. Presentibus.

CDLXV. Veneris tercia mensis Iulii, in crastino Visitacionis Virginis Marie (3 lipca 1495).

1496. Religiosus Bernardus prior conventus Corporis Christi de Colomya constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsz contra Andream Caleczka civem Colomiensem, ut in forma meliori. Qui ibidem per suum procuratorem Nicolaum Harsz proponit petens a dicto Andrea equum valoris unius sexagene cum sex grossis, quem equum dictus Andreas ab eodem actore evicit, eliberavit, recepit de conventu et pro eodem

fideiussit, ad statuendum dictum equum et restituendum sibi actori in duabus septimanis taliter, ut pro eodem cavit. Et postmodum monitus per certum concivem de ibidem missum per actorem, eundem verbis contumeliosis obruit et increpavit, percutere volens, et ita equum non restituit usque in hodiernum tempus, quem equum plures persone terrigene et ignobiles volebant a priore fideiubere, et prior solum sibi admisit fideiussoriam sub spe restitucionis circa secundam evictionem, quem
[497] ipse prior | in iure seculari ibidem civili obtinuit iudicialiter, probata sua proprietate equi et dampno. In presencia eiusdem Andree citati, affirmantis caucionem equi ad ius statuendi et dnum priorem in tempore et hora ante spacium duarum septimanarum obduxit et obdestinavit, tribus diebus avisavit. Cui probatur probacio infra quinque septimanas post festum sancti Bartholomei peremptorie, si et inquantum expedicio non erit. Presentibus honorabilibus dnis Iacobo mansionario, Stanislao, Casparo, Nicolao viccariis Leopoliensibus, Andrea Bochnya, Iacobo ad sanctum Stanislaum, Petro Stryczek, Francisco civibus Leopoliensibus.

1497. In causa honorabilis Leonardi presbiteri de Busko literatorum contra Nicolaum familiarem dni vicecapitanei Buscensis datur terminus super accessorio probandi per testes super intencione, quod prefatus Leonardus de prima et secunda citacione libere dimisit nec terminum contra ipsum attemptare voluit. Et istis probatis Nicolaus absolvetur a solucione expensarum, et casu quo infra dilaciones post vaccancias non probaverit, in expensis dictus Nicolaus condempnabitur, et ibi tunc super negocio principali procedetur. Presentibus.

CDLXVI. Lune sexta mensis Iulii, in octava sanctorum Petri et Pauli apostolorum (6 lipca 1495).

1498. In causa Agnetis Mydlarka alias smigmaticis et Bernardi laici occasione federis matrimonialis, quod ipsa Agnes tempore debito coram sacerdotibus bannas revocavit et illas fieri inhibuit, super quo corporale iuramentum prestitit, quod nunquam ad huiusmodi matrimonium consensum dedit, et istis cognitis dominus ad alia vota matrimonii prefatis Agneti et Bernardo convolandi potestatem dedit. Presentibus honorabilibus

dnis Andrea in Pyeklykowcze plebano, Andrea Bochnya, Nicolao Harz, Mathia Bar, Nicolao Arnasto consule.

CDLXVII. Veneris[1] *octava Iulii* (8 lipca 1495).

1499. Providus Albertus Buyala consul de Busko proponendo petit ab honesta Gertrudi puella servili nunc circa dnum in Gologori plebanum manentem marcas duas pro expensis sibi puelle per decursum unius anni minus sex septimanis ministratis, item pro cameralibus tredecim grossos, petens ad solvendum cogi et compelli. In presencia magistri Nicolai Harsz procuratoris dicte Gertrudis deliberantis ad primam diem iuris post vaccancias, et obtinuit. Presentibus honorabilibus dnis Simone, Casparo, Nicolao viccariis, Mathia mansionario, Andrea Bochnya, Nicolao Harsz.

1500. Georgius Bąly de Kleparow proponit gravi cum querela, quomodo Zophia uxor eius, spreto Dei timore, dedita malicie, dissenciens a matrimonio suis rebus pessimis, ipsum intoxicavit, quod in foro seculari probavit, et ad mortem fuisset condemnata, sed in spem melioris emende sibi pepercit et eam sibi reconciliavit. Et his malis suis non contenta iterum ab eo evasit, volens ad lupanar declinare usque ad tortorem pridie pervenit et cum eo ibidem pernoctavit, quod obtulit se probaturum. Et ibidem testes citati inducti, videlicet dnus Alexander filius olim dni Stano de Leopoli et Martinus Hamala, iuraverunt, quorum testium examen dominus michi examen eorundem commisit. In presencia dicte mulieris ad hoc citate nichil respondentis. Presentibus. |

CDLXVIII. Veneris X mensis Iulii ante festum sancte [497v] *Margarethe, ultima iuris* (10 lipca 1495).

1501. Honesta Margaretha relicta olim advocati de Grodek per procuratorem suum et tutorem proponendo petit ab honorabili dno Cristino plebano, nobili Iohanne Czyesyelski advocato et providO Nicolao Coszuch de Grodek tanquam ab executoribus testamenti olim mariti dicte Margarethe[2].

1502. Dorothee mulieris de Crosno in causa matrimoniali procurator Iohannis carpentarii ad eiusdem proposicionem negat narrata, prout narrantur, et lacius restringit in scriptis. Et ibidem

[1] Mylnie, zam. Mercurii.

[2] Zapiska niedokończona, a po niej wolne miejsce na kilka wierszy.

dictus Iohannes carpentarius prestitit iuramentum calumpnie, petens suas responsiones admitti et super his cognosci et interloqui. In presencia dni Iacobi procuratoris eiusdem Dorothee, qui prima die iuris replicabit. Presentibus honorabilibus dnis Cristino plebano in Grodek, Andrea Bochnya, Nicolao Brodawka, Michaele Mebroth, Stanislao viccario, Gregorio in Rumno plebano.

1503. Martinus quondam in Rumno nunc in Szokolnyky minister eclesie proponit contra honorabilem Gregorium in Rumpno plebanum, quomodo anno presenti nulla in re offensus ipsum sine culpa et legitima causa a servicio repulit ipsumque in una sexagena dampnificavit, item a decantacione vigiliarum bina vice et pulsales a duobus mortuis, partem ad ipsum concernentem, petens ad solvendum cogi et compelli, offerens se probaturum, casu quo negatum fuerit. In dicti dni Gregorii plebani citati presencia, deliberantis ad primam diem iuris post vaccancias, et obtinuit. Qui ibidem in suum procuratorem dnum Michaelem baccalarium contra dictum Martinum constituit et solenniter ordinavit, ut in forma meliori. Qui quidem Martinus prestitit iuramentum de parendo iuri et iudicatum solvi, si et in quantum succumbet, dicto dno Michaele procuratore protestante de reconveniendo contra dictum Martinum prima iuris post vaccancias.

CDLXIX. Veneris XVII mensis Iulii (17 lipca 1495).

1504. In causa Iohannis de Sambor et Gregorii sutoris civis Leopoliensis per eundem Iohannem citati in termino dependenti, petentis se ad forum secularem pro iusticie complemento remitti, et dominus ad primam diem sabbati, que tunc erat proxime instans, remisit. Et actor Iohannes ibidem nulla causa legittima habita ibidem iudicium requirende iusticie refuit et ipse reus Gregorius in suo foro seculari, prout fuit per dominum remissus, coram dnis consulibus Leopoliensibus terminum attemptavit, et eo casu, quo iusticie complementum in foro seculari non subsequeretur, prima die iuridica idem faciendi coram domino comparere debuerunt. Et istis non obstantibus dictus Iohannes in appellacionem prorupit et eandem domino interposuit. Presentibus discretis viris Simone, Casparo, Nicolao
[498] viccariis Leopoliensibus, | Iacobo mansionario, Michaele baccalario, testibus circa premissa.

CDLXX. Lune XX mensis Iulii (20 lipca 1495).

1505. In causa matrimoniali honesti Balthazar carnificis et Dorothee puelle olim Mayzel filie de Leopoli datur terminus partibus in eadem causa procedendi, prima die iuris post vaccancias partes comparebunt, et quicquid iuris erit, facient. Et si pestis invaluerit et vigebit, extunc partes a conservacione terminorum suspendentur. Presentibus venerabilibus et famosis dnis Iohanne Crowyczsky decano, magistro Thoma canonico viccario in spiritualibus, Nicolao Arnasti et Mathias (!) consulibus.

1506. Discretus Nicolaus eclesie Leopoliensis viccarius de mandato domini retulit se citasse dnum Andream Bochnya tanquam procuratorem gse Dorothee Szwynczyna ad instanciam honeste Anne alias Czudna Anna et sui procuratoris magistri Nicolai Harsz ad horam presentis diei ad videndum et audiendum expensas taxari, quas expensas moderacione previa dominus ad duodecim florenos in contumaciam partis citate taxavit et sentenciam diffinitivam pro parte ipsius Anne et contra predictam dnam Dorotheam latam debite execucioni demandavit et processus opportunos dandum decrevit Presentibus honorabilibus dnis Stanislao, Casparo viccariis, Iacobo mansionario et Michaele baccalario, testibus circa premissa.

1507. Iohannes carpentarius de Norimberga protestatus est de prima dilacione contra Dorotheam mulierem principalem ex adverso, non probantem suam intencionem.

CDLXXI. Mercurii XII mensis Augusti (12 sierpnia 1495).

1508. Anna mulier de Prussy coram domino exposuit, quod pater eius Barthos nomine filiam suam post Andream Lithwanum per vim in matrimonium tradidit et desponsavit, que Anna tantum unam noctem post contractum matrimonii cum suo viro Andrea pernoctavit, super quo Mathias eius frater germanus pro teste inductus, citatus iuratus deposuit, quod pater eius Barthos compulit Annam sororem eius contrahere matrimonium cum Andrea Lithwano, que nolens coniugium ratum habere noctem unam pernoctando ab eo discessit, et iam septem annis ab ea absentatur, subinserens dictus testis, quod idem Andreas Lithwanus est quesitus et in Trebowla morte vitam suam finivit, de cuius morte eciam discretus Mathias Slysz pres-

biter est testificatus. Presentibus discretis viris Simone, Stanislao, Iacobo viccariis Leopoliensibus, Iacobo mansionario, Nicolao Harsz.

CDLXXII. Mercurii XXVI mensis Augusti, prima die iuridica post vaccancias (26 sierpnia 1495).

1509. Eufemia mulier olim relicta Gotardi de Thysmyencza constituit in suum procuratorem dnum Iacobum ad sanctam Katherinam mansionarium in causa, quam movere vult et in-
[498v] tendit honorabili Ade presbitero | comendario in Thlumacz, dans *etc.* Cuius quidem Eufemie procuratore instante prefatus Adam in pristinas excomunicacionum sentencias per dominum est reintrusus processuum opportunorum cum decreto. Presentibus honorabilibus dnis Michaele Mebroth, Nicolao Brodawka, Andrea Bochnya, Matheo in Sczyrzecz et Mathia in Comarno plebanis, testibus circa premissa.

1510. Iohannes Cochno neophita de Leopoli constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harz in causa, quam sibi movere intendit Oluchna Armena consors sua pagana occasione infantis lactantis arestati. A simili et ex adverso prefata Oluchna fecit et deputavit suum verum et legittimum procuratorem dnum Andream Bochnya in causa, [*quam*] movere vult et intendit Iohanni Cochno marito suo, dantes *etc.* Presentibus.

1511. Andreas Bochnya procuratorio nomine Oluchne Armene reproducta citacione legitime executa ad videndum puerum dearestari et liberum dimitti, in presencia ex adverso procuratoris Nicolai Harsz, Iohannis Cochno, petentis ad primam diem iuris ad allegandum causas racionabiles, propter quas puer de civitate Leopoliensi non debet extradi nec dearestari usque ad decisionem litis, quas ibidem prima die iuris producet. Presentibus.

1512. Ambrosius de Culykow protestatus est de prima dilacione contra Zophiam non probantem suam intencionem infra dilaciones a iure concessas. Presentibus.

1513. Honorabilis Mathias in Comarno plebanus prima die iuris post festum sancti Michaelis prestabit iuramentum, quod non mandavit cantare missas de Assumcione gloriosissime Virginis Marie honorabili Stephano protunc suo viccario, et hoc decreto domini mediante. Presentibus.

CDLXXIII. Veneris XXVIII mensis Augusti (28 sierpnia 1495).

1514. Stanislaus in Rodathycze plebanus constituit in suum procuratorem dnum Andream Bochnya in causa, quam movere intendit honorabili dno Cristino in Grodek plebano et Iohanni tabernatori de eadem Rodathycze, dans *etc.* Et ibidem Andreas Bochnya procuratorio nomine Stanislai plebani in Rodathycze proponendo petit a Iohanne tabernatore de ibidem mediam marcam peccunie mutuate et truncum siliginis accomodatum, petens ad solvendum compelli. In dicti Iohannis presencia respondentis et allegantis dumtaxat quindecim grossis per | dictum [499] plebanum mutuasse et medium truncum siliginis dono donasse. Item prefatus Iohannes reconveniendo petit a prefato dno Stanislao plebano rethe alias *drgubycza* sibi plebano mutuatum in valore unius marce, quod rethe dictus plebanus pisces piscando laniavit et destruxit. Item petit tunicam muliebrem nigri coloris panni bohemicalis in quindecim grossis predicto dno plebano invadiatam in valore unius marce, in qua ambulando et pisces prandendo prefatus plebanus destruxit et laniavit, petens ad solvendum petita cogi et compelli. In presencia magistri Andree Bochnya procuratoris dni Stanislai plebani ad hoc citati per discretum Iacobum viccarium de Grodek relacione facta, petentis ad deliberandum, et obtinuit ad quindenam. Presentibus.

1515. Iohannes carpentarius de Norimberga protestatur de ultima dilacione contra Dorotheam mulierem de Crosno non probantem suam intencionem et sui procuratoris in causa matrimoniali. In presencia ex adverso dni Iacobi procuratoris dicte mulieris, qui remisit iuramento corporali principalis rei super federe matrimoniali, quod illam non impregnavit nec prolem ex eo suscepit, quia se asserit gravidam. Super mercede servicii venient partes ad calculum et ob defectum probacionis mulier prestabit iuramentum super servicio. Presentibus.

1516. Honestus Balthazar carnifex de Lanczuth Premisliensis diocesis opidanus petens compelli honestam Dorotheam filiam olim Mayzel de Leopoli ad consumandum matrimonium in facie eclesie vigore contractus inter eos initi et consumati retroactis temporibus, iam existente in nubili etate annorum duodecim vel ultra, in domo, quam olim dnus Petrus Lindnar

possidebat, nupciis durantibus dni Petri Thyczka, dum suam filiam Barbaram Casparo de Lanczuth matrimonialiter tradiderat. Extunc dicta Dorothea per expressum coram probis personis dictum actorem in sponsum, maritum et tutorem desponsavit per verba talia in effectu: ego Dorothea te domine Caspar(!) recipio in meum sponsum, maritum et tutorem et nullum alium preter te ducere volo, sic me Deus salvet et sancti eius. Et a simili ipse Balthazar eadem verba eciam expressit: ego te recipio in meam sponsam et uxorem, sic me Deus salvet et sancti eius. Et in hanc vim eandem subarravit anulo et bursa alias *vaczek* valoris medie marce. Et timens postmodum insidias consulum, a dicto contractu discessit timore sinistri successus, et demum habita licencia consulum eam querit, petens ad contrahendum compelli, et casu quo resiliret, arras sibi duplicatas restitui cum condemnacione in expensis, et si negatum fuerit, probare intendit. In presencia eiusdem Dorothee puelle deliberantis ad quindenam, et obtinuit decreto domini mediante. Que ibidem in suum procuratorem dnum Andream Bochnya contra dictum Balthazar constituit agendi, defendendi, ut in forma iuris meliori. Presentibus ibidem honorabilibus et famosis dnis magistro Georgio
[499v] altarista, Iacobo mansionario, | Stanislao de Vhrinow notario castrensi, Stanislao, Simone, Casparo viccariis, Nicolao Arnasti, Mathias consulibus, Nicolao Cuchta, testibus circa premissa.

CDLXXIV. Mercurii nona mensis Septembris (9 września 1495).

1517. Ambrosius de Culykow protestatus est de secunda dilacione contra Zophiam de ibidem non probantem suam intencionem in causa matrimoniali. Presentibus honorabilibus Nicolao Brodawka, Mathia mansionario et Andrea Bochnya, testibus circa premissa [1].

[1] Reszta k. 499v oraz następnych 6 kart (500—505) niezapisane. Prawdopodobnie z powodu zarazy, o której mowa wyżej w zapisce 1505, nie odbywały się dalsze terminy sądowe.

1496.

CDLXXV. Veneris V^ta Februarii (5 lutego 1496). [506]

1518 [1]. ...magistro Georgio, Nicolao Bro[*dawka*], Nicolao piscatoris, Paulo presbiteris gracialibus, testibus circa premissa.

1519. Nicolai baccalarii de Camyonka cum dno Paulo plebano in Zelechow in causa dominus dicta testium publicavit et copias habere volentibus partibus dandum decrevit. In presencia dni Andree Bochnya procuratoris dicti Pauli petentis copias et protestantis de excipiendo contra dicta huiusmodi testium, et obtinuit ad XV.

1520. Discretus Simon presentatus gsi dni Stanislai de Iariczow constitutus [2] apud acta obligatur discreto Nicolao graciali presbitero marcas tres deservitas pro lecturis missarum racione convencionis certi salarii per olim discretum Petrum altaristam defunctum, ad cuius altaris vaccacionem prefatus Simon est presentatus, solvere pro dominica Letare sub excomunicacionis pena tanquam pro antecessore suo. Presentibus gso dno Stanislao Iariczowsky iudice Leopoliensi et venerabili dno Stanislao officiale Leopoliensi etc.

CDLXXVI: Die Lune octava mensis Februarii (8 lutego 1496).

1521. Providus Stanislaus pellifex Leopoliensis propter delacionem ex adverso Dorothee principalis super federe matrimoniali, que sue consciencie detulit et a sua proposicione recessit, prestitit [3] de fide mentita iuramentum, sacrum tangens crucifixum, quod eam nunquam vovit in uxorem, et ita eam evasit. Et dominus eundem absolvit ab impeticione mulieris et expensas complanavit hincinde. Presentibus [4] venerabilibus et honorabilibus magistro Bernhardino canonico Leopoliensi, magistro Michale Hanel, Mathia mansionario, necnon Iacobo Bruchnal et aliis circa premissa fide dignis testibus.

---

[1] Początek tej zapiski znajdował się zapewne na poprzedniej karcie seksternu, której obecnie brak.

[2] W rkp. constitus.

[3] W rkp. prestititit.

[4] W rkp. presentibus podwójnie.

1522. Honorabilis dnus Nicolaus Rogala viccarius perpetuus ecclesie Premisliensis constituit suum verum legittimum procuratorem, actorem, factorem magistrum Nicolaum Arsch in causa et causis, quam et quas habet et habiturus est [1].

1523. Nobilis Georgius Frederici cittatus per venerabilem magistrum Michaelem Hanel petivit sibi terminum prorogari ad quindenam, et obtinuit. Presentibus.

CDLXXVII. Die Veneris XII mensis Februarii (12 lutego 1496).

1524. Andreas procurator dni Pauli Colath petit a dno Nicolao de Strzelycze petit per modum articulorum addicionalium petit horreum trituratum tocius grani de proprio semine seminatum in valore XX marcarum Item adhuc addit sagenam in valore medie marce alias *wlok* mutuatam. Item addit tres choros tritici mensure Rohatinensis in valore unius fertonis. [506v] Item addidit quatuor marcas consumptas in expensis expectando solucionem. In presencia ex adverso magistri Nicolai Arsch procuratoris dicti Nicolai plebani super articulis prefatis animo littem legittime contestandi, negavit narrata, prout narrantur, petens petita fieri non debere, hoc adiuncto, quod pendente litte donavit me trago alias *wlokem*, et hoc peto me admitti ad probandum. Et dominus interloquetur et suam, postquam fuerit paratus, pronunciavit voluntatem.

1525. Andreas Bochnia in presencia magistri Nicolai Arsch protestatur de secunda dilacione nomine advocate de Pyekulowicze Eufemie non probantis suam intencionem et nichil facientis.

1526. Mathias Pthasznyk suburbanus Halicziensis porte petit quinque ulnas panni Wratislaviensis, truncum scruti et medium truncum farine iuxta composicionem cum uxore eiusdem Mathie factam, quem in agone mortis sibi testamentaliter legavit, petens prefatum Albertum Borowsky condempnari et ad solvendum compelli. Et ibidem dominus effectum monicionis abolevit. In presencia magistri Nicolai Arsch deliberantis ad quindenam.

[1] Zapiska niedokończona. Między nią a następną zapiską miejsce około 5 wierszy niezapisane.

1527. Iohannes anceps de Strzelicze constituit suum procuratorem magistrum Nicolaum Arsch verum et legittimum contra discretum Paulum sacerdotem ad agendum, defendendum in forma meliori, qui ibidem reposuit processus in aresto usque ad adventum notarii pro verificacione pronunciacionis.

1528. Discretus Paulus nunc morans in Bobrka petit a laborioso Iohanne[1] gladium per ipsum mutuatum alias *szarszan* in valore medie sexagene, cuius restitucionem petit. Item eodem anno die Beatissime Virginis Marie Nativitatis ipso divina ministrante in eclesia, prefatus Iohannes[2] in pomarium intrando pira fructus omnes cum suis conplicibus quassavit et ad sacos recepit cum suis complicibus in valore medie marce, petens prefatum dampnum ad solvendum compelli. Item prefatus Iohannes anceps crebris vicibus manus sacrilegas super prefatum Paulum levavit, comminando baculo percuttere et verba mala et inhonesta sibi dno Paulo intulit, que ad animum extimat bona fide[3] ad centum florenos. In presencia magistri Nicolai Arsch deliberantis ad quindenam, qui ibidem beneficio reconvencionis proposuit, petens ab eo mediam sexagenam pro servicio dno Paulo in eius propriis serviciis exhibito, in quo sibi servivit, preter servicium plebani vita functi. Item prefatus Iohannes dicto Paulo sagellam perbibit in valore unius medie marce. Item ab eo petit XV grossos peccunie receptibilis, quam peccuniam dictus Paulus recepit sibi demeritam et per plebanum moribundum datam et demonstratam, petens ad solvendum. In presencia dicti dni Pauli ex adverso deliberantis ad quindenam. Presentibus ibidem venerabilibus et honorabilibus magistro Bernhardino canonico et rectore scole Leopoliensis, magistro Michaele Hanel, preposito dno Iohanne, Iacobo Bruchnal etc. |

CDLXXVIII. Die Solis XIIII mensis Februarii (14 lutego 1496). [507]

1529. Nobili dno Swykowsky prorogatur terminus ob spem solucionis certe summe pecuniarum, quam sibi in actis superius obligatur solvere infra hinc ad festum Corporis Christi

[1] Napisane nad Mathia.
[2] Pod tym wyrazem przekreślone: Mathias.
[3] W rkp.: fine.

proximum instanti sub reintrussione pristinarum sentenciarum. Presentibus.

CDLXXIX. Die Lune XV mensis Februarii (15 lutego 1496), *presentibus ibidem.*

1530. In causa discreti Iohannis mansionarii dicti Quarti actoris ab una et universitatis eorundem fratrum dominus prout terminus requirit interloquendo, non obstante eorum privilegio, quod in vim excepcionum produxerunt declinatoriarum fori, cum tale non claudit manus iurisdicionis domini, actoris libellum admisit et eidem respondendum decrevit parte ex adverso, que in quindena respondit habita copia

1531. Discretus Caspar cerdonis viccarius eclesie recognoscendo debitum XV grossorum discreto Georgio presbitero obligatur solvere infra hinc ad unum mensem sub pena excomunicacionis, pro qua complecione solucionis per discretum Georgium presbiterum est monitus, usque et inquantum pro termino prefixo solucionem faceret, quoquomodo solvere negligeret, extunc prima die iuris post lapsum unius mensis ad videndum se excomunicacionis sentencias incidisse comparabit.

CDLXXX. Die Veneris XIX mensis Februarii (19 lutego 1496), *presentibus protunc existentibus venerabili viro magistro Berhnardino canonico Leopoliensi et honorabilibus dnis viccariis Stanislao Czandik, Simone etc.*

1532. Honorabilis Stephanus plebanus de Cosczeyow petit a discreto Iacobo graciali presbitero de Culikow calicem cum patena valoris unius marce, ornatum cum alba valoris trium marcarum cum aliis attinenciis, sexternos sermonum, vaccam, tres truncos tritici, quos trituravit in Vynniki, unum truncum in horreo proprio et unum truncum tritici eciam in horreo proprio, mensalia certa, sellam, pulvinar, cussinam de plebani domo valoris quatuor marcarum, petens ad restituendum compelli aut verum valorem persolvi, rapta per ipsum nullo sibi titulo suffragante. In presencia dicti rei, qui restituet calicem, ornatum, sexternos cum attinenciis actori in una septimana sub eclesiasticis censuris. De vacca respondit sibi datam per plebanum defunctum, pro qua levavit tricesimam ad decimam in Vynnyky. Trium truncorum tritici respondit per verbum non credit se recepturum,

De frumentis domini trituratis, tribus truncis horrei et trunco tritici, respondit per verbum credit recepisse pro expensis. De mensalibus respondit, quod exposuit pro lignis domus. Sella[*m*] restituet fractam. Ex adverso petente procuratore ad probandum admiti negata vel deferret.

1533. Constitutus apud acta nobilis dnus Mathias Przywyeczerski frater amitalis olim dni Nicolai Karnkowsky tanquam executor testamenti nobilis et honesthe dne Elizabeth germane dicti Nicolai Karnkowsky petivit testamentum ad acta consistorii introduci, qui sequitur in hunc modum, ut sequitur: In nomine Domini amen. | Anno Domini millesimo quadringentesimo nona- [507ᵛ] gesimo sexto etc. Elizabeth uxor dni Vincencii et soror dni Iohannis Polak, sana mente licet infirma corpore, narravit debita sua coram viro suo [1].

CDLXXXI. Die Lune XXII mensis Februarii (22 lutego 1496).

1534. Dorothea de Thlumacz constituit suum procuratorem magistrum Nicolaum Arsch contra circumspectum Stephanum assertum clericum de Thyszmyenicza ad agendum et defendendum in forma meliori. Qui procurator dicte Dorothee deposuit se cittatam fore per discretum Iohannem viccarium de Thlumacz pro sabbathivo die ante Invocavit terminum assignando, propter quem terminum non iuridicum prestolabatur dictus Stephanus ad primam iuris. Et ibidem propter eius absenciam dictam mulierem absolvit dominus ab instancia termini et in expensis condempnavit ad existimacionem decem octo grossorum.

1535. Marthinus *plathnerz* proponit contra Margaretham suam uxorem, quomodo retroactis temporibus recipiendo eum in maritum suum per copulam in facie eclesie contractam discessit ab eo et divagabatur [2] et se permisit fore gravidam per extraneum virum et susceptam prolem in adulterio peperit in Holowsko. Propter crimen petit ab ea seperari et divorcium habere in parte, eligendo magis vivere per se continenter, quam cum adultera commorari. Item taliter divagando [3] recepit sibi actori

[1] Zapiska nieskończona, po niej zostawiono pół stronicy niezapisanej.
[2] W rkp. divabatur.
[3] W rkp. divando.

dicta rea pallium in valore unius sexagene, item redimiculum eiusdem valoris et albas res, linthiamina, camisias, mensalia cum aliis rebus eiusdem valoris, et in peccunia parata moderacione previa eciam unam sexagenam preter peccuniam restitutam, quam restituit per subordinatam personam in pretorio. Et si negatum fuerit, probare intendit vel deferret. In presencia eiusdem ree super crimine affirmantis delictum, super residuo datur ad probandum. Presentibus.

CDLXXXII. Die Mercurii XXIIII mensis Februarii (24 lutego 1496). |

[508] *CDLXXXIII. Die Veneris XXVI mensis Februarii* (26 lutego 1496), *presentibus protunc venerabili et honorabilibus magistro Bernhardino canonico Leopoliensi, Iacobo Kula, Simone, Nicolao cantore viccariis eclesie metropolitane Leopoliensis et aliis etc.*

1536. Discretus Paulus per procuratorem suum magistrum Andream Bochnya ad convencionalem libellum sive proposicionem Nicolai plebani de Strzelycze animo litem legittime contestandi respondendo negavit narrata, prout narrantur, petens petita fieri non debere, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus Nicolao actori.

1537. Item laboriosus Iohannes Ptasznyk de Strzelycze ad proposicionem discreti Pauli presbiteri animo litem legittime contestandi, quantum ad spolium pomarii de piris negat narrata, prout narrantur, gladii affirmat sibi restitutionem, sellam restituet Nicolao plebano, ad quem pertinet. Et ibidem Iohannes Pthasznyk obligatur de parando iuri et iudicatum solvi, non recedendo a remediis iuris. Ex adverso presente dno Paulo, qui prestitit calumnie iuramentum. Presentibus.

1538. Nobilis Alberthi Borowsky procurator, prout terminus requirit, petivit se absolvi ab instancia termini in contumaciam actoris Mathie Ptasznyk, et absolvitur.

1539. Andreas Bochnya procurator Euphemie advocate de Pyekulowicze protestatus est pro ultima dilacione non probantis intencionem suam. Ex adverso Nicolai Harsch procuratoris Iohannis Crispi plebani in Prussy deferentis iuramento dicte nobilis Eufemie. Presentibus.

CDLXXXIV. Die Lune ultima mensis Februarii (29 lutego 1496), *presentibus venerabilibus et honorabilibus Thoma de Drohobicz canonico Leopoliensi, Georgio altarista consulum Leopoliensium arcium liberalium magistris et honorabilibus dnis Stanislao sacristiano, Simone, Caspar viccariis etc.*

1540. Iohannis mansionarii in causa cum universitate suorum fratrum mansionariorum presencium, Iacobo, Mathia et alio Mathia, in absencia prepositi, qui propter infirmitatem ut fratres asserunt iuri parare non potest, et ipsa fraternitas ibidem produxit responsiones super libellum convencionalem actoris, quarum responsionum procurator eiusdem obtinuit copias ad quindenam ad replicandum. Et ibidem dicti rei exigebant iuramentum calumnie ab actore, soli eciam se prestare offerunt paratos, et dominus ad primam iuris prefixit partibus.

1541. Famosus Nicolaus Domszlar consul Leopoliensis, prout terminus requirit, solus per se protestatus est contra honorabilem Michaelem Hanel arcium magistrum non acticantem suam intencionem nec illam producentem verbo vel in scriptis, petens absolvi ab instancia partis et termini. Et dominus eundem cittatum reum a termino absolvit ad instanciam actoris Presentibus. |

CDLXXXV. Mercurii II[a] mensis Marcii (2 marca 1496). [508v]

1542. Discreti Iohannis Quartus mansionarii in causa cum universitate mansionariorum, qui ibidem ex utraque parte prestiterunt iuramentum calumpnie, Iacobus et Mathias Sambor, quia veraciter responderunt, Mathias vero de Strzezow obtulit se soluturum XVIII grossos porcionem per eum receptam, evadendo iuramentum calumpnie, pro dno vero preposito eorum reservatur iuramentum calumpnie ad eius convalescenciam. Presentibus Iohanne Parznyowsky canonico, Iohanne Crowyczsky decano, Casparo viccario.

CDLXXXVI. Veneris quarta Marcii (4 marca 1496).

1543. Discretus Nicolaus eclesie Leopoliensis viccarius de mandato domini retulit se citasse providos Georgium, Petrum, Nicolaum et alios, quos duxit demonstrandos tanquam testes in causa vertente inter Nicolaum Slappa et ex adverso

Paulum Colath, ad horam presentis diei. Presentibus honorabilibus Paulo in Zelechow plebano, Iacobo mansionario.

1544. Instigator officii domini Andreas Bochnya proposuit contra gsum Nicolaum Goldacz, quomodo ipse ministrum eclesie de Knyehynycze, postquam eundem citaverat, coegit eum laniando processum citacionis, mandavit ipsum devorare et *pomygye* bibere super eandem citacionem, petens ipsum puniri pena a canonibus instituta fracte iurisdicionis triginta marcarum argenti propter hunc excessum. In presencia eiusdem deliberantis ad XV. Et quantum ad actionem Simonis altariste cum eodem dno Goldacz terminus prorogatur idem faciendi eciam ad quindenam ob spem concordie.

1545. Et ibidem testes inducti nomine dni Nicolai[1] inducti iuraverunt, quinque in numero. Presentibus.

CDLXXXVII. Mercurii IX Marcii post Oculi (9 marca 1496).

1546. Discretus Martinus Romanus viccarius Leopoliensis de mandato domini retulit se citasse magistrum Andream Bochnya tanquam procuratorem dni Pauli Colath ad videndum publicari dicta testium nomine dni Nicolai Slappa inductorum ad horam presentis diei, et dominus publicavit et copias partibus habere volentibus dare decrevit. Et magister Andreas procurator ex adverso dni Pauli obtinuit copias et terminum dicendi contra personas et dicta testium ad XV.

1547. Venerabilis dnus Gregorius canonicus Leopoliensis apud acta personaliter constitutus fassus est et recognovit, quia providus Vrbanus balistator civis Leopoliensis, parendo testamento et legatis in dicto testamento olim Venceslai familiaris balistatorum, florenum cum duobus grossis ad arbitrium bonorum virorum solvit et satisfecit, de quo debito ipsum Vrbanum quittat et liberum dimittit. Presentibus Simon, Casparo, Nicolao viccariis.

1548. Nobili Martino Zelasko de Olesko cum dno Nicolao locato scole Leopoliensis ob spem concordie fiende ad feriam quintam magnam terminus prorogatur, alias ob defectum concordie partes idem faciendi coram domino comparebunt. |

[1] Zob. wyżej zap. 1543.

CDLXXXVIII. Lune XIIII mensis Marcii, in crastino Letare (14 marca 1496). [509]

1549. Katherina Iacubowa de Busko relicta constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harz in causa, quam movere intendit contra providum Stanislaum Othka opidanum de Busko ad agendum, defendendum, ut in forma meliori. Que vidua ibidem per eundem procuratorem suum proposuit in hec verba: Katherina Iacubowa relicta petit a provido Stanislao Othka opidano de Busko septem marcas peccunie communis de decem marcis testamentaliter eidem dimissis et derelictis per suum maritum testatorem vita functum, qui predium vendiderat ibidem in Busko et peccunias prefatas uxori demonstravit et testamentaliter legavit super dicto reo tanquam executore, et idem reus tres marcas pro panno persolvit, residuum vero peccuniarum finalium septem marcas aput se retinet, in quas septem marcas dicta actrix successit ex testamento et post manum mortuam retroactis temporibus, querens ut sepius ipsum reum ibidem in Busko in iurisdicione seculari pro administracione iusticie et ipsa sibi administrari negabatur, ideo petit ad solvendum compelli et testamentum dictum produci. In presencia dicti Stanislai Othka ad hoc citati, petentis se remitti ad iurisdicionem suam civilem in Busko intuitu littere dni capitanei Belzensis. Et dominus remisit partes pro administranda et consequenda iusticia ad ius civitatis, alias ob defectum iusticie partes idem faciendi coram domino comparebunt viceversa hic Leopoli feria secunda post Conductum Pasce proxima. Presentibus honorabilibus Stanislao, Simone, Nicolao, Casparo viccariis, Iohanne mansionario, testibus.

1550. Martinus torator [1] cum Margaretha sua uxore de Leopoli per decretum domini, qui pensavit et examinavit sufficienter mediante proposicione, responsione et testium productione, seperati sunt divorcio in parte taliter, ut neuter illorum ad alia vota convolet, sed sic remaneant usque ad finalem reconciliacionem, si fieri poterit aut intervenerit.

CDLXXXIX. Veneris XVIII mensis Marcii (18 marca 1496).

1551. Katherina soror germana olim Martini presbiteri cum Iacobo marito suo coniuncte persone constituunt in suum

[1] = płatnerz, zobacz wyżej zap. 1535.

procuratorem magistrum Nicolaum Harsz in causa testamentaria, quam movent seu movere volunt et intendunt honorabili dno Matheo plebano in Sczyrzecz executori testamenti olim prefati dni Martini, dans *etc.*

1552. In causa honorabilis Mathei plebani in Sczyrzecz executoris ut asseritur testamenti olim discreti Martini presbiteri defuncti ex una et honestorum Iacobi et Katherine coniugum de Grodek parte ex altera, viso testamento per dictum executorem producto et petentem ratificari, in presencia ex adverso Nicolai Harz procuratoris et suorum principalium presencium propter leviorem cognicionem dicti testamenti, qui petivit actionem et negocium ad dominum nostrum reverendissimum et eius adventum felicem suspendi et remitti tractandum, et dnus presidens ob talem reverenciam remisit et suspendit pro felici ingressu sue paternitatis reverendissime. Et ibidem dicti coniuges obligaverunt servare bona intacta mobilia et immobilia intacta per eos posessa ad adventum domini et cause decisionem eclesiasticis sub censuris, et caucionem secularem
[509v] ex premissa | obligacione evaserunt et de ipsa sunt liberati. Et ibidem per discretum Paulum plebanum de Zelechow sunt moniti. Presentibus honorabilibus dnis Cristino in Grodek plebano, Iacobo mansionario, Stanislao viccario, Iohanne mansionario.

1553. Prorogatur terminus nobili Nicolao Goldacz super percussione executoris ex officio citati usque ad felicem reverendissimi dni archiepiscopi adventum et interim pro cognicione cause testes debent citari. Presentibus.

CDXC. Veneris XXV mensis Marcii post dominicam Iudica (25 marca 1496).

1554. Laurencius et Stanislaus opidani de Sczyrzecz iuxta dependenciam termini ab instancia honorabilis Iohannis Baythko presbiteri absolvuntur. Presentibus Iacobo et Mathia mansionariis.

1555. In causa mansionariorum dominus visis parcium productis hincinde, tanquam inter domesticos verbo interloquendo, admisit libellum Iohannis Quarti ad probandum pro omnibus dilacionibus. Presentibus partibus ex adverso [1].

[1] Po tej zapisce następuje w rkp. wolne miejsce, objętości mniejwięcej 12 wierszy.

CDXCI. Lune XI mensis Aprilis, prima die iuris post Conductum Pasce (11 kwietnia 1496).

1556. Honorabiles domini ad sanctam Katherinam mansionarii petunt a venerabili dno Iohanne Myskowsky preposito quinque lapides cere in valore quinque sexagenarum iuxta privilegium ipsorum mansionariorum fundi, quos serenissimus dnus rex fundando mansionarios dictos quinque lapides cere in theloneo et statera Leopoliensi tollendum deputavit, quos prefatus dnus Myskowsky existens theloneator Leopoliensis per duos annos cum medio retinuit, petendo ipsum ad reponendum et dandum compelli aut valorem exolvi. In presencia ex adverso Nicolai procuratoris negantis narrata, prout narrantur, hoc adiecto, quod dnus Myskowski, existens tenutarius regie maiestatis et dicti thelonei factor, de qualibet cera solvenda suo tempore respondebat nec pro eadem per antecessores mansionarios et superstites ad solvendum monebatur, nisi duntaxat quod in eadem universitate querit suorum proventuum retenta de molendino, que tollebant eius antecessores et ipse solus fuit in possessione, propter que premissa monicionis tulit effectum, petens reponi antiquum privilegium et ad solvendum debita retenta compelli. Presentibus Stanislao, Nicolao, Iacobo viccariis.

CDXCII. Mercurii XIII Aprilis post Conductum Pasce (13 kwietnia 1496).

CDXCIII. Lune XVIII mensis Aprilis (18 kwietnia 1496) [510]

1557. Nicolai Slappa plebani de Strzelycze et Iohannis Pthasnyk de ibidem et Pauli viccarii de Bobrka dominus conservando terminos conclusit in causa inter plebanum de Strzelcze prefatum et Paulum viccarium eciam predictum et remisit causam et negocium ad decidendum et cognoscendum ad dnum reverendissimum nostrum et eius felicem constitucionem per eundem terminandam. Presentibus Stanislao viccario, Andrea comendario in Staresyolo, Martino viccario in Threbowla.

1558. Mathias Kychlar cum muliere sibi quondam consenciente in matrimonium et in quam vim se cognoscere carnaliter permisit durante iudicio partes huiusmodi personaliter comparentes ab invicem resiluerunt, ipsa muliere pro maiori parte recusans sibi Mathie prebere consensum liberum, propter

quem dissensum et resiliacionem dominus partes hincinde seperavit, eis liberum donando ad alia vota matrimonii convolandi assensum. Presentibus.

1559. Mathias Baryczka de Dawydow proponit contra Zophiam mulierem, quod ipsa impedit sibi matrimonium cum filia Symek contractum, petens sibi silencium imponi. In presencia eiusdem Zophie allegantis, quod ipsam impregnavit, sed eam ducere non vovit, super quo prestitit calumpnie iuramentum. Et ibidem dictus Mathias obligatur medium florenum Zophie sub excomunicacionum penis solvere obligatur dominico proximo adveniente. Et postquam partum in lucem eduxerit, extunc eidem vaccam dare obligatur eclesiasticis sub censuris.

1560. Universitas mansionariorum protestatur de prima dilacione contra Iohannem Quartum confratrem suum non probantem suam intencionem.

1561. Margaretha Mykulynska de Trebowla relicta absolvitur ab instancia termini et impeticione Mathie laici citati et non comparentis cum condempnacione expensarum.

CDXCIV. Veneris XXII mensis Aprilis, in vigilia sancti Georgii (22 kwietnia 1496).

1562. Discreti Pauli viccarii in Bobrka executoris testamenti olim Nicolai Starzeschowsky vita functi plebani in Strzelycze cum suis coexecutoribus, providis Nicolao lutifigulo et Stephano Cothel opidanis de Strzelycze, contra quos proposuit petendo ab eis quadraginta grossos, quos asseruit exposuisse in litibus defendendo se intuitu testamenti prefati testatoris vita functi adversus discretum Nicolaum Slappa modernum plebanum in Strzelcze, qui ibidem citati Nicolaus et Stephanus renunciaverunt execucioni dicti testamenti et ab eo recesserunt propter defectum impensarum, quia eis nichil remansit testator. Et ideo refuderunt vices suas in Paulum, propter quam refusionem *[dominus]* absolvit eosdem ab officio execucionis et actio-
[510v] nis et termini ad instanciam dicti Pauli citantis, | aut remisit causam per reverendissimum dnum archiepiscopum decidendam et cognoscendam. Presentibus honorabilibus Iohanne preposito mansionariorum, Iacobo, Iohanne mansionariis, Georgio, Mathia Bar gracialibus.

1563. Mathias Colatha de Grodek molendinator constituit

in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsz in causa, quam movere intendit Ade scolari, dans *etc.* Et ibidem dictus procurator proposuit contra predictum Adam petens ab eodem gladium in valore unius floreni et vestem ***kythlyk*** nuncupatam in valore medie marce post mortem sui fratris, qui noviter decessit de hac vita, tanquam post manum mortuam ad ipsum spectancia, petens ad solvendum compelli vel res restitui valentes. In presencia eiusdem Ade, qui fassus est, quod mutuavit sibi gladium et ***kythlyk*** a fratre Martino vita functo. Item prefatus Adam reconveniendo petit a duabus viis de Grodek in Przeworsko mediam sexagenam cum duobus grossis pro fatigis, quas Martino olim fratri germano ad uxorem suam, petens tanquam fratrem germanum ad bona successorem ad solvendum compelli. In presencia ex adverso procuratoris allegantis sibi fuisse satisfactum per fratrem vita functum, qui sibi peccunias super viam dabat, quam satisfactionem probabit pro omnibus dilacionibus.

1564. Nicolai mercatoris civis Leopoliensis Iacobus procurator petit a nobili Nicolao Zubrzsky piscinam molendinalem, quam obligatus est sibi tenere usque ad demissionem, cuius demissio nunc instat. In presencia eiusdem petentis ad deliberandum ad XV.

1565. Nicolaus Harz in causis suis, quas tractat et defendit in audiencia publica consistoriali, petivit suspendi ad regressum suum felicem ad duos menses, alias si partes intendunt conservare suos terminos, citent se hincinde.

1566. Honorabiles domini et tota universitas mansionariorum sancte Katherine exolvit sexagenas sex de proventibus retentis venerabili dno Iohanni Myskowsky preposito Leopoliensi, quas eidem eodem absente retinuerant et pro quibus decimam habuerunt pro tercia mensura, quam prefati mansionarii de iure ipsis de novo concesso ad se pertinere dicebant. Et dominus super eadem differencia ad reverendissimum dnum archiepiscopum Leopoliensem vel ad regiam maiestatem causam remisit, et si fuerit cognitum, quod dicte sexagene non legittime ad ipsum dnum prepositum spectabant, illas dictis mansionariis viceversa iuxta decretum reverendissimi dni archiepiscopi tenebitur et obligatur. Presentibus honorabilibus Stanislao, Romano Martino viccariis, Georgio presbitero graciali. |

[511] *CDXCV. Veneris penultima Aprilis* (29 kwietnia 1496).

1567. Nobilis Eufemia advocata de Pyekulowycze petit ab honorabili Iohanne plebano in Prussy octo truncos tritici et duos siliginis, que propria auctoritate ipse plebanus in horeo ipsius Eufemie trituravit et pro se usurpavit in valore V marcarum. In presencia dicti Iohannis plebani ad hoc citati per discretum Iacobum viccarium relacione facta, deliberantis ad quindenam. Presentibus Iohanne Myskowski preposito, Stanislao viccario, Georgio presbitero graciali.

1568. Et ibidem prefata Eufemia est monita ad instanciam sui procuratoris Bochnya pro patrocinio cause, ut XV grossos exolveret. Et dominus solucionem infra unum mensem fiendam decrevit.

1569. Facta est composicio et amicabilis unio inter nobilem Mathiam Phalybog ex una et religiosam Elenam sanctimonialem partibus ex altera super quibusdam rebus post mortem et obitum olim discreti Nicolai de Narayow in Knychynycze plebani derelictarum per arbitros arbitratores et amicabiles compositores hincinde per utrasque partes locatorum et electorum, videlicet honorabiles Simonem de Drohobycz et Adam baccalarium comendarium in Knychynycze, tali pacto interveniente, quia dictus Mathias porcos tres ad nobilem Petrum Krzywyczsky in octava dare et conducere debebit, et cistam cum libris scolasticis octo ibidem contentis pro festo sancte Trinitatis ad conventum sanctimonialium cum pectorali et cocleari argenteis pro eodem termino sub penis excomunicacionum Leopolim propriis impensis conducere obligatur. Et hoc expresso, quod prefatus Mathias Phalybog florenum pro debito olim Nicolao defuncto per dnum Martinum mutuatum dicto Martino solvere obligatur, quando eundem impulsaverit pro huiusmodi floreno, hoc eciam interposito, quod casu quocumque dictus Mathias Phalybog per quascumque personas sexus utriusque homines et debitores prefati Nicolai defuncti pro aliquibus debitis per eum contractis molestaretur aut impediretur, extunc dicta Elena sanctimonialis ab impeticione dictorum creditorum quorumcumque intercedere et indempnem efficere et reddere sub excomunicacionum penis obligatur. Presentibus Thoma de Przeradow

notario dni Petri Odnowsky, Stanislao ministro eclesie in Knychynycze.

CDXCVI. Veneris VI mensis Maii (6 maja 1496).

1570. In causa piscine in Zubrza et eius posessionis providus Nicolaus mercator aut eius filius probabit pro omnibus dilacionibus, quod nobilis Ni*[colaus]* de Zubrza fuit in posessione bonorum Zubrza et in eius posessione et tenuta piscina rupta *[est]*, quam prefatus Nicolaus Zubrzsky obligatus fuit custodire et tenere usque ad perfectam demissionem, quo probato decernimus piscinam esse Nicolao mercatori piscandam tempore consueto et debito. Presentibus Casparo viccario, Alberto et Nicolao ministris. |

1571. In causa Maczysz castri superioris servitoris Elene [511r] mulieri olim Iaczko consorti mota super debito septem fertonum prefata mulier Elena allegando rem iudicatam et illam pro omnibus dilacionibus probabit.

1572. Adam scolaris protestatus est de prima dilacione contra Mathiam Colatha de Grodek non probantem suam intencionem infra dilaciones iuris. Presentibus.

CDXCVII. Veneris XIII Maii, in crastino Ascensionis Domini (13 maja 1496).

1573. Iohannis plebani de Prussy cum Eufemia advocata de Pyekulowycze in causa dominus totum negocium cause ad felicem adventum reverendissimi dni nostri archiepiscopi remisit tractandum et debito fine terminandum. Presentibus Stanislao viccario et Nicolao Camyenyecz.

CDXCVIII. Mercurii XVIII mensis Maii (18 maja 1496).

1574. Discretus Martinus Romanus ecclesie Leopoliensis viccarius de mandato domini retulit se citasse magistrum Andream Bochnya tanquam procuratorem nobilis Iohannis Buchowsky appellantis ad instanciam venerabilis magistri Bernardini canonici Leopoliensis procuratoris honorabilis Thome plebani in Pnykolth ad horam presentis diei ad videndum causam appellacionis prefati Iohannis Buchowsky ad iudicem a quo remitti. Et dominus in presencia magistri Andree Bochnya procuratoris ad hoc citati, petentis terminum ex superhabundanti

ad feriam secundam post festum sancte Trinitatis prefigi et dare, et obtinuit. Presentibus.

CDXCIX. Veneris XXI[1] *Maii ante Penthecostes* (20 maja 1496).

1575. In causa magistri Georgii executoris testamenti olim Stanislai de Vhrinow cum provido Nicolao Szuchopolewka petentis pignus dudum dicto Stanislao invadiatum distrahi et redimi, et dominus ex superhabundanti ad unum pignus distrahendum decrevit, videlicet plateam tanquam bona immobilia. Presentibus Iacobo, Iohanne mansionariis, Stanislao viccario et Nicolao Arnasto.

D. Veneris XXVII Maii ante Trinitatis (27 maja 1496).

1576. Discretus Martinus viccarius in Bobrka proponendo petit ab ingenioso Iohanne ministro de eadem Bobrka tunicam, mitram, gladium et cultrum in valore unius sexagene, que habuit in camera scole deposita et sera sua clausa, et ibidem Iohannes in stuba scole morabatur, que sunt sibi clandestine recepta, a qua eciam sera camere idem minister ut asseritur clavem habuit, ex quo opinio est, quod ipse Iohannes huiusmodi rerum occasionem perdendi et recipiendi dedit, petens rerum ad restitucionem aut dampnum resarciendum compelli, quod si de clave negatum fuerit, probare intendit. In presencia eiusdem Iohannis petentis ad deliberandum ad XV, et obtinuit. Presentibus Iacobo, Iohanne mansionariis et Stanislao viccario.

1577. Nobilis Nicolaus Zubrzsky protestatus est de prima dilacione contra Nicolaum mercatorem civem Leopoliensem non probantem suam intencionem occasione piscine rupte. Presentibus.

1578. Adam scolaris nunc in Sczyrzecz in officio campanature manens protestatus est de secunda dilacione contra Mathiam Colatha de Grodek nihil facientem[2]. |

[512] *DI. Lune XIIII Novembris* (14 listopada 1496).

1579. Thome de Marschow in causa prebende Crasznostauiensis sancte Marie procurator eiusdem verbo repetivit omnia

[1] Powinno być: XX.

[2] Po tej zapisce brakują trzy kartki seksternu i prawdopodobnie jeszcze jeden cały sekstern.

producta per eum oblata loco omni cum cittacione quarta legittime executa pro termino presentis diei, petens concludi. Et dominus diucius cittatum et non comparentem expectando ut et tanquam contumacem in pluribus terminis retroactis Martini de Gromadzyno conclusit, offerens se pronunciaturum suam voluntatem recollectus et partibus iusticiam ministraturum. Presentibus honorabilibus Iacobo, Nicolao, Stanislao viccariis.

1580. Pauli presbiteri contra Vrsulam Hanlowa dominus interloquendo in causa decrevit per arbitralem sentenciam vel ipsos arbitros probandum hoc, quod Paulus convincet ipsam dnam Vrsulam, quia ex composicione arbitrorum debuit Hamalo tres fertones solvere pro omnibus dilacionibus. Et ibidem procurator dicte Hanlowa protestatus est de prima dilacione contra non probantem arbitrium.

1581. Honorabilis Stanislai Stodolnyk actu presbiteri de Lublin in causa appellacionis Chelmensis appellantis ex una et providorum universitatis consulum de Thurobyn ex altera appellatorum, prout terminus requirit, de consensu procuratorum parcium iurisdicionem domini approbancium dominus pronunciavit se iudicem cause et partibus competentem et iurisdicio taliter fundatur, decernendo coram se ad ulteriora procedi. Et datur terminus ad libellandum parti appellanti super usuraria pravitate ad XV.

1582. Nicolaus Pochylek lutifigulus prestitit iuramentum, quod Barbare coce sue, quam impregnavit, matrimonium non vovit, que postquam parturierit, extunc dictus Nicolaus palium et mediam sexagenam dare tenebitur.

DII. Veneris XVIII Novembris (18 listopada 1496).

1583. In causa venerabilis dni Bernardini Wylczek decani Premisliensis et nobilis Zophie Stachyrzyna presencia super quadam verborum infamia pueri eiusdem Zophie defuncti, pro quo fama fuit contra dnum Bernardinum divulgata, nichil dicte Zophie constare nec ipsum dnum Bernardinum de eodem puero verbo aliquo accusantem, super quo prefatus dnus Bernardinus est solenniter protestatus et fatigam, quam ipsa dna Zophia fecit occasione huiusmodi divulgate fame factam, dnus Wylczek persolvit. Quam causam super maiori evidencia dnus Stanislaus Morawyczsky vicecapitaneus Leopoliensis tanquam tutor dicte

dne Zophie petivit ad reverendissimum dnum archiepiscopum Leopoliensem cum predicto dno Wylczek remitti, et dominus remisit Presentibus gsis et nobilibus dnis Derslao Wylczek
[512v] succamerario, Iohanne Szokolnyczsky, Georgio Lessyowsky, magistro Bernardino canonico, Iohanne plebano in Czesky.

1584. Gsus dnus Stanislaus Morawyczsky vicecapitaneus Leopoliensis renunciando cause, quam venerabili dno Bernardino Wylczek decano Premisliensi occasione clientuli coram reverendissimo dno archiepiscopo intentare voluit, ex nunc cedit et nichil per amplius facere vult, quia mater eiusdem pueri, attendendo innocenciam ipsius dni decani, silencium perpetuum vult habere, de quo dnus decanus est solenniter protestatus.

DIII. Lune XXI mensis Novembris, ipso die Presentacionis (21 listopada 1496).

1585. Fabiani pellificis civis Leopoliensis procurator dnus Iacobus reconveniendo proponit contra Annam mulierem, petit ab eadem pelliceam leporinam aput eum foro emptam in valore unius marce cum sex grossis. Item petit ab eadem quatuor talaria stannea, que serviendo perdidit, in valore medii floreni, petens ad solvendum compelli. In presencia Nicolai Harz procuratoris eiusdem Anne deliberantis ad octavam cum protestacione articuli addicionalis cum defectu solucionis servicii. Presentibus honorabilibus dnis Nicolao, Stanislao viccariis.

1586. Heduigis Polakowa contra et adversus Stanislaum Strzelecz advocatum quondam in Rodathycze fratrem suum inducendo proposicionem suam proponendo dicit, quod quamvis ipse Iohannes Strzelecz sit frater eius et processerit secum legittime ab uno et legittimo patre advocato hereditario olim in Rohatyn, ipse vero Iohannes Strzelecz post patris obitum vendita advocacia in eadem Rohatyn pro ducentis XX marcis peccunie tulit solus et levavit eandem summam et dicte Heduigi sorori sue sortem eius paternam minime solvit nec solvere vult hucusque. Cum tamen iure naturali in bonis paternis sors ad ipsam Heduigim veluti ipsum Iohannem fratrem eius pertinere dinoscitur, petens eundem Iohannem ad solucionem sortis paterne cogi et compelli iusticia mediante. In presencia dicti Iohannis deliberantis ad octavam.

DIV. Lune antepenultima Novembris post festum sancte Katherine (28 listopada 1496).

1587. Fabianus pellifex civis Leopoliensis prestitit calumnie iuramentum ad instanciam Anne mulieris in causa federis matrimonialis super proposicione eiusdem et suis responsionibus et reconvencionali. Presentibus Stanislao viccario, Michaele baccalario, Iacobo procuratore, Nicolao Arnasto consule. |

1588. Heduigis Polakowa procuratore instante et petente [513] nobilis Iohannes Strzelecz quondam advocatus in Rodathycze ob non responsionem peticionis accusatus, per dominum contumax pronunciatur. Presentibus.

1589. Margaretha mulier proponit contra Stanislaum aurigam, petens eundem compelli ad conmanendum matrimonialiter, prout secum contraxit per verba de presenti dicens: ego Stanislaus promitto te ducere in uxorem et nullam aliam preter te habere volo, et in hanc vim sibi consensit in carnalem copulam et eam impregnavit per frequentem carnalem cognicionem, petens ipsum compelli ad conmanendum iuxta contractum initum. In presencia eiusdem animo litem legittime contestantis, negantis narrata, prout narrantur. Et ibidem utraque pars prestitit iuramentum de calumnia vitanda. Et datur actrici ad probandum pro omnibus dilacionibus. Presentibus.

1590. Nobilis Iohannes Cobylowloczsky in causa mota per virginem Czebrowska hora vesperorum protestatus est de diligencia termini, parte ex adverso principali non comparente, petens se ab instancia termini absolvi. Et dominus absolvit et in expensis condemnavit. Presentibus.

1591. Nobilium Heduigis et Iohannis Strzelecz quondam advocati in Rodathycze occasione dotis in causa mota dominus ad reverendissimum dnum archiepiscopum Leopoliensem in sue reverendissime paternitatis felicem adventum remisit tractandum et fine debito terminandum. Presentibus.

1592. Vrsule Hanlowa procurator Nicolaus Harsch protestatus est de secunda dilacione contra Paulum ex adverso presbiterum non probantem concordiam arbitralem cum Martino Hamalo.

DV. Veneris II^a Decembris (2 grudnia 1496).

1593. Anne mulieris oppresse per Fabianum pellificem dominus in eorum causa interloquendo admisit probaciones hinc-inde pro omnibus dilacionibus. Presentibus Nicolao, Iacobo, Stanislao viccariis.

DVI. Veneris IX mensis Decembris, in crastino Concepcionis Marie (9 grudnia 1496).

1594. In causa nobilis Czypynsky contra Nicolaum Wydawsky comparens excepit se ad forum suum terrestre. Et dominus videndo, quod non sit legittima actio, presertim contra reum, quod numquam attemptavit ius in foro terrestri, et ideo prefatum reum ad suum ius remisit et Nicolaum Wydawsky in expensis condempnavit. Presentibus Gregorio canonico, ma-
[513v] gistro Georgio, Paulo in Zelechow plebano. | Qui ibidem constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Spunar contra Nicolaum Wydawsky, ut in forma meliori.

1595. Pauli presbiteri cum Vrsula Hanlowa remisit dictus actor consciencie et iuramento ex adverso ree, quod se non obligavit soluturam tres fertones Martino Hamalo nec tenetur solvere, cum protestacione calumnie iuramenti.

DVII. Lune XII mensis Decembris (12 grudnia 1496).

1596. Honesta Vrsula olim Pauli de Leopoli relicta aput acta personaliter constituta, sana mente et corpore existens, pure et simpliciter nulla cautela doli interposita, sed zelo pie devocionis accensa, ingenioso Bernardino scolari filio suo super gsis et nobilibus dnis Andrea Camyenyeczsky de Byedrzychowcze diocesis Camenecensis, Iohanne Dambsky, Luca muratore et super aliis quibusvis debitoribus omnia debita cum olim Paulo marito suo contracta et inita pro studio dicto Bernardino filio suo et scolari donacione inter vivos facta et irrevocabili cessit, donavit, legavit, omni proprietati renunciando, promittens dicta Vrsula nichil exinde in futurum comodi habere, sed totaliter dicto Bernardino filio eadem omnia debita a quibusvis creditoribus ea habentibus et detinentibus pro studio exigendum, repetendum et pro suo usu bene placito convertendum commisit. Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Gregorio, Ber-

nardino magistro canonicis, Casparo, Stanislao, Nicolao et Iacobo eclesie Leopoliensis viccariis.

1497.

DVIII. 1497, indicione quindecima, Lune XVI mensis Ianuarii, prima die iuridica post vaccancias (16 stycznia 1497).

1597. Gsi Andree Rzeschowsky in causa appellacionis Chelmensis appellantis partis contra discretos Martinum Lopyenyk, Stanislaum Crasznyk et Andream de Polyczna et alios interesse putantes partem appellatam procurator prefati Andree Rzeschowsky produxit mandatum ad causam cum cittacione legittime executa contra prefatos ex adverso principales, repetendo appellacionem verbo productam coram nostro dno reverendissimo et alias diligencias consuetas iuris observabiles in contumaciam partis non comparentis, petens iurisdicionem per dominum fundari. Et dominus prefatos citatos decrevit expectandum ad primam diem iuris cum citacione ad idem faciendi decreta. Presentibus honorabilibus dnis Iohanne Myskowsky preposito, Iacobo, Stanislao, Nicolao viccariis, Michaele baccalario.

1598. Ingeniosus Martinus organista aput acta consistorii Leopoliensis personaliter constitutus ex decreto domini viceversa honorabili dno Valentino custodi et guardiano conventus sancte Crucis et tutori eiusdem eclesie Gregorio pro festo Pasce proxime instanti sub censuris eclesiasticis restituere et solvere obligatur occasione destructionis organorum, pro quorum complecione per honorabilem Iacobum mansionarium est monitus etc. |

DIX. Lune XXIII mensis Ianuarii post festum sancte [514]
Agnetis (23 stycznia 1497).

1599. Gsus Mathias Zamosczky constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch in causa appellacionis, quam sibi movere vult et intendit honesta Heduigis Skorkowa vidue de Woyslawycze appellantis, dans *etc.* Et ibidem dnus Mathias Zamosczsky honorabili Andree viccario de Crasnystaw procuratori Heduigis Skorkowa obligatur, quod nec per se nec submissas personas machinabitur sibi in mortem aut cruciatum corporis et hoc citra approbacionem iurisdicionis. Et a simili

honorabilis Andreas viccarius perpetuus de Crasnystaw de parendo iuri pro Heduigi principali cavit, quod iudicio sistet et iudicatum solvet, si et inquantum succumbet. Et ibidem dictus procurator produxit mandatum ad causam cum cittacione legittime executa contra predictum dnum Mathiam Zamosczsky et providos Iacobum factorem curie dni Ieronimi Zaklyka, advocatum Krzessymowsky, prothoconsulem Mylakowsky et consules de Woyslawycze ex adverso principales, repetendo appellacionem verbo, et alias diligencias consuetas, in contumaciam dictorum consulum cittatorum non comparencium, petens iurisdicionem fundari per dominum. In presencia ex adverso procuratorum Nicolai Harsch et Benedicti citra approbacionem iurisdicionis petencium copias appellacionis et cittacionis originalis et terminum dicendi contra ad XV. Presentibus honorabilibus dnis Iacobo, Stanislao, Iacobo viccariis.

1600. Margarethe aurifabrisse relicte de Przeworsko magister Iacobus procurator proponendo contra gsum dnum Derslaum Wylczek succamerarium Leopoliensem tanquam successorem olim Iohannis Byenyasch germani sui petivit sexaginta florenos ungaricales certi debiti, quos idem Iohannes Byenyasz a Vincencio olim avunculo eius iam dudum in mutuum recepit et se sibi de eisdem sexaginta florenis per literas suas sigillatas, quas habere vult pro insertis, et de solucione facienda inscripsit, petens ad solvendum cogi et compelli tanquam successorem in bona dicti Iohannis Byenyasz. In presencia ex adverso Nicolai Harsch procuratoris, petentis prorogari terminum ex eo respectu et causa propter expedicionem belli vigentem, alias ad certum terminum prorogari iuxta voluntatem domini. Et dominus ad felicem adventum dni reverendissimi alias ad primam diem iuridicam post dominicam Letare, si dnus reverendissimus non venerit, respondebit, vel quicquid iuris fuerit, faciet. Presentibus. |

[514r] **1601.** Discretus Martinus Romanus presbiter gracialis retulit se citasse gsum Mathiam Zamosczsky, ad primam diem iuris terminum assignando, ad instanciam honorabilis Andree viccarii in Crasnystaw.

1602. Universitati consulum de Woyslawycze ad instanciam Heduigis Skorkowa mulieris appellantis dominus prorogavit terminum excipiendi declinatorie ad unum mensem. In pre-

sencia ex adverso prefate Heduigis procuratoris verbo appellantis. Et ibidem dictus Byenyasz procurator principalis cavit de ratihabicione mandati Iacobi procuratoris dicti opidi.

1603. Gsi dni Derslaus Wylczek succamerarius Leopoliensis per se et Raphael de Iaroslaw per literas suas sigillatas caverunt pro Iohanne Strzelecz quondam advocato in Rodathycze, quod ad instanciam Katherine Polakowa germane sue actricis comparebit et libello respondebit coram reverendissimo dno archiepiscopo et ipsius felici adventu.

1604. Honorabilium Andree Smyothanka et Andree in Pyeklykowcze plebanorum in causa super suscitatis inter eos litibus dictus Pyeklykowsky reponet processus, quibus excomunicavit Smyothanka, et docebit de bene obtentu prima iuris post dominicam Misericordia Domini. Et ibidem super marca cognoscetur.

1605. Gsus dnus Stanislaus Iaryczowsky iudex terrestris Leopoliensis proponendo petit ab honorabili Andrea Smyothanka plebano in Buczacz florenum ungaricalem per olim dnum Aynolphum Italicum ad racionem peccuniarum ipsius dni Stanislai datum et de mandato eiusdem solutum, petens ad solvendum cogi et compelli. In presencia eiusdem Andree allegantis solucionem olim dno Aynolpho fuisse factam, quam probabit pro omnibus dilacionibus. Qui unum florenum ungaricalem certi debiti et racione expensarum XXII grossos pro dominica Misericordia Domini solvere obligatur [1].

DX. Mercurii XXV mensis Ianuarii (25 stycznia 1497).

1606. Gsus Mathias Zamosczsky constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch in causa, quam sibi movere vult et intendit honorabilis Andreas viccarius in Crasnystaw, dans *etc.* Presentibus honorabilibus dnis Iacobo mansionario, Stanislao, Casparo viccariis, Matheo canonico Leopoliensibus, Michaele baccalario.

1607. Honorabilis dnus Stanislaus notarius civitatis Rubyeschow constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum

[1] Ostatnie zdanie od »Qui«... do ...»obligatur« dopisane bledszym atramentem.

Spunnar in causa, quam movet seu movere vult et intendit
[515] provido Petro Stryczek civi Leopoliensi, dans *etc.* | Presentibus.

1608. Ingeniosus Bernardinus scolaris de Leopoli constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Spunnar in causa, quam movere intendit nobili Stanislao Czudzynowsky, dans *etc.* Presentibus.

DXI. Veneris XXVII Ianuarii (27 stycznia 1497).

1609. Nobilis Stanislaus Czudzynowsky de Zlothnyky hora terciarum et vesperorum comparens protestatus est de diligencia termini cittatus ad horam presentis diei ad instanciam ingeniosi Bernardini scolaris de Leopoli, qui per dominum ab instancia termini est absolutus. Presentibus honorabilibus dnis Stanislao, Iacobo viccariis, Michaele baccalario, testibus circa premissa.

1610. Nobili Zophie olim Myskowsky relicte cum Martino cive de Dunayow prorogatur terminus ad felicem adventum reverendissimi dni archiepiscopi Leopoliensis pro conservacione litere, pro qua fideiussor Hurmansky dno Gologorsky extitit pro decisione eiusdem cause.

1611. Andreas de Polyczna viccarius perpetuus in Crasnystaw procurator et nomine procuratorio honeste Heduigis Skorkowa de ibidem et viccariorum aliorum perpetuorum de Crasnystaw substituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Spunar in causa, quam dicti viccarii de Crasnystaw et dicta Skorkowa movent, habent, seu movere et habere volunt et intendunt dno Andree Rzeszowsky.

1612. Honorabilis Andreas de Polycznya viccarius in Crasnistaw aput acta constitutus constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Sponar in causa, quam movet nobili Mathie Zamossczky ad agendum et defendendum, ut in forma meliori. Presentibus [1].

DXII. Veneris tercia mensis Februarii, in crastino Purificacionis Marie (3 lutego 1497).

1613. Providus Stanislaus Myenda civis Leopoliensis tutor et procurator honeste Anne Wyglarowa de Markowa Wolya et

[1] Tę zapiskę umieszczono później, odmiennem pismem i bledszym atramentem.

eius nomine, quemadmodum sola constituit procuratorem in Markowa Wolya magistrum Nicolaum Harsz, ratificando actus preteritos quoslibet per eum conservatos contra providos Valentinum advocatum presentem et Iohannem Schelesz opidanos de Drohobycz assertos executores testamenti cuiusdam Dossyc ad agendum, defendendum, ut in forma meliori. Et ibidem dicti Valentinus advocatus cavendo de ratihabicione absentis sui coexecutoris Iohannis Schelesz constituerunt in suum procuratorem magistrum Iacobum Spunnar cum omnimoda potestate eciam agendi et defendendi, ut eciam in forma meliori. Et ibidem dictus procurator Nicolaus Harsch nomine suorum principalium prefatorum, Anne Wyglarowa et Stanislai donatarii sive procuratoris, reproduxit cittacionem legittime executam ad causam et repetivit appellacionem verbo cum ceteris diligenciis per eum circa appellacionem conservatis, petens iurisdicionem fundari et iudicem pronunciari competentem cause et partibus. [515v] In presencia ex adverso procuratoris magistri Iacobi Spunnar, qui excipiet in termino sibi statuto in quindena. Presentibus discretis Stanislao, Iacobo viccariis.

1614. Discretus Nicolaus viccarius Leopoliensis de mandato domini retulit se citasse Nicolaum Harsz ad horam vesperorum presentis diei ad videndum interloqui ad instanciam honorabilium viccariorum in Crasznystaw in causa appellacionis dni Andree Rzeschowsky.

DXIII. Mercurii octava mensis Februarii (8 lutego 1497).

1615. Discretus Nicolaus viccarius Leopoliensis de mandato domini retulit se citasse magistrum Nicolaum Harsch ad instanciam universitatis viccariorum de Crasnystaw ad horam presentis diei ad videndum interloqui. Et ibidem cittavit discretum Andream de Crasnystaw viccarium ad instanciam nobilis Mathie Zamosczsky ad videndum reconveniri, qui ibidem est reconventus. Presentibus discretis Casparo, Nicolao, Stanislao viccariis.

DXIV. Veneris X Februarii (10 lutego 1497).

1616. Discretus Iohannes presbiter gracialis per suum procuratorem proponendo petit quatuor florenos certi et veri debiti ab honorabili Casparo viccario, quos tulit a Iohanne Bram, pe-

tens ad restitucionem compelli. Item petit medium florenum pro labore suo, quia per totum adventum cecinit secum Rorate, per dictum dnum Caspar rogatus et conventus. Et dnus Caspar deliberatus ad XV cum protestacione de reconveniendo. Presentibus discretis Nicolao, Iacobo, Stanislao viccariis.

1617. Petrus Stryczek civis Leopoliensis ad libellum Stanislai notarii de Rubyeszow respondendo, animo litem legittime contestando, pretextam margaritheam cum duobus cocleariibus recognovit se habere per dnum Wylczek depositam, eciam et ornatum sine apparatu, vestimenta alba habere negavit. Nichilominus habebit ad evictorem dictum dnum Wylczek ad octavam.

DXV. Lune XIII mensis Februarii post dominicam Invocavit (13 lutego 1497).

1618. Martinus Buczkowycz de Crasnystaw diocesis Chelmensis constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Spunnar in causa appellacionis, quam sibi movere intendit honorabilis Stanislaus plebanus in Staresyolo, dans *etc.* Et ibidem dictus Stanislaus plebanus a simili constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsz etc. |

[516] *DXVI. Veneris XVII mensis Februarii* (17 lutego 1497).

1619. Petrus Stryczek civis Leopoliensis constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsz in causa, quam sibi movere intendit honorabilis Stanislaus notarius civitatis Rubyesyow, dans *etc.*

1620. Discretus Mathias plebanus in Hodowycza de mandato domini retulit se citasse magistrum Iacobum Spunnar procuratorem dni Stanislai notarii civitatis Rubyeszow ad horam presentis diei ad videndum reconveniri, quem ibidem procurator Nicolaus dicti Petri Stryczek beneficio reconvencionis petit ab eodem actore Stanislao Hochman notario civitatis Rubyeszow X florenos ungaricales mutuatos, quos mutuavit sue matri viventi Katherine Hoffmanowa, pro qua eciam solvit X marcas caucionis fideiussorie pro censu domus, in quo morabatur Leopoli in circulo, quam nunc Grzegorzek arendat. Item octo marcas mutuatas super mel, a simili X coclearia, que habuit in reposito et illa eosdem invadiavit in Iudeos pro sua necessitate. Et ita premissa querit in successoribus superstitibus ad solvendum

compelli, et si negatum fuerit, defert proprio eorum iuramento vel probabit. Et in hunc effectum sui debiti retinebat sertum margaritarum et duo coclearia in vim sue solucionis et super quod debitum recepit casulam in valore quatuor florenorum. In presencia dicti Iacobi Spunnar procuratoris protestantis de gravamine et appellando a sentencia interlocutoria per dominum verbo pronunciata, per quam decrevit, ut post litiscontestacionem iam dudum factam et ipsius Petri Stryczek responsionem ad acta iudicialiter introductam ipse Stanislaus de Rubyeszow notarius per dictum Stryczek deberet reconveniri, cum dictus Stryczek in obtentu deliberacionis et sue responsionis termino de reconveniendo nullam fecerit protestacionem. Presentibus discretis Stanislao, Nicolao, Iacobo et Simone eclesie Leopoliensis viccariis.

DXVII. Lune XX mensis Februarii post Reminiscere (20 lutego 1497).

1621. Providorum consulum, advocati cum iuratis, opidanorum de Woyslawycze procurator Nicolaus Harsz instando contra honestam Heduigim Skorkowa, que hic appellaverat de diocesi Chelmensi et suam appellacionem fuerat prosecuta contra prefatos ex adverso principales, cittato procuratore eiusdem discreto Andrea viccario de Crasnystaw per discretum Caspar viccarium Leopoliensem relacione facta, ad instanciam prefatorum opidanorum de Woyslawycze, quorum procurator prefatus allegavit, quod ex quo dicta mulier hic appellaverat, extunc ex sufficienti consultacione suorum principalium approbavit iurisdicionem et petivit dominum pronunciari se iudicem cause et partibus competentem, offerens se responsurum ad omnem equitatem dicte femine cum intencione defendendi et reconveniendi. In presencia dicti Andree, qui renunciavit appellacioni et obtulit se suam intencionem in quindena producturum. Et dominus verbaliter interloquendo partibus consencientibus pronunciavit se partibus iudicem competentem. Presentibus dnis Gregorio, Barnaba canonicis, Nicolao viccario. |

1622. Discretus Casper eclesie Leopoliensis viccarius de [516v] mandato domini retulit se citasse magistrum Iacobum Spunnar procuratorem honorabilis Stanislai Hochman notarii Rubyeszowiensis ad instanciam Petri Stryczek civis Leopoliensis ad viden-

dum proposicioni responderi pridem ad acta introducte ad horam presentis diei. Et ibidem procurator dicti Stryczek accusavit contumaciam non respondentis, in eadem hora cittavit, quem dominus contumacem pronunciavit et processus opportunos decrevit. Petrus Stryczek iurabit ex delacione partis prima die iuris, quod non retinet et neque retinuit pro rebus et cista et vestimentis albis, pro quibus est occupatus, et pro quatuordecim cocleariibus.

1623. In causa remissionis super examine testium Mathie Zamosczsky cum Andrea de Polyczna remissarii iudices pro parte dicti Mathie inducendorum, Valentinus de Grabowyecz plebanus canonicus Chelmensis et Petrus canonicus et viccarius in spiritualibus de ibidem [1].

DXVIII. Mercurii XXIII [2] *mensis Februarii* (22 lutego 1497).

1624. Petrus Stryczek civis Leopoliensis, prout terminus requirit, parendo delacioni partis adverse iuramento Stanislao Hoffmanowycz et decreto domini prestitit iuramentum decisorium ex prefata delacione et decreto domini in hec verba: ego Petrus iuro ad sancta sanctorum, quod michi non dedit Hoffmanowa Katherina mater Stanislai nec obtinui in depositum aliquam cistam cum vestimentis albis nec apparatum ad casulam album nec sedecim coclearia argentea, duntaxat casulam obtinui foro pro quatuor florenis super meum debitum, et sertum de margaritis cum duobus coelearii s a dno Wylczek, que vadia in iudicium reposui.

DXIX. Lune penultima Februarii post Oculi (27 lutego 1497).

1625. Nobilis Iohannes Fortuna de Mykulowycze contra nobilem Constanciam de Rzemyezowcze constituit in suum procuratorem Nicolaum ad agendum, defendendum, ut in forma meliori. Et ibidem dictus Iohannes Fortuna proponit contra dictam dnam Constanciam, quomodo eadem temporibus retro-

[1] Na marginesie obok tej zapiski inną ręką: Memento cittacionem ad videndum claudi rotulum.

[2] Powinno być: XXII.

actis postquam honesta mente temptabatur per eundem, ut secum matrimonium iniret, si vellet, que respondens dixit: sine consilio patris nichil faciam, cuius postquam habebo consilium et aliorum amicorum, quid michi persuadebunt, hoc faciam. Et tandem expost proprio motu per se venit in Gologori ad ipsum actorem, quam honeste suscepit et tractavit experiendo eius intencionem finalem, que inter cetera dixit: consuluit michi pater et aliter non faciam, nisi te ducam pro marito. Et in hanc vim subarravit sibi ree de panno sex ulnas in valore marcarum duarum et sex grossorum, demum et mitram in valore sex grossorum, clientulum sibi vestivit, culcitram et pelliceam sibi comparando valentem unum florenum, quem exposuit in vim dicti contractus, expost unam porcionem tele Colnensis, pro qua dedit sibi peccuniam, sed non ex toto, residuum XVII grossorum solvere obligatur, item legibula de *burstyn* sola recepit in va- [517]
lore viginti grossorum, singula taxando ad tres marcas cum uno fertone moderacione previa, petens eandem compelli ad contrahendam copulam in facie eclesie iuxta consuetudinem Christifidelium, et casu quo ab eo discesserit et resilierit, petivit arras restitui duplicatas, et ita marcas sex cum media, et casu negatum fuerit, deferret vel probabit. In presencia eiusdem, protestantis de reconveniendo et petentis ad deliberandum, et obtinuit ad quindenam. Presentibus honorabilibus dnis Stanislao viccario, Nicolao in Gologori plebano, Raphaele Czemyerzynsky, Iacobo Spunnar.

DXX. Mercurii prima Marcii (1 marca 1497).

1626. Dnus Caspar eclesie Leopoliensis viccarius ex confessatis obligatur dno Iohanni Calwo graciali presbitero dare et solvere quatuor florenos pro festo sancte Trinitatis proxime venturum eclesiasticis sub censuris. Et ipse dnus Casper calicem impignoratum habebit et exponet redemcioni. Presentibus honorabilibus dnis Stanislao, Iacobo viccariis, Georgio de Sambor, Iacobo Spunnar, Nicolao Harsz procuratoribus.

1627. Stanislaus Pampek suburbanus ex confessatis parendo testamento olim...[1] testatoris defuncti tres fertones dno Casparo viccario legatos pro dominica Conductus Pasce sub

[1] W rkp. wolne miejsce na wpisanie imienia.

excomunicacionum penis solvere obligatur, pro quorum complecione per dnum Iacobum viccarium est monitus. Presentibus.

DXXI. Lune sexta Marcii, in crastino Letare (6 marca 1497).

1628. Lucas[1] scolaris de Premislia appellans constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch in causa appellacionis, quam movere intendit provido Martino pellifici civi de Sambor appellato et ipsius complicibus, dans *etc.* Et Felix ibidem obligatur sub excomunicacionum penis de parendo iuri et iudicato solvendo, non recedendo a remediis iuris. Et ibidem predictus Martinus pellifex a simili constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Spunnar contra dictum Felicem, ut in forma meliori. Qui procurator obtinuit terminum excipiendi ad quindenam contra iurisdicionem domini. Presentibus honorabilibus dnis Iohanne Miskowsky preposito, Mathia mansionario, Stanislao viccario.

1629. Venerabilis Iohannis Myskowsky in causa cum Iohanne Herbyst partes hincinde prestiterunt calumnie iuramentum, quod ipse Herbest restrinxit, quod veraciter ad proposicionem dni prepositi respondit, qui propositum suum iuramentum in hec verba specificavit, quod iuste petit quatuor florenos residuos sibi datos super Lukaszowa et non persolutos. Et ibidem
[517r] procurator suus dictam specificacionem | in suplementum secundi testis repetivit. Et ibidem de consensu testium dominus dictum unius testis publicavit et copias partibus habere volentibus dandum decrevit et terminum excipiendi ad quindenam limitavit. Presentibus.

1630. Felix scolaris appellans iudicialiter confessus est se percusisse hominem in Sambor vim vi defendendo, de quo procurator partis appellate solenniter protestatus est.

1631. Dnus Derslaus Wylczek succamerarius Leopoliensis ob non responsionem proposicionis Margarethe aurifabre relicte de Przeworsko, prout terminus dependebat, pronunciatur contumax, per procuratorem mulieris accusatus.

[1] Później nazywa się Felix!

DXXII. Veneris X Marcii post Letare (10 marca 1497).

1632. Venerabilis dnus Iohannes Myskowsky prepositus retulit se citasse magistrum Nicolaum Harsz procuratorem Thome de Marschow ad eclesiam in Staromyescze presentati ad horam presentis diei ad instanciam gsi dni Augustini heredis de Staromyescze et sui presentati ad videndum causam remitti ad iudicem a quo. Et dominus obtulit se remissurum per suam interlocutoriam prima die iuris.

DXXIII. Lune XIII mensis Marcii post dominicam Iudica (13 marca 1497).

1633. Nobilis Dobeslaus Curzensky constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harz in causa, quam sibi movere vult et intendit Iacobus Szaffranyecz civis Leopoliensis, dans *etc.* Et ibidem dictus Iacobus Szaffranyecz actor a simili constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Spunnar in causa, quam predicto nobili Dobeslao Curzensky movere intendit, dans *etc.* Presentibus honorabilibus et discretis dnis Iohanne Myskowsky preposito, Stanislao, Iacobo, Casparo viccariis, Paulo Pyeczyhoski.

1634. Discretus Iohannes plebanus in Prussy retulit se citasse de mandato domini Iacobum Szaffranyecz civem Leopoliensem ad videndum reconveniri ad horam presentis diei ad instanciam nobilis Dobeslai Curzensky, qui ibidem beneficio reconvencionis petit nomine dicti Dobeslai X marcas residue peccunie, quam sibi non persolvit pro empcione piscine et quas debuit dare Alberto suo genero, petens ad solvendum compelli, et pro infamia, quam sibi obiecit in audiencia publica, quod sibi piscinam emptam episcaret, nota furti eundem consignando, quam infamiam extimat ad mille florenos et totidem dampni, et si negatum fuerit, probare intendit. | In presencia magistri [518] Iacobi Spunnar procuratoris ex adverso, qui deliberatus tercia iuris post Conductum Pasce respondebit. Presentibus.

DXXIV. Veneris XVII mensis Marcii (17 marca 1497).

1635. Discretus Nicolaus eclesie Leopoliensis viccarius de mandato domini retulit se citasse magistrum Iacobum Spunnar tanquam procuratorem Heduigis Skorkowa appellantis ad instan-

ciam universitatis consulum de Woyslawycze ad horam presentis diei ad allegandum indebitum tractum, quem ibidem Nicolaus procurator specificavit in hec verba, quod dicta Heduigis Skorkowa per suum procuratorem Andream de Polyczna interponendo appellacionem ad dictam sedem Leopoliensem et eam prosequendo, vigore cuius iurisdicio est fundata, et dictus Andreas recepit sibi terminum ad libellandum nomine dicte Skorkowa, prout acta acticata XX Februarii demonstrant, et hoc obmittendo facere convenit dictos consules in consistorio Crasznostauiensi et libellum produxit, et cum nemini convenit aliquem duplici pena conterri, petit ipsam puniri in expensis et literas significatoriales litispendencie huius consistorii sibi dari cum cittacione ad videndum taxari expensas. Et dominus racionabiliter discussis, petita in forma solita admisit literarum opportunarum cum decreto. Presentibus honorabilibus dnis Iacobo, Stanislao viccariis, Iacobo mansionario. In presencia cittati Iacobi procuratoris substituti dicte femine, allegantis non fore factum in rerum natura tractandum in iurisdicione Chelmensi coram iudice instancie prime. Et ibidem Nicolaus procurator obtulit se producturum literas significatoriales super innovacione litium coram iudice in Crasnystaw. Et Iacobus procurator protestatus est de libellando in defectum probacionis. Presentibus.

1636. Vrsula Hanlowa alias Szwarthowska prestitit iuramentum decisorium iuxta decretum domini et evasit actorem dnum Paulum in toto cum condempnacione *[in]* fatigis et expensis.

DXXV. Lune tercia mensis Aprilis post Conductum Pasce (3 kwietnia 1497).

1637. In causa Thome de Pnykolth plebani et nobilis Iohannis Buchowski occasione decime terminus super probacione idem faciendi peremptorie et ex superhabundanti ex allegatis causis procuratoris dicti Buchowski admittitur per dominum dilacio unius mensis, alias post expiracionem unius mensis dominus faciet ea, que sunt facienda super remissione cause. Presentibus honorabilibus dnis Stanislao, Nicolao et Iacobo viccariis.

1638. Stanislaus in Byelka plebanus proponit contra Stanislaum in Hermanow kmethonem, quomodo sibi triticum triturauit in valore viginti grossorum, item avenam trituravit, in

qua ipsum dampnificavit in valore medie marce, petens ad solvendum compelli, offerens se probaturum, casu quo negatum fuerit. In presencia dicti Stanislai animo litem legitime contestantis, negavit narrata, prout narrantur, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus. |

DXXVI. Veneris VII mensis Aprilis (7 kwietnia 1497). [518v]

1639. Universitatis consulum de Woyslawycze ex una et Heduigis Skorkowa parte ex altera in causa propter defectum significatorialium literarum, quas literas dicti consules offerri debebant, prorogatur eis terminus ad unum mensem portandi literas significatoriales cum actis instancie prime ibidem acticatis ad causam opportunis pro verificanda litispendencia in Crasnystaw. Et ibidem in illo termino Iacobus Spunnar libellabit nomine Heduigis contra dictam universitatem, propter cuius negligenciam tunc non libellantis absolvetur pars ab instancia, ipsi consules, ambarum parcium cum consensu. Et dominus decrevit compulsoriales pro actis instancie prime. Presentibus honorabilibus dnis Iacobo, Stanislao, Casparo viccariis.

1640. Katherine mulieris de Iavorow cum Iacobo opidano de ibidem in causa dominus auditis parcium allegacionibus hincinde dedit convolandi licenciam ad alia vota matrimonialia, sibi mulieri ducere maritum, quem Deus previdit, et laico similiter, et singula inter eos sopivit.

1641. Honorabilis Iacobus viccarius in Busko constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Spunnar in causa et causis, quas movere intendit et movet contra Paulum Pella quondam ministro eclesie in Busko et Margaretham mulierem de Busko, dans *etc.*

DXXVII. Lune decima mensis Aprilis post dominicam Misericordia Domini (10 kwietnia 1497).

1642. Honorabilis dnus Andreas Smyothanka plebanus in Buczacz constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsz in causa, quam movere intendit et movet honorabilis dnus Andreas plebanus in Pyeklykowcze, dans *etc.* Et ibidem predictus dnus Andreas plebanus in Pyeklykowcze constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Spunar in causa, quam movere intendit dno Andree Smyothanka plebano in Bu-

czacz *etc.* Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Gregorio, magistro Bernardo canonicis, Stanislao, Casparo, Iacobo viccariis.

DXXVIII. Veneris XIIII mensis Aprilis (14 kwietnia 1497).

1643. Nobilis Georgius olim Frederici aput acta personaliter constitutus marcas viginti, quas olim Fredericus frater eius germanus in sua ultima voluntate pro hospitali pauperum legaverat, et nunc implendo voluntatem eius prefatus Georgius Frederici hospitali sancti Spiritus intra muros legat, dat et donat, quas in bonis, gay, molendino, theloneo et kmethonibus prefatus Fredericus defunctus habuit et in tenuta possedit, et illas olim Clemens Strumylo obligaverat se literis obligacionum solvere prefato Frederico, quas usque modo non solvit, literas de manibus olim Gebel executoris recipiendo. Presentibus honorabilibus dnis Stanislao, Iacobo, Nicolao, Iacobo viccariis, Mathia consule tutore hospitalis. |

[519] **1644.** Barbara Zubrzska relicta prestitit iuramentum decisorium in hec verba: ego Barbara iuro, quia nunquam me obligavi dno Paulo Mycznar de Cracouia solvere unam marcam peccunie debiti olim Nicolai mariti mei, ita me Deus adiuvet et sancta Crux. Unde absoluta est a debito unius marce.

1645. Gsi dni Derslai Wylczek succamerarii Leopoliensis cum Margaretha aurifabra de Przeworsko in causa dominus ob certos respectus totum negocium cause ad felicem adventum reverendissimi dni archiepiscopi suspendit et prorogavit per suam reverendissimam paternitatem practicandum, cognoscendum et debito fine terminandum. Presentibus.

DXXIX. Mercurii XIX mensis Aprilis (19 kwietnia 1497).

1646. Honorabilis Mathias ad sanctam Katherinam mansionarius retulit se citasse magistrum Iacobum Spunnar tanquam procuratorem dni Andree viccarii in Crasnystaw ad horam presentis diei ad instanciam magistri Nicolai Harsch procuratoris dni Mathie Zamosczky ad videndum apperiri rotulum. Et dominus recepto prius iuramento a portitore apparuit et copias partibus habere volentibus decrevit et terminum excipiendi ad XV limitavit et prefixit. Presentibus honorabilibus Stanislao, Iacobo, Nicolao viccariis.

1647. Nicolaus cocus dni castellani Premisliensis proposuit contra Annam coctricem Dobeslai sartoris in suburbio Leopoliensi, quod dum eam honesto animo tentasset pro matrimonio contrahendo, dixit mente bene deliberata: volo tecum contrahere et iam de presenti contraho, in cuius fidem et vim contractus manum sibi stipulavit, presente Dobeslao hospite eius, petens eam compelli ad consumacionem huiusmodi contractus in facie eclesie iusticia mediante, casu quo resiliret, probabit vel deferret. In presencia Anne mulieris cittate animo litem legittime contestantis, respondentis in ioco sibi Nicolao super huiusmodi contractu manu stipulasse et allegantis citra hec primum maritum vivum habere, cuius effectum probabit pro omnibus dilacionibus. Et ibidem consors Dobeslai sartoris fideiussit pro dicta rea de stando iuri. Presentibus.

DXXX. Veneris XXI Aprilis (21 kwietnia 1497).

1648. Providus Stanislaus civis Leopoliensis suo, Alberti fratris nominibus constituit in suum procuratorem dnum Iacobum mansionarium ad sanctam Katherinam, dans *etc.* in causa, quam dictis fratribus *[movet]* honorabilis Nicolaus presbiter, cuius nomine procuratorio dnus Iacobus Spunnar testes induxit, famosos Georgium Woynar consulum (!) et Iohannem Burza iuratum, quibus parsum est iuramentum et creditum est ipsorum conscienciis. In presencia dni Iacobi procuratoris dictorum fratrum, protestantis de excipiendo contra deposiciones testium, offerentis se reprobatorios inducturum loco et tempore suis et allegantis primum testamentum per testatorem fuisse revocatum et cassatum. |

DXXXI. Lune XXIIII Aprilis, in crastino sancti Georgii [519v] (24 kwietnia 1497).

1649. In causa honorabilis Nicolai piscatoris cum Stanislao et Alberto civium (!) de Leopoli dominus publicavit dicta testium in presencia dni Iacobi procuratoris dictorum civium, petentis copias et terminum excipiendi, et obtinuit ad quindenam alias ad feriam sextam post octavam Ascensionis Domini. Presentibus discretis dnis Michaele baccalario, Stanislao, Iacobo viccariis.

DXXXII. Mercurii XXVI mensis Marcii [1] (26 kwietnia 1497).

1650. Honorabilis Simon plebanus in Lopaczyn constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harz in causa, quam movere intendit providis Stanislao Othka, Stanislao Calwo et Stanislao Hanel opidanis de Buczacz, dans *etc.* Qui ibidem per suum procuratorem proponit contra providos Stanislaum Othka, Stanislaum Hanel, Stanislaum Calvum tanquam litis consortes, quomodo ipsi temporibus retroactis post obitum et mortem honeste Dorothee Marthynoska intromiserunt se in domum prefati actoris, in qua morabatur dicta matrona ex contractu cum actore concluso, et quam hereditatem ipse dnus Simon in iure ipsorum civili in Busko obtinuit et demum ex iure Leopoliensi civili est sibi adsententiata, in quam hereditatem ipsi se intromittentes occupaverunt sibi peccunias duodecim marcas peccunie communis, item octo iuvencas, quas dicta Dorothea fovebat et possidebat ipsius dni Simonis, valoris quatuor sexagenarum, item pannum Ostradomiense sex ulnarum coloris nigri, valoris quatuor florenorum, item equum calvum, valoris duarum marcarum, item duodecim scutellas stanneas, totidem tallaria, patellas quatuor ereas sive cupreas, pelvim valoris viginti grossorum, que suppellectilia dicta matrona in repositorio habuit ipsius dni Simonis. Et his malis non contenti aduc ipsum actorem traxerunt ad forum secularem, contravenientes canonicis institutis, prohibentibus clericum tractari per forum secularem, ubi et eius procuratorem secularem una cum actore dehonestaverunt et confundebant verbis inhonestis: tu traditor, fur cum tuo presbitero alias *spopem,* comminantes sibi in machinacionem carceris, iniuriam non modicam, quam iniuriam et indebitum tractum ad alienum forum extimat ad centum marcas, petens ablata et occupata restitui domus suppellectilia cum peccunia, et intuitu iniurie in dictis centum marcis et litis expensis condemnari et compelli ad solvendum, et si negatum fuerit, petit se ad probandum admitti. In presencia ex adverso dictis reis inducias deliberatorias petentibus, et obtinuerunt ad XV. Qui ibidem constituerunt in suum procuratorem magistrum Iacobum Spunnar.

[1] Mylnie, zamiast: Aprilis.

DXXXIII. Veneris antepenultima Aprilis (28 kwietnia 1497).

1651. Honorabilis Iohannes actu presbiter de Colomya certe hereditatis posessor constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harz in causa, quam movere intendit | pro- [520]
vidis Nicolao carnifici proconsuli, Stanislao sellatori, Martino, Nicolao Almano, Iohanni Przextha, Simoni pellifici, consulibus, Nicolao Czyrwonka, Andree Caleczka iuratis et Mathie Nagoynczy rivalo, dans *etc.* Presentibus honorabilibus dnis Stanislao, Iacobo, Simone viccariis, Michaele Mebroth.

1652. Discretus Iohannes capellanus de Colomya proponit contra providum Mathiam Nagonczy rivalum suum, quomodo ipse retroactis temporibus bono medio et verbis honestis contrahendo matrimonium cum Katherina sorore actoris et eam habendo in posessione et recepta consolacione certa post uxorem, illam consolacionem dilapidavit, dispersit et perlusit taxillis mediante, et his malis non contentus, nocturno tempore descendendo in cameram suam et rapuit sibi 4 truncos tritici, tres avene, tria quartalia avene, quatuor pernas carnium lardi, camisiam bonam et lintiamen valoris quindecim grossorum moderacione previa, et in aliis suppellectilibus domus eum dampnificavit in valore singula extimando ad marcas tres cum media moderacione salva, petens compelli ad restituendum aut valorem persolvi, offerens se probaturum. In presencia ex adverso magistri Iacobi Spunnar procuratoris dicti Mathie ad hoc legittime constituti, petentis ob spem concordie tentande terminum prefigi et assignari ad primam diem iuris post festum sancte Trinitatis, et obtinuit. Qui ibidem protestatus de reconveniendo. Presentibus. Et ibidem Nicolaus Harsch nomine actoris contra consules libellabit in octavo.

DXXXIV. Mercurii X mensis Maii post Ascensionis Domini (10 maja 1497).

1653. Honorabilis Simon presbiter de Grodek nomine filiastre sue tanquam tutor legittimus eiusdem proponendo petivit a Nicolao carnifice de Grodek plummam valoris viginti grossorum, item monilia argentea unius fertonis, item candelabrum valoris sex grossorum, item duas spondas, item bipennem carnificialem valoris sex grossorum et *forszlam*, item tenam, lapso-

rium et veru magnum ferreum, que omnia propinquitate maturali condependent super dictam Heduigim superstitem post genitorem eius derelicta, intendens probare, si negata fuerint, et dictum Nicolaum petens ad restitucionem rerum predictarum cogi et compelli. In presencia ex adverso dicti Nicolai animo litem legitime contestantis, premissa omnia negantis et petentis petita fieri non debere. Et dnus Simon probabit eandem suam intencionem pro omnibus dilacionibus. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Cristino in Grodek, Matheo in Sczyrzecz, Iohanne in Zubrza plebanis.

DXXXV. Veneris XII mensis Maii (12 maja 1497).

1654. Heduigis Skorkowa ad literam evictionis nomine dni Zaklyka in iudicium productam eam declinans per procuratorem suum excepit, quia talis evictio facta et ordinata est coram olim Stephano officiali Chelmensi, qui antequam evictio coram eo facta publicaretur, extinctus est, et extincto eo extin-
[520v] guitur et evictio. Item quia dnus | Ieronimus Zaclika[1] est potentissima persona et dominus temporalis dicte Skorkowa, et ita cessio a potenti pro subdito non tenet. Item quia dictus evictor poterit se excusare per bellicam expedicionem nuper vigentem et ita causa negligeretur. In presencia ex adverso magistri Nicolai Harsz petentis copias et terminum replicandi, et obtinuit ad quindenam. Presentibus honorabilibus dnis Iacobo mansionario, magistro Arnasto.

1655. Venerabilis magister Arnastus de Leopoli sopitis controversiis de quarto anno occasione arende ville Sroky totalem et omnimodam satisfactionem recognovit recepisse a dno Nicolao Thyczka cive Leopoliensi, de qua ipsum per presentes quittat, et debitum septem florenorum ad racionem dictarum peccuniarum dnus Arnastus magister dimittit et defalcat de decem florenis, quos dnus Arnastus magister dno Dawydowski tenetur et obligatur, quos in quinto anno arende dnus Nicolaus Tyczka dno Dawydowsky intercedendo dnum Arnastum solvere fuerat in actis obligatus, eundem dnum Nicolaum ipse magister Arnastus liberando, ponit se principalem et ab omni impedimento dictorum X florenorum solucionis evincit et liberum facit ipsum

[1] W rkp.: Zaclaka.

Nicolaum sub censuris eclesiasticis in eum ipso facto ferendis. Presentibus venerabilibus Gregorio canonico, magistro Gromaczky.

DXXXVI. Lune XXII mensis Maii, in crastino sancte Trinitatis (22 maja 1497).

1656. Honorabilis Simon plebanus in Lopaczyn de mandato domini retulit se citasse discretum Iohannem capellanum de Colomya ad videndum reconveniri ad horam presentis diei ad instanciam providi Mathie Nagonczy. Et ibidem idem Mathias Nagonczy proposuit contra eundem dnum Iohannem presbiterum, quia dum moveret animum eiusdem Mathie, ut desponsaret sibi in uxorem Katherinam sororem suam germanam, promittebat eidem Mathie post eandem sororem suam legittimam in vim dotalicii dare, prout expost de facto coram probis hominibus dedit, medietatem suam domus, que ipsum concernebat successione paterna, cameram pro se tantum in eadem domo excipiendo. Tandem ipse dnus Iohannes, postquam ad huiusmodi mocionem dictam Katherinam sororem eius Mathias desponsasset sibi in uxorem, contraveniendo promissionibus suis in eadem medietate domus cuidam matrone sue focarie nitebatur triginta tres florenos inscribere in medietate domus prefate et aduc nititur in preiudicium non mediocre per hoc dictam domum illiberam faciendo, quod quidem preiudicium extimat ad quinquaginta florenos. Ipse vero dnus Iohannes aduc his malis non contentus, sed in perversum animum pro dicta sua focaria datus, in absencia dicti Mathie uxorem eius cameram ingredientem retrusit et ingrediens cameram omnes res ipsius Mathie, ut vestes, lectisternia, cistulam, dercam, balistas, clipeos, gladium, de eadem camera eiecit extra domum in vilipendium et iacturam eiusdem Mathie non modicam, ex qua | quidem [521]
eiectione ipse Mathias ammisit et perdidit quinque mensalia, quodlibet in valore medie marce, item quatuor lintiamina, quodlibet in valore medii floreni, gladium in valore medie marce, tres lecticas cussinorum in valore medie sexagene et unum manuterium in valore trium grossorum, preterea de eadem domo vendidit caldar braxatorii in valore duarum marcarum, que omnia dictus Mathias probare intendit. Nec aduc his malis contentus dnus Iohannes prefatus, dum modo sibi dictus Mathias

de Leopoli equitando obviasset in silva dicta Glamboka, ibidem ipsum invasit et plures sagittas contra eum de arcu misit et ita sagittando equum, in quo idem Mathias equitabat, persagittavit, in valore octo florenorum, petens ipsum dnum Iohannem in petitis condempnari et ad restituendum ammissa et per eum vendita cogi et compelli Et ibidem ad proposicionem Iohannis presbiteri dictus procurator Iacobus Mathie Nagonczy animo litem legittime contestando negavit narrata, prout narrantur, et datur ad probandum actori pro omnibus dilacionibus. Qui actor ad proposicionem dicti Mathie Nagonczy adverse partis respondendo per se negavit narrata, prout narrantur, hoc adiecto, quod eum eiecit de camera tanquam discordem et deoccupando domum propriam et ad quam dictus Mathias nichil habuit. Et quod se sagittis defendit, sagittando obviabat invasioni sui adversarii, qui eum insequebatur ad occidendum. Et de ceteris sibi non constat. Et datur ad probandum utrique parti pro omnibus dilacionibus eorum intenciones. Presentibus honorabilibus dnis Nicolao in Gologori plebano, magistro Georgio, Stanislao viccario, Iacobo mansionario.

1657. Stanislaus sellator consul de Colomya nomine aliorum consulum et confratrum de ibidem, per literas missiles ad dominum consignatas cavendo de rathihabicione mandati, constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Spunnar in causa, quam movere intendit honorabili Iohanni plebano in Choczymyerz et Katherine focarie ipsius, dans *etc.* Et ibidem predicta Katherina constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsz in causa, quam movere vult et intendit prefatis consulibus de Colomya et Mathie Nagonczy, ad agendum, defendendum, ut in forma meliori.

1658. Consules universitatis consulum de Colomya proposuerunt gravi in querela contra dnum Iohannem de eadem Colomya, quia dum coram ipsis sepissime fuisset deductum, quomodo ipse dnus Iohannes enormiter viveret et adhereret Katherine mulieri coniugate, in una et eadem domo commanendo, inhibuerunt ex officio suo consulari, quatenus eandem mulierem coniugatam dimitteret et eam de domo a se excluderet, ne tantus murmur ageretur de eo in communem ipsiusque condicionem sacerdotalem, eandem nequaquam volebat dimittere et relinquere
[521ᵛ] a se mulierem in scandalum hominum | inhabitatorum ibidem

in Colomya plurimorum. Quamquidem iniuriam extimat ad centum florenos, petens ipsum ad relinquendum mulierem coniugatam et in petitis condemnari et ad solvendum compelli. In presencia Nicolai (!) deliberantis respondendi ad octavam. Et dominus prefixit terminum hincinde partibus hodie peractis prandiis continuandi coram dno reverendissimo.

1659. In causa Iohannis Fortuna actoris et dne Constancie ree interloquendo dominus pronunciavit, non obstantibus excepcionibus iurisdicionem declinantibus, prefatam dnam Constanciam peticioni Iohannis Fortune ad respondendum compulit. In presencia magistri Iacobi Spunnar procuratoris dne Constancie animo litem legittime contestantis, negantis negata (!), prout narrantur, ad proposicionem Iohannis Fortuna. Et ibidem dominus decrevit iuramentum hincinde de calumpnia vitanda fore per partes prestandum, quod prestabunt prima die iuris.

1660. Nobilis Constancia de Krzemyonowka reconveniendo Iohannem Fortuna petivit ab eo duodecim florenos pro pascuis quadringentorum boum vel citra et pro expensis, quas ipsa dna Constancia familie ipsius Iohannis Fortuna ministravit per sex aut ultra ebdomadas, petens ipsum ad solucionem cogi et compelli. In presencia procuratoris dicti Iohannis Fortuna Nicolai Harz, qui deliberatus in octava respondebit, si copiam habere poterit principalis.

1661. Ad libellum honeste Heduigis Skorkowa procurator gsi dni Mathie Zamosczki animo litem legittime contestando evasionem in iure terrestri super articulis hic contra ipsum libellatis sentencia arbitrali per certos assessores, magnificos et gsos dominos, et petit se ad probandum admitti. In presencia magistri Iacobi Spunnar procuratoris dicte Skorkowa allegantis, quod si quam ipsa Skorkowa intravit concordiam, hoc fecit metu carceris coacta, quod probabit per publica instrumenta tempore et loco suis, petens ipsum cogi et compelli ad respondendum libello. Et datur terminus partibus hincinde ad probandum eorum intenciones ad tres menses. Presentibus reverendissimo in Christo patre et domino dno Andrea Dei gracia archiepiscopo Leopoliensi, Iohanne Parznyowski, Iohanne doctore.

1662. Nobilis Martinus constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Spunnar in causa matrimoniali, quam movere intendit consorti sue Katherine, dans *etc.* Et ibidem hono-

rabilis Iacobus mansionarius de mandato reverendissimi dni archiepiscopi retulit se citasse dictam Katherinam, ad primam diem iuris ad videndum conveniri terminum assignando. Presentibus. |

[522] *DXXXVII. Mercurii XXIIII mensis Maii, in vigilia Corporis Christi* (24 maja 1497).

1663. Nobilis Constancia de Rzemyazowcze (!) iuxta dependenciam prestitit calumpnie iuramentum, quod veraciter ad proposicionem Iohannis Fortuna respondit et fideliter contra eum proposuit, quod a simili Iohannes Fortuna prestabit. Presentibus honorabilibus dnis Nicolao in Gologori plebano, Cristino in Grodek.

1664. Martinus Nagonczy proposuit contra Katherinam consortem nobilis Martini familiaris dni Procopii de Strzelcze, quod dum idem Mathias desponsasset sibi uxorem Katherinam dni Iohannis presbiteri germanam, manendo cum ea matrimonialiter in Colomya in domo eiusdem sue uxoris paterna, dicta Katherina rea, in perversum sensum data, inducebat uxorem dicti Mathie alloquendo et persuadendo, ut dimisso marito et rebus pocioribus receptis fugeret in Valachiam, quam tali intencione seductam dicta rea servavit aput se in camera sua per integram septimanam, donec fieret opportunitas fugiendi. Et postquam Mathias prefatus eius maritus domum veniens uxorem suam non invenisset, processit cum familia dni capitanei loci illius versus limites Valachie, querens eandem suam uxorem in curribus plurimorum vectorum, et non inveniens ordinavit certos exploratores, qui uxorem eius explorassent, precium ministrando. Et ita eum dicta rea uxorem eius occultando dampnificavit in duobus florenis, quam quidem occultacionem probare intendit. Item dicta rea cum dicto Mathia in una et eadem domo manendo ducillavit cervisiam dicti Mathie et vas lapidibus viceversa implebit (!) et per hoc ipsum in uno floreno dampnificavit. Item et mensam cum sedili rapuit et alteri extra domum tradidit, in valore medii floreni, petens eam ad solvendum et restitucionem compelli. Et ibidem, prout terminus reconvenit, beneficio reconvencionis proposuit contra dictum actorem, quod ipse datus in perversum sensum retroactis temporibus iniecit in dictam ream manus violentas et ipsam baculavit, prout sibi placuit,

taliter, ut sex septimanis percussa infirmabatur et sacramento fuit procurata, quam iniuriam et percussionem tanquam nobilis matrone extimat ad sexaginta marcas, petens compelli ad respondendum. Et ibidem procuratores hincinde negaverunt narrata, prout narrantur, petentes petita fieri non debere, animo litem legitime contestantes. Et datur hincinde partibus ad probandum pro omnibus dilacionibus. Presentibus.

1665. Honorabilis dnus Matheus plebanus in Sczyrzecz executor testamenti olim discreti Martini presbiteri defuncti ex una et Katherina soror germana dicti olim Martini presbiteri, volentes parcere sumptibus, expensis et litibus renunciando, partibus ab altera, ipse dnus Mathias executor renunciavit oneri et execucioni testamenti prefati, et Katherina prefata soror defuncti olim Martini presbiteri cum Iacobo marito suo una cum Stanislao Woyczyk sororino suo de Grodek obligantur solvere eclesie parochiali in Grodek decem marcas, tres marcas eclesie sancte Marie ibidem in castro | et duas marcas eclesie sancti [522v] Nicolai ibidem in Grodek sub excomunicacionum penis taliter, quod pro festo sancti Michaelis proxime instanti solvere incipient duas marcas in manibus dni plebani aut vitricorum dictarum eclesiarum, deinceps singulis annis pro quolibet festo sancti Michaelis per duas marcas usque ad plenariam et totalem quindecim marcarum prefatarum solucionem, unde iam dicta Katherina cum Iacobo marito et Stanislao Woyczyk maccellum carnificum et domiculam iuxta vallum in prefata Grodek libera habebunt. Pro quorum complecione et solucione omnium dicti coniuges moniti sunt de facto per discretum Mathiam mansionarium relacione facta, ut pro quolibet termino prenotato solucionem faciant realem, casu quo non solverint, in prima iuris extunc immediate sequenti ad videndum se sentencias excomunicacionum incidisse declarari coram dno officiali Leopoliensi pro tempore existenti, ipsique coniuges et Stanislaus vigore dicte composicionis pro omnibus rebus dicti olim Martini presbiteri pacem et quietem habere debent, omni execucione prefati dni executoris cessante.

DXXXVIII. Veneris XXVI Maii (26 maja 1497).

1666. Felicis clerici in minoribus ordinibus constituti et providorum Martini pellificis et Nicolai carnificis et illorum litis

consortum parcium ab utraque talis composicio est adinventa per medium honorabilis Pauli Pretoriani baccalarii viccarii perpetui in eclesia Premisliensi et nobilis Wyaczkowsky factoris quondam in Sambor, accedente ad hoc consensu Marci patris dicti Felicis clerici et parcium prefatarum, quod sibi Marco in dicta Sambor administrare debent iusticiam effectivam cum opidanis ibidem, omnibus dilacionibus postpositis cum eius debitoribus, ipse eciam Marcus ibidem de iusticia respondebit cuilibet ipsum querenti et citanti sine omni dilacione. Et ibi dicti ex adverso principales consules aput acta personaliter constituti purgaverunt conscienciam et humanitatem necnon personam ipsius clerici, quod de eo nichil sciunt mali nec perversitatis, sed omne honestum et laudabile, tanquam de clerico bene conservato, extinguendo omnes lites, discordias, actiones quomodolibet suscitatas et motas inter partes et hoc sub pena vallata per dominum et per partes suscepta triginta marcarum per expressum et publice, parti tenenti medium et iudici eclesiastico medium irremissibiliter solvenda per partem inscripcionem *[non]*[1] tenentem. Presentibus ibidem venerabili et honorabilibus dnis Iohanne Crowyczsky decano, Casparo, Iohanne ministro eclesie in Sambor, testibus circa premissa.

DXXXIX. Lune penultima mensis Maii (29 maja 1497).

1667. Iohannes presbiter comendarius in Choczymyrz ad proposicionem universitatis consulum de Colomya animo litem legittime contestando respondit negando narrata, prout narrantur, hoc adiuncto, quod dicte mulieri Katherine non propter alium respectum domum dimisit in Colomya nisi propter solvendum debitum successive, in quo sibi obligatur ex suo servicio aliunde quesito, quam de propria domo, et nunquam in vim concubitus, dantes intelligere infamiam sibi sacerdoti obiectam, quam infamiam extimat ad centum florenos, petens ad solvendum com-
[523] pelli ex confessatis in actis restrictis, de qua | domo usque in hodiernum tempus nullam habet posessionem. Et datur ad probandum utrique parti pro omnibus dilacionibus. Presentibus honorabilibus dnis Stanislao, Simone et Iacobo viccariis.

[1] W rkp. opuszczone.

1668. Iohannes Fortuna ad proposicionem Constancie super pabulis boum animo litem legittime contestandi negavit narrata, prout narrantur, hoc adiuncto, quod levir dicte Constancie pascua in eadem hereditate Rzemyenowcze admisit sibi pascua, circa quem convenerat de certo salario et nunquam aput ipsam Constanciam, quod offert se probaturum, et nunquam habuit quadringentos boves. Et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus utrique parti. Presentibus. Et ibidem dictus Fortuna prestitit calumpnie iuramentum, quod veraciter respondit, hoc adiuncto, quod si aliqua pascua habuit circa ipsam Constanciam, ad unam diem.

1669. Katherina de Strzelycze reconveniendo maritum Martinum suum proponit, quod ipse retroactis temporibus habendo eam in uxorem benivolam recepit ab eius fratre demissionem piscine in certis bonis fratris dni Procopii et illam episcatus est et pisces vendidit, quo sibi placuit, vasa plura septem vel octo vel citra luceorum et tincarum, moderacione previa pro quadraginta marcis, et convertit se cum illa peccunia ab uxore, quo sibi placuit, adulterandi causa cum variis mulieribus, et unam ex his impregnavit notabiliter, propter quod crimen petit se ab eo seperari et peccuniam sibi restitui compelli. In presencia Iacobi Spunnar ad hoc citati in audiencia publica, qui respondebit in quindena. Et ibidem Nicolaus Harz procurator Katherine ad libellum Martini respondendo negavit narrata, prout narrantur, hoc adiuncto, quod aput regiam maiestatem fuit Cracovie pro recuperandis bonis suis, cum fratribus litigando ibidem pro sua sorte, et morabatur aput honestam dnam Malcherowa Cracovie et non aput stipendarios.

1670. Nobilis Barbara consors olim nobilis Wlodek de Byelka petit a nobilibus Barbara et Zophia sororibus germanis viginti florenos, quos dna Barbara tanquam mater filio pro expedicione ad servicium mutuavit. Et decem florenos Heduigis filia dne Barbare recognovit huiusmodi debitum, quod frater Dobek aput matrem contraxit, petens ad solucionem compelli. In presencia dne Zophie consortis Ianussek, negantis narrata, prout narrantur, et actrix probabit debitum pro omnibus dilacionibus.

1671. Nobilis dna Barbara consors olim nobilis Wlodek de Byelka constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum

Spunnar in causa, quam movere intendit nobilibus Barbara et Zophia sororibus germanis, dans *etc.*

DXL. Lune V^ta Iunii (5 czerwca 1497).

1672. Constancie prefigitur terminus iurandi de fide mentita ad quindenam cessantibus impedimentis ad instanciam Iohannis Fortuna, terminus prefigitur per dnum reverendissimum.
[523v] Presentibus venerabilibus | Iohanne Crowyczsky decano, Iohanne Parznyowski canonico, Iohanne decretorum doctore.

DXLI. Mercurii VII mensis Iunii (7 czerwca 1497).

1673. In causa Pnykolth Premisliensi discreti Thome plebani de Pnykolth partis appellate contra acta et attestaciones nobilis Iohannis Buchowsky appellantis partis, prout terminus requirit, procurator predicti Thome verbo et generaliter excepit, quod si aliqua sunt, que faciunt pro parte sua, illa ea approbat et admittit, saltem per modum tacite admissionis, in quantum autem faciunt pro parte inducentis pretensi testes, extunc prout excepit, verbo excipit, petens petita fieri non debere, et petendo per dominum dictas attestaciones revideri et super eisdem cognosci et interloqui cum protestacione fatigarum et impensarum. In presencia ex adverso Iacobi Spunnar procuratoris substituti ad hoc citati per discretum Iacobum relacione facta, qui triplicabit in quindena. Presentibus discretis dnis Nicolao in Brzosdowcze plebano, Mathia mansionario.

DXLII. Lune XII Iunii (12 czerwca 1497).

1674. Nobilis dna Constancia de Krzemyezowcze, prout terminus requirebat, in presencia magistri Nicolai Harsch procuratoris nobilis Iohannis Fortuna ad hoc legittime cittati prestitit corporale iuramentum de fide mentita in hec verba: ego Constancia iuro ad sacram dominicam passionem, quia cum Iohanne Fortuna nuncquam contraxi matrimonium per verba essencialia nec accepi ipsum aliquando in virum neque dixi sibi unquam: iam reformes domum meam velud propriam, ita Deus adiuvet et sancta sanctorum. Presentibus ibidem nobilibus et honorabilibus dnis Demetrio Chodorowsky, Iohanne Zawadsky, Iohanne Polak, Iacobo et Mathia mansionariis, Simone altarista, Iohanne in Chodorowstaw plebano.

1675. Gsus dnus Iohannes Zawadsky suo et fratrum suorum nominibus, Dauid et Alexandri, petens se et fratres suos a sentenciis excomunicacionum, aggravacionum et reaggravacionum absolvi, quibus ad instanciam reverendissimi patris dni Valentini custodis et guardiani ac tocius conventus sancte Crucis de Leopoli extiterant innodati occasione solucionis quindecim marcarum in toto dicto conventui repositarum. De consensu dicti dni guardiani dominus decrevit absolvendum, ita tamen, quod dictus dnus Iohannes se et suos fratres marcas quinque peccuniarum sub reintrusione pristinarum sentenciarum et florenum racione expensarum et impensarum pro festo sancte Katherine proxime venturo solvere obligatur.

1676. Nobilis Barbara Zubrzska beneficio reconvencionis proponit contra nobilem Ewam Corczborkowa, quomodo retroactis annis et temporibus morabatur ex certo respectu non habens quo diverti, postquam fuit exempta de bonis Ostrow cum suo marito vita functo, extunc in Zubrzam venit ad ipsam dnam Barbaram cum tota curia sua et cum familia omni, habuit expensas XVII septimanis necessarias victus et consumsit in eisdem moderacione previa dandis octo florenos, quos petit sibi ad solvendum iuxta promissionem inter eas habitam. Item petit pro feno marcam cum media, quo pabulati fuerunt equi et peccora. Item induxerunt dicti coniuges expost in Zubrza equiream, qua fecerunt damnum in bonis kmethonibus et sibi domine, quod consolabatur kmethones peccunia ad marcam cum media, petens ad solvendum premissa compelli et si negatum fuerit petit se ad... Negavit narrata etc. | In presencia magistri Iacobi [524]
Spunnar procuratoris dne Ewe, qui ad proposicionem Barbare Zubrzska respondendo dixit, quod postquam maritus eius exemptus fuerat de Ostrow, tunc maritus eiusdem actricis consanguineitatis gracia vocavit eundem eius maritum in villam Zubrza, petens et promittens ipsum fovere in suis expensis, quousque sibi de habitacione et mansione provideret, actamen ibidem manendo expendit et comedebat propriam farinam et proprias expensas simul cum familia dicte dne Zubrzska in communi. Et convencionem expensarum negat. Quantum autem ad fenum et dampna illata, procurator dicte Ewe negavit narrata, prout narrantur. Presentibus.

DXLIII. Mercurii XIIII mensis Iunii (14 czerwca 1497).

1677. Magister Nicolaus Harsch procurator universitatis consulum de Woyslawycze prima die iuris ad libellum Heduigis Skorkowa respondebit. Presentibus reverendissimo dno archiepiscopo, Iohanne Crowyczsky decano, Iohanne Parznyowsky canonico, Iohanne decretorum doctore.

1678. Providi Stanislaus Myenda, Martinus Pingwis et Petrus presencium actorum notarius, testes reprobatorii pro parte Alberti et Stanislai fratrum germanorum super cassacione et revocacione primi testamenti olim Dorothee Szczepanowa contra discretum Nicolaum piscatorem occasione X florenorum inducti, citati iuraverunt omnem veritatem dicere. Presentibus.

DXLIV. Audiencia Veneris XVI mensis Iunii, in crastino sancti Viti (16 czerwca 1497).

1679. In causa decime manipularis post predium et araturam ville Podworzany in privilegio eclesie in Brzosdowcze inscripte cum gso dno Demetrio Chodorowsky et dno Nicolao Camyenyecz plebano in Brzosdowcze parte ab altera vertente prorogatur terminus per duas septimanas in felici adventu post regressum de bello ad resciendum meritum cause, quo iure debeat dicta villa Podworzany ad eclesiam in Brzosdowcze spectari, ad dicendum ipsorum controversias coram dno reverendissimo aut eius officiali idem faciendi comparebunt. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Iohanne in Chodorowstaw plebano, Iacobo, Casparo viccariis et Mathia mansionario Leopoliensi, testibus circa premissa.

1680. Prorogatur terminus ob spem concordie tentande in causa dotis inter nobiles Iohannem Strzelecz et Heduigim consortem Iohannis Polak vertente a die dominico per duas septimanas, alias in defectu concordie partes idem faciendi feria secunda post festum sanctorum Petri et Pauli apostolorum proxima coram domino comparebunt. Presentibus dno Iohanne Myskowsky preposito.

1681. Iohannes Strzelecz per se personaliter pridem comparens constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch in causa, *[quam]* sibi movet et movere vult et intendit Heduigis soror ipsius occasione dotis, consors Iohannis Polak, dans *etc.* |

1682. Honorabilis Gregorius in Rumpno plebanus constituit in suum procuratorem Nicolaum Harsch in causa, quam movet discreto Ieronimo clerico, ad agendum, defendendum, ut in forma meliori. Qui ibidem Ieronimus ad videndum reconveniri est citatus per discretum in Czesky plebanum [1] relacione facta ad horam presentis diei ad instanciam dicti Gregorii plebani, contra quem proposuit, petens ab eo tunicam novi coloris valoris medie marce, quam sibi dedit super servicium exhibendum, quod sibi non implevit. Item ocreas, quas sibi dedit pro ocreis suis. Item petit ab eo subducturam de fetonariis valoris unius fertonis, quod sibi dedit super servicium. Item petit ab eo fructus, quos levavit de theloneo plebanum concernente ad extimacionem unius marce, et nullam fecit de eodem theloneo racionem et silenter discessit. Et insuper proponit contra eundem actorem adversus donacionem sibi factam per dnum Balthizar tres casses leporinas pro venandis leporibus sibi mutuatas, valoris unius marce, petens ad restituendum vel solvendum valorem compelli, et si negatum fuerit, offert se probaturum. In presencia dicti Ieronimi, qui confessus est se recepisse tunicam et subducturam pro suo servicio sibi exhibito, ocreas negat et theloneum negat similiter et casses. Et datur ad probandum vel deferendum pro omnibus dilacionibus. Et ibidem utraque pars iuravit de calumpnia vitanda. Presentibus. [524v]

DXLV. Lune XIX mensis Iunii (19 czerwca 1497).

1683. Gsus dnus Otha de Sthanomyn personaliter comparens circa acta, non compulsus, non coactus, sed matura deliberacione prehabita, purgando suam consciencia et fratris sui germani olim dni Derslai de Camyonopolye, alias Thederici testatoris testamentum relevando, qui decessit testamento condito in Colomya coram fidedignis personis, literam significatoriam scribens misit sue uxori Beate, quod dictus Otha recognovit per expressum et manifeste, quia dictus Thedericus aput dictam suam uxorem demonstravit centum florenos ungaricales in auro in prompta et parata peccunia, de qua peccunia in primis legavit dictus testator viginti florenos pro metropolitana eclesia Leopoliensi, pro eclesia Corporis Cristi fratrum Predica-

[1] W rkp. plebano.

torum alios florenos viginti, pro eclesia sancte Crucis fratrum Minorum viginti, pro eclesia sancti Andree fratrum de observancia extra muros viginti, item ad eclesiam beate Marie Virginis extra muros decem et ad eclesiam sancti Stanislai ibidem hospitaliatus decem florenos contribuit, donavit, legavit et testamentaliter assignavit, pie, propter Deum in prompto demonstrando. Et hoc presentibus Nicolao Choynaczsky, Alberto Ląkoczsky, Stanislao factore et dicte dne Beate servitore et prefato dno Otha testibus, qui circa dictam legacionem presentes fuerunt rogati, ut dicti testatoris ultima voluntas non immutaretur, quam fecit in extremis laborando. Presentibus circa acta constitutis dnis honorabilibus et honestis Iacobo mansionario, Stanislao cive Stanczelhasz, Bartholomeo de Thuronia, Nicolao Wydawsky, Nicolao piscatoris presbitero. |

[525] **1684.** Heduigis Skorkowa ad libellum procurator nomine universitatis consulum et civium de Woyslawycze, prout terminus exigit et requirit, quod obtemperando periculis, fatigis et sumptibus, animo litem legittime contestandi, vitando censuras, ad primum articulum respondet per verbum non credit, quod ad instanciam et in favorem Mathie Zamosczsky dicta Heduigis fuisset in carcerem civilem in Woyslawycze detrusa, licet sedebat capta et incarcerata propter penas, quas succubuit in iure civili polonico et recusabat se cavere et pro eisdem penis fideiussoriam ponere, ut easdem solveret iudicio, quas succumbuit, et ideo fuit capta et non aliter nec alio modo. Et iste articulus est iurisdicionis iuris polonici et petitur ad probandum admitti. Ad secundum articulum et ultimum Nicolaus Harsch procurator respondet per verbum non credit in toto, articulum asserens esse falsum. Et per hec est satis responsum. Presentibus.

1685. Religiose Elena et Petronella Beguine sorores de tercia regula sancti Francisci petunt a gso Frederico Knyehynyczski quindecim marcas peccunie receptibilis tanquam a successore in bona sui patris legittimo. Qui pater suus receperat peccunias dictarum sororum ab earum vitrico quinquaginta marcas in reservacionem et tutelam cum dictis sororibus et solvit partem, residuum autem quindecim marcas tenebatur et non solvit. Ideo procurator petit ad solvendum compelli heredem successorem dictas marcas quindecim, et si negatum fuerit, probare intendit, offerens se. In presencia ex adverso

magistri Iacobi Spunnar procuratoris, qui deliberacionem suam commisit reverendissimo dno nostro propter expedicionem bellicam, ad quam iam de facto processit. Et dominus deliberatus interloquetur.

1686. Gsa dna Dorothea Szwynczyna de Pomorzany capitanea Trebowliensis per se aput acta comparens constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Spunnar in causa comissaria, quam sibi movet seu movere denuo intendit honesta Czudna Anna, dans *etc.* Presentibus.

DXLVI. Mercurii XXI mensis Iunii (21 czerwca 1497).

1687. In causa appellacionis Premisliensis eclesie in Pnykolth procurator nobilis Iohannis Buchowsky appellantis, prout terminus requirit, magister Iacobus Spunnar ad excepciones verbales contra acta datas ipsius partis appellate verbo et generaliter replicavit, quod testes secundum interlocutoriam sentenciam et excepciones Iohannis Buchowsky non sunt reexaminati per iudices remissarios, petens iterum testes inductos reexaminari iuxta excepciones prius datas. In presencia ex adverso procuratoris Nicolai Harsch petentis revideri acta a remissorialibus iudicibus apportata et se reservari penes canonica instituta, quod testes prohibentur induci ultra terciam productionem, quod discrecioni et ingenio recommittit dni iudicis et eius studio adimpleri, et petentibus procuratoribus parcium hincinde interloqui. | Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Io- [525v]
hanne Myskowski preposito, Iohanne Parznyowsky canonico, Iacobo mansionario, Nicolao piscatoris, Stanislao et Iacobo viccariis, testibus circa premissa.

1688. In causa Iohannis Fortuna ex una et Constancie de Rzemyonowcze super contractu matrimoniali et arris parte ab altera vertente dominus inherendo decreto reverendissimi dni archiepiscopi Leopoliensis ipsam causam super arris et ex adverso pascuis introductam in iudicio ad forum secularem in presencia hincinde parcium procuratorum remisit taxacione expensarum reservata. Presentibus.

1689. Alberti et Stanislai fratrum germanorum testes reprobatorii inducti et eorum dicta et deposiciones cum dno Nicolao piscatoris in causa *[dominus]* publicavit et copias habere volentibus decrevit. In presencia magistri Iacobi Spunnar procuratoris

eiusdem dni Nicolai petentis copias et terminum excipiendi, et obtinuit ad quindenam. Et ibidem dnus Iacobus procurator predictorum fratrum produxit instrumentum secundi testamenti in vim probacionis. Presentibus.

1690. Nobiles Iohannes Zawalowski et Stanislaus aput acta personaliter constitutus, sanus mente, racione et intellectu existentes, pure et simpliciter, nulla cautela doli interposita, sed pure propter Deum nobili et religiose Dorothee Zawalowska matri sue carissime sanctimoniali sorori tercie regule super gsis Michaele Muzylo et Iohanne Vitti fratribus germanis indivisis capitaneis Colomiensibus de Buczacz viginti marcas peccunie communis cum media marca pro residuitate debiti olim magnifici Michaelis Buczaczsky avum (!) dictorum fratrum donacione inter vivos facta et irrevocabili cesserunt, legaverunt, donaverunt, omni proprietati renunciantes, promittentes dicti fratres Zawalowsczy nichil ex huiusmodi debito in futurum comodi habere, sed totaliter et in effectum prefate Dorothee matri sue exigendum, extorquendum, repetendum commiserunt pro suo usufructu convertendum. Presentibus.

1691. Nobilis Iohannes Zawalowski per se aput acta personaliter comparens constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Spunnar in causa, quam movet seu movere vult et intendit providis Nicolao mercatori et Bernardino filio ipsius civibus Leopoliensibus ad agendum, defendendum et peccunias in actis consistorii Leopoliensis obligatas repetendum in forma iuris meliori.

1692. Venerabilis dnus Iacobus prepositus et canonicus eclesie Premisliensis aput acta personaliter comparens, sanus mente et intellectu existens, pure et simpliciter, nulla cautela doli interposita, sed pure propter Deum honorabili dno Casparo eclesie Leopoliensis viccario marcam cum media peccunie communis certi et veri debiti super honesta Katherina consorte Iohannis lictoris mutuali donacione inter vivos facta et irrevocabili cessit, legavit, donavit, omni proprietati renunciando, promittens dictus dnus Iacobus nichil ex huiusmodi debito in futurum comodi et utilitatis habere, sed totaliter et cum effectu per dictum dnum Casparum exigendum et extorquendum commisit et pro suo usu beneplacito donavit. |

DXLVII. Veneris XXIII mensis Iunii, in vigilia sancti [526]
Iohannis Baptiste (23 czerwca 1497).

1693. Ad proposicionem sororum de observancia respondendo procurator gsi Frederici Knyehynyczski animo litem legittime contestandi negavit narrata, prout narrantur, petens petita fieri non debere. Et dnus reverendissimus archiepiscopus negocium cause suspendit ad felicem reditum de bello Frederici prefati. Honorabilibus dnis Iohanne Parznyowsky canonico, Iohanne decretorum doctore, Simone viccario, Stanislao sacristiano Leopoliensibus.

DXLVIII. Lune XXVI mensis Iunii (26 czerwca 1497).

1694. In causa appellacionis Premisliensis providi Martini textoris appellantis ex una et honorabilis Mathie plebani de Myezynyecz parcium ab altera, prout terminus requirit, instante dicto Mathia plebano per se, iurisdicionem domini approbante et accusante contumaciam dicti appellantis Martini, nichil facientis in termino nec per se nec per suum procuratorem atque diucius expectati et ultra horam solitam, petente dicta parte appellata propterea ab instancia termini absolvi et se ad iudicem a quo remitti, cum condempnacione in expensarum. Et dominus ad primam diem iuris suam deliberacionem distulit faciendam in contumaciam partis appellantis. Presentibus honorabilibus dnis Gregorio canonico, Stanislao et Nicolao viccariis.

1695. Honorabilis Mathias[1] plebanus in Myezynyecz per se aput acta comparens constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch in causa appellacionis, quam sibi movet seu movere vult et intendit providus Martinus textor de Premislia, dans *etc.*

1696. Providus Iohannes gladiator de Crosna aput acta personaliter constitutus occasione rerum per puerum Petrum privignum olim Puska post mortem derelictarum famosum dnum Mathiam consulem et tutorem eclesie Leopoliensis ab omni persona sexus utriusque et indempnitate et quovis impedimento evincere sub excomunicacionis pena ac intercedere obligatur. Et iam res, que fuerant per executores detente, argentum et

[1] W rkp. Marthias.

peccunie, libere prefato Iohanni sunt emisse, ex quibus pro eclesia beate Marie Virginis duodecim lothos argenti fracti prefatus Iohannes tanquam successor et duas marcas de censu domus eiusdem pueri derelicte ad perficiendum laborem argenti dat et donat. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Iacobo mansionario, Mathia Bar, magistro Nicolao Harsch procuratore.

1697. Reverendissimus dnus archiepiscopus totum negocium cause inter dnum Arnastum actorem ex una et nobilem Fredericum de Knyehynycze parte ab altera ad dnum officialem remisit cognoscendum, tractandum et debito fine terminandum. |

[526v] *DXLIX. Mercurii antepenultima mensis Iunii, in vigilia sanctorum Petri et Pauli apostolorum* (28 czerwca 1497).

1698. Mathias plebanus de Myezynyecz pars appellata aprobando iurisdicionem domini per suum procuratorem protestatus est de secunda diligencia contra Martinum textorem linificem appellantem de Premislia, nichil facientem. Presentibus honorabilibus dnis Iacobo mansionario, Nicolao Baro, Simone et Iacobo viccariis, testibus.

DL. Veneris ultima mensis Iunii, in crastino sanctorum Petri et Pauli apostolorum (30 czerwca 1497).

1699. Mathie plebani de Myzynyecz appellate partis Premisliensis procurator protestatus est de tercia diligencia contra Martinum linificem appellantem nichil facientem in terminis, petendo propterea absolvi ab instancia et causam a quo remitti. Presentibus honorabilibus dnis Iacobo, Stanislao et Nicolao viccariis, testibus circa premissa.

1700. Honestus Georgius Gebel de Leopoli per se aput acta comparens constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Spunnar in omnibus suis causis, quas habet vel habiturus est cum quibuscumque personis, et signanter contra dnum Iohannem Petherwyaczek plebanum in Czesky, dans *etc.*

1701. Testamentum olim nobilis Stanislai Ozzygalka testatoris defuncti. Ego Stanislaus Ozzygalka heres in Przemyvolky recognosco me fecisse testamentum sive ultimam voluntatem, licet infirmus corpore, sanus tamen mente et compos racionis existens. Cuius testamenti executorem constituo gsum dnum Petrum Zybolczski, eius ad hoc consensu

habito, ita firmum, quod sit potens post mortem meam dispensare et distribuere legata, prout sibi melius et utilius pro salute anime sue videbitur expedire, ubi aliquid legavero, et in debitis extorquere iure, quo sibi competencius videbitur. In quo testamento primo recognosco coram testibus ad hoc vocatis infrascriptis me legare ad calicem quinque marcas pro eclesia Corporis Christi Leopoli, item equum pro eclesia in Cosczeyow et unam marcam peccunie. Item ex sex florenis, quos tenetur michi dnus Andreas Opporowski, lego tres florenos pro eclesia Culykowiensi et tres pro eclesia in Cosczeyow. Item unum florenum ad tricesimam. Item ad psalterium quindecim grossos. Item de peccuniis viginti marcarum, quas michi tenetur dnus Odnowski, lego filiabus meis, videlicet Heduigi et Agneti, per decem marcas et per duos equos. Item filiis meis lego, videlicet Iohanni de peccuniis meis paratis, quas habeo ut puto ad ducentas marcas, istas do ad emendum alicubi hereditatem per eundem Iohannem possidendam, et si non essent ducente marce, tunc frater suus germanus debet sibi facere pro suo, quia pater suus dicebat, quod ibi essent ducente marce, actamen non sunt invente tam multe peccunie, ut pater dicebat, actamen filius dicit, quod sub consciencia mea non inveni magis. Item Nicolao lego | hereditatem in Przemywolky possiden- [527]
dam. Et ista predicta legata volo tenere firme et inviolabiliter, ad quod obligo predictum dnum Petrum Zybolczsky executorem huius testamenti sub eius consciencia atque filios meos sub obediencia filiali. Acta sunt hec in domo prefati nobilis dni Stanislai Ozzygalka, videlicet in nigra stuba, feria tercia magna proxima ante festum Pasce anno Domini 1497 *(21 marca 1497)*. Presentibus ibidem gso dno Zybolczsky et discretis dnis Stephano plebano de Cosczeyow et Martino comendario de Culykow et nobili Iohanne Schelyga molendinatore de Culykow et ceteris fidedignis circa premissa testibus.

DLI. Lune tercia mensis Iulii (3 lipca 1497).

1702. Honorabilis Mathie in Myezynyecz plebani in causa appellacionis Premisliensis partis appellate procurator Nicolaus Harsch protestatus est finaliter contra Martinum textorem de Premislia partem appellantem nichil facientem in terminis suis pro omnibus diligenciis, petens propterea ab instancia absolvi dicti appellantis et in expensis condemnari et causam ad iudi-

cem a quo remitti, aut alias per dominum cognosci et suam voluntatem pronunciari et interloqui. Presentibus discretis viris dnis Stanislao, Iacobo et Nicolao viccariis.

DLII. Veneris septima mensis Iulii ante festum sancte Margarethe (7 lipca 1497).

1703. Albertus minister eclesie in Wassiczyn tanquam nuncius honorabilis Mathie plebani de ibidem, cavendo de ratihabicione dicti dni plebani, constituit procuratorem magistrum Nicolaum Harsch contra honorabilem Iohannem de Choczymyrz Chlebowycz presbiterum ad agendum, defendendum, ut in forma meliori consueta. Presentibus honorabilibus dnis Stephano in Cosczeyow, Iohanne in Czesky plebanis, Stanislao, Iacobo et Simone viccariis.

1704. Nobilis Petrus Wyssoczsky frater germanus nobilis Iohannis, ponendo se principalem debitorem pro eodem fratre, florenos quatuor famosis dnis Mathie et Woynar Georgio tutoribus hospitalis sancti Spiritus pro festo sancti Michaelis proxime venturo in una septimana solvere sub excomunicacionum penis obligatur. Presentibus dno Stanislao canonico et officiali, baccalario scole et Mebroth baccalario.

1705. Discretus Nicolaus piscatoris presbiter gracialis de mandato domini retulit se citasse magistrum Nicolaum Harsch procuratorem dni Zamosczsky ad videndum et audiendum sentencias diffinitivas pridem latas debite execucioni demandari et processus opportunos decerni ad instanciam magistri Iacobi Spunnar procuratoris dni Andree viccarii perpetui in Crasnystaw ad horam presentis diei. Et dominus debite execucioni demandavit et processus opportunos decrevit. In presencia magistri Nicolai Harsch procuratoris dni Zamosczsky appellacionem interponentis. Presentibus.

1706. Allexius de Zolthancze constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Spunnar in causa, quam movere intendit honorabili Stanislao in Zolthancze plebano, dans *etc.*

[527v] **1707.** Allexius de Zolthancze per suum procuratorem proposuit contra dnum Stanislaum in Zolthancze plebanum, quod licet de anno preterito convenerat aput eum tabernam in Zolthancze ad unum annum de media sexagena et duobus grossis et ipse dnus plebanus promittebat eum tueri et defendere ab

omnibus iniuriis tanquam dominus et locator, et dum idem Alexius residisset in convencione taberne et questus fuisset sepius dno plebano, quatenus eum tuitus fuisset pro certis iniuriis sibi illatis, quia sibi rustici ville achtuale cervisie ebiberunt sine peccunia, quia eum *woyewodka* dni heredis verberavit et quia iuvenca subtracta, pro quo loqui noluit, eciam dum sibi seracula repercuterentur violenter et alie iniurie infererentur, unde dum ipse dnus plebanus fuisset ad tuendum et defendendum eum incurabilis, ipse Allexius non valens ultra tantas sustinere violencias, iniurias et insolencias et volens se alibi transferre mansione, detinuit eum et captum tenuit per quatuor dies sine expensis. Item recepit sibi thaurum valoris unius marce, item equam eciam valoris unius marce, item lecticam sedecim ulnarum sicut sedecim grossi, item sellam ita bonam sicut quindecim grossi, et lanceam bonam valoris sex grossorum, preter aliam suppellectilem domus in valore unius fertonis. Item aduc his malis non contentus, sed in maius preiudicium, dnus plebanus ipsum Alexium et eius uxorem ad festum Pasce procurare recusavit eclesiasticis sacramentis et hucusque remanet non communicatus. Quam infamiam, iniuriam et recepcionem rerum extimat ad decem marcas, petens ipsum ad solucionem compelli, et recusacionem sacramenti eclesiastico iudicio corrigi et cognosci. In presencia dicti dni Stanislai plebani cittati, qui deliberatus respondebit prima die iuris post festum sancti Bartholomei.

DLIII. Lune X mensis Iulii[1] *ante festum sancte Margarethe* (10 lipca 1497).

1708. Anna mulier de Culykow constituit in suum procuratorem Nicolaum Harsch in causa, quam movere intendit Mathie opidano de ibidem, dans *etc.* Ex adverso dictus Mathias constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Spunnar contra prefatam Annam, prout merita causarum exigunt. Et ibidem dicta Anna proponit contra ipsum Mathiam, quomodo ita annus pro tempore Carnisprivii terminatus est, quod ipsa Anna servivit aput ipsum Mathiam, extunc ipse Mathias eam invasit et apprehendit sibi servientem tempore noctis et eam seduxit

[1] W rkp. mylnie: Ianuarii.

de sua honestate et defloravit et vim sibi intulit, post quam defloracionem lamentabiliter discessit. Et ille his malis non contentus, insecutus est eam ad aliud hospicium, comminando in corporis cruciatum et in machinacionem mortis, ut super huiusmodi defloracione supersederet sibi illata mulieri, que tanquam simplex recessit a pena legali contra tales edita in spem contractus matrimonialis, et cui dedit anulum, quam defloracionem et machinacionem in mortem extimat cum ceteris iniuriis dehonestacionis et infamie ad viginti marcas, petens ad solvendum compelli, et casu quo negatum fuerit, probare intendit. In pre-
[528] sencia magistri Iacobi Spunnar procuratoris dicti Mathie | protestantis de reconveniendo et deliberantis ad primam diem iuris post festum sancti Bartholomei, et obtinuit. Et dominus de securitate vite inter partes viginti sexagenas penam interposuit et vallavit per partem contravenientem irremissibiliter solvendam. Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Iohanne Crowyczski decano, Iohanne Myskowski preposito, Nicolao, Iacobo et Simone viccariis Leopoliensibus.

1709. Ad Staresiolo decima de Wodniki[1]. Andreas actu presbiter quondam viccarius in Staresyolo constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Spunnar in causa, quam movere intendit honorabili Stanislao in Staresyolo plebano, dans *etc.* Et a simili dictus dnus Stanislaus plebanus in Staresyolo magistrum Nicolaum Harsch constituit in suum procuratorem agendi, defendendi, ut in forma meliori. Et ibidem procurator dicti Andree proposuit contra prefatum dnum Stanislaum plebanum, quod anno preterito condictans eundem Andream in servicium comendariatus capelle ipsius in Staresyolo, promisit sibi racione servicii eum conveniendo dare medietatem decime manipularis cuiuslibet grani in Wothdnyky post araturas curie in valore duarum sexagenarum sue partis, qui per integrum annum et sex septimanas in dicto servicio continuavit et dictam medietatem decime solvere non vult. Item proponit, quia dicto plebano propriis impensis duxit ad forum Leopoliense triticum et avenam quatuor vicibus cum propriis equis, quamlibet viam ad quatuor grossos extimando. Item proponit, quod ipse dnus plebanus sibi Andree cistulam, quam habuit in reposito aput

[1] Nagłówek ten dodano później innem pismem.

dnum Iohannem in Sczebrzesyn, repercussit et fregit, de qua sibi recepit legibula corelina (!) valoris quindecim grossorum, mirram pro sex cruciferis, cingulum sancte Rose et libellum indulgencias Romanas in se continentem in valore IIII *crayczar,* petens ipsum ad solucionem cogi et compelli. In presencia magistri Nicolai Harsch procuratoris dicti dni plebani protestantis de reconveniendo, qui prima die iuris post vaccancias respondebit. Presentibus.

1710. Anna Czudnahanuchna de Leopoli constituit in suum procuratorem Nicolaum Harsch in causa, quam movet sibi dna Dorothea Szwynczyna impediendo robur executorialium, dans *etc.* Presentibus.

1711. Honesta Barbara Augustinowa relicta de Leopoli constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Spunnar in causa, quam sibi movet seu movere vult et intendit venerabilis dnus Iohannes Crowyczski decanus et canonicus Leopoliensis vigore cuiusdam monitorii contra ipsam de consistorio Leopoliensi racione viginti quinque marcarum emanati, dans *etc.*

1712. Thome plebani de Pnykolth partis appellate procurator causam ad iudicem a quo remitti petente, procuratore ex adverso nobilis Iohannis Buchowsky allegante testes reprobatorios | non esse examinatos iuxta excepciones et interlocutoriam [528v] domini, petens effectum cause ad resolucionem bellicam suspendi. Et dominus cause negocium per totum ad felicem de bello regressum suspendit. Presentibus.

DLIV. Veneris XXV mensis Augusti, prima die iuridica in crastino sancti Bartholomei (25 sierpnia 1497).

1713. Discretus Iohannes in Zubrza retulit se citasse de mandato domini honorabilem Stanislaum plebanum in Staresyolo ad instanciam Zophie mulieris ad horam presentis diei. Qui ibidem executor dicti rei ad instanciam cittavit dictam mulierem et discretum Andream presbiterum ad eandem horam diei presentis ad videndum reconveniri. Et mulier Zophia mulier petit ab honorabili Stanislao in Staresyolo plebano octo grossos *[pro servicio]* octo septimanarum sibi exhibito, petens ad solvendum compelli. In presencia eiusdem Stanislai plebani, qui deliberatus in quindena respondebit. Et ibidem dnus Stanislaus plebanus de Staresyolo reconveniendo petit a Zophia duas vaccas, quas sibi anichilavit

morando in eius dote nec habendo quo diverti, in valore duarum marcarum, quas vaccas ipsius mulieris incuria canes comederunt, petens ad solvendum compelli. In presencia mulieris negantis narrata, prout narrantur, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Mathia in Wassiczyn, Iacobo in Bobrka, Iohanne in Zubrza plebanis. Stanislaus de Staresyolo plebanus reconveniendo proponit, petens ab eo [1] capucium receptum in valore sedecim grossorum proprium. Item petit ab eo calceos et sotularia valoris octo grossorum discreto Andree datos in vim solucionis. Item securcellum et terebellam in valore octo grossorum. Item mediam porcionem vilialium, fertonis, petens ad solvendum compelli cum graduali per eum de eclesia receptum valoris unius marce. In presencia eiusdem dni Andree presbiteri citra revocacionem sui procuratoris deliberantis ad quindenam.

1714. Honorabilis Mathias in Wassiczyn plebanus per se aput acta comparens constituit in suum procuratorem cum potestate substituendi magistrum Nicolaum Harsch una cum Alberto ministro suo in causa, quam movere intendunt honorabili Iohanni de Choczymyrz actu presbitero, dantes *etc.*

1715. Anna Nowosyelska Iurschyna constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harz in causa, quam sibi movere intendit nobilis Nicolaus Narayowski, dans *etc.* |

[529] **1716.** Iohannes Baythko de Choczymyrz per se constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Sponnar in causa contra dnum Mathiam plebanum et Albertum eius ministrum de Wassiczyn, dans *etc.* Presentibus.

1717. Honorabilis Iacobus in Bobrka plebanus constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch in causa, quam movere intendit Mathis mensatori opidano de ibidem, dans *etc.*

1718. Honorabilis Stanislaus in Zolthancze plebanus constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch contra Alexium tabernatorem, ut in forma meliori, agendi, defendendi, alias prout merita causarum exigunt.

1719. Honorabilis Iacobus plebanus in Bobrka proponit per suum procuratorem contra Mathiam Thessar mensatorem

[1] Scil. Andrea.

de ibidem, quod ipse compellendo sibi duos equos de avena in campo seminata in suam repagulacionem alias ferestam, quos ibidem servavit tribus diebus sine pabulis cruciando eosdem fame, et requisitus per subordinatas personas super suo dampno, ut dimitteret, quos emittere recusavit, plebanum inducendo in dampnum dictorum equorum, qui valebant viginti florenos, et dampnum racione neglectionis nundinarum in Stry sicut viginti marce. Et iniuriam extimat ad quadraginta florenos, petens ad solvendum compelli dampnum et neglectionem una cum pena extimata. In presencia eiusdem deliberantis ad quindenam. Presentibus.

1720. Mathias de Culykow ad proposicionem Anne mulieris de ibidem respondendo negavit eam violenter deflorasse neque anulum sibi in vim contractus et compactacionis dedisse, sed quod eundem anulum recepit mulier eidem Mathie, quem sibi iam de facto restituit per strepitum et decisionem iuris civilis in Culykow. Et ibidem dicti procuratores iuraverunt de calumpnia vitanda in animam constituencium. Et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus. Presentibus.

1721. Stanislaus plebanus in Staresyolo et Andreas presbiter eius servus partes hincinde ad eorum mutuatas peticiones respondentes, animo litem legittime contestantes, negaverunt narrata, prout narrantur, cum protestacione contra dnum Andream, quia plus petit re pro decima, petens propterea eum puniri in expensis. Et datur partibus hincinde ad probandum pro omnibus dilacionibus. Presentibus.

1722. Iohannis plebani in Zubrza testes contra Margaretham quondam servam ipsius inducti, dominus dicta testium publicavit et partibus habere volentibus dandum decrevit. In presencia magistri Iacobi Sponnar ad hoc citati per dnum Andream relacione facta, protestantis de excipiendo. | Et datur ter- [529v]
minus ad octavam excipiendi. Presentibus.

1723. Iacobus piscator viduus de Leopoli per suum procuratorem magistrum Iacobum Sponnar proponendo petivit a Heduigi Bydlanka relicta de Rohatyn duas sexagenas peccunie minus medio altero grosso, quas sibi dudum ad servandum tradidit. Item petivit ab ea tanquam successore in bona mariti sui marcam cum media peccunie pro decimocto ebdomadis servicii per eum in piscatura piscium continuatis, puta pro qua-

libet ebdomada quatuor grossos, petens ad restituendum et solvendum cogi et compelli, et si negatum fuerit, probare intendit. Et dominus instante nuncio dne olim pallatine Russie prefixit parti ree terminum ad respondendum prima iuris post festum Nativitatis gloriosissime Virginis Marie. Presentibus.

DLV. Lune XXVIII mensis Augusti (28 sierpnia 1497).

1724. Honorabilis dnus Simon in Lopaczyn plebanus per se comparens aput acta in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch constituit in causa, quam movere intendit discreto Petro notario opidi Busko, dans *etc.* Presentibus honorabilibus et discretis dnis Iacobo et Iohanne preposito mansionariis, Nicolao et Stanislao viccariis, testibus circa premissa.

1725. Iacobus clericus de Zudaczow constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Sponnar contra providum Stanislaum opidanum de ibidem, dans *etc.* Et ibidem dictus procurator proposuit, quod dictus dnus Stanislaus Iacobum actorem temporibus superioribus misit duplici vice in Rohatyn de Zudaczow, et tercio dum recusaret ire de eadem Zudaczow in Iaroslaw, ipse Stanislaus promisit sibi actori pro ipsius fatigis, ut premissum est, in Rohatyn et in Iaroslaw, propriis expensis factis, dare tunicam de panno *axkye*, et dicto actore expeditis dictis itineribus propriis impensis dictam tunicam ita bonam sicut duos fllorenos ipse Stanislaus dare non vult nec ipsum pro suo labore reddere vult consolatum, et si negatum fuerit, probare intendit, petens ipsum ad solvendum mercedem deservitam et ad dandum tunicam prefatam cogi et compelli iusticia mediante. In presencia ex adverso rei ad hoc cittati deliberantis ad quindenam, et obtinuit. Presentibus.

1726. Discretus Mathias mansionarius de mandato domini retulit se citasse magistrum Iacobum Sponnar tanquam procuratorem Heduigis Skorkowa appellantis ad instanciam nobilis
[530] Mathie Zamosczky et universitatis consulum | de Woyslawycze ad horam presentis diei. In cuius presencia cittati magister Nicolaus Harsch petivit nomine dicti Mathie Zamosczky et nomine dicte universitatis consulum de Woyslawycze absolvi ab instancia propter defectum probacionis dicte mulieris appellantis. Et ibidem dictus procurator Harsch produxit certas apodixas sigillatas certis sigillis autenticis, probando suam responsionem factam

nomine Mathie Zamosczky, petens easdem admitti et sibi iusticiam fieri. Ex adverso dicto Iacobo Sponnar procuratore dicte Heduigis Skorkowa petente copias et terminum dicendi contra, et obtinuit ad quindenam, super absolucione ab instancia allegando, quod testes non potuit inducere propter expedicionem armigerorum transeuncium continue usque in presens tempus, que est notissima probacio. Eciam propter pestem partes circumquaque invalescentes.

DLVI. Lune XI mensis Septembris post festum Nativitatis gloriosissime Virginis Marie (11 września 1497).

1727. Mathias mensator opidanus de Bobrka constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Sponnar in causa, quam sibi movet honorabilis Iacobus plebanus de ibidem, dans *etc.* Presentibus honorabilibus dnis Stanislao, Iacobo, Nicolao et Casparo eclesie Leopoliensis viccariis. Et ibidem dictus procurator ad proposicionem dni Iacobi plebani in Bobrka respondendo dixit, quod licet multis vicibus de campis suis et segetibus perprius abiebat peccora vaccas dicti dni plebani dampna frumentis inferentes, actamen sibi viceversa liberas dimittebat sine solucione dampni propter bonum pacis. Sed quia retroactis diebus Mathias prefatus reperit duos equos compeditatos in avena et tritico, qui comederunt et conculcaverunt ad unam cassulam tritici et avene, et hoc hominibus bonis obduxit, ut est moris et consuetudinis, propter quod damnum dictos equos inferestavit, avisando dnum plebanum, ut redimeret equos suos, ipso vero recusante, volebat eos sibi dimittere absque solucione dampni, ut tantum de cetero non permiteret sibi damna inferrre. Et dum ita eos servasset inferestatos per duos dies fenum et pabula ipsis ministrando, tercia die ipsos equos liberos de feresta emisit. Et nullam destructionem vel demaceracionem equorum fecisse protestatus est hominibus fidedignis, petens se ab instancia absolvi et dictum dnum plebanum ob indebitum tractum in fatigis et expensis condempnari. In presencia Nicolai Harsch procuratoris dni Iacobi plebani, verbo et generaliter replicantis. Et sicut ipse reus petit suas responsiones ad probandum admitti, ita et ipse Nicolaus Harsch suam intencionem probare intendit cum protestacione super confessatis, et petendo hinc-inde per dominum interloqui. |

[530v] **1728.** Discretus Thomas presbiter retulit se citasse magistrum Nicolaum Harsch tanquam procuratorem dni Iacobi plebani in Bobrka ad instanciam Mathis opidani de ibidem ad horam presentis diei ad videndum reconveniri, quem ibidem reconveniendo et proposuit contra eum, quod retroactis temporibus dictus plebanus iam quasi ex consuetudine sepius mittebat sibi Mathie vaccas et equos in ipsius frumenta, dampnificando eum in uno fertone, qui dnus plebanus, licet promittebat eum indempnem reddere propter pascua, et nunquam faciebat, aduc his malis non contentus ipse dictus dnus plebanus animo et intencione infamandi appellavit dictum Mathiam canem theutunicum, dicens: unus canis theutunicus iuvit alium canem theutunicum, quam infamiam extimat ad viginti florenos, petens ipsum puniri in eisdem et ad satisfactionem dampni cogi et compelli, offerens se probaturum, casu quo negatum fuerit. In presencia ex adverso procuratoris magistri Nicolai Harsch procuratoris dni plebani de Bobrka, qui in quindena deliberatus respondebit vel contradicet. Presentibus.

1729. Iohannis presbiteri fraternitatis in Comarno procurator ad proposicionem Alberti ministri in Wassiczyn respondendo animo litem legittime contestandi dixit, quod volebat dicto ministro dare peccuniam et solucionem facere pro pellicea regulina, sed ipse minister nolebat tunc peccuniam recipere, modo carens serviciis peccuniam consumsit et ita inopia maxima ad presens premitur, petens solucionem sibi differri ad pinguiorem fortunam. In presencia Nicolai Harsch procuratoris ex adverso protestantis super confessatis et petentis ad solvendum compelli iuxta canonica instituta et super premissis interloqui. Ex adverso dicto Iohanne allegante inopiam et defectum, petens se penes capitulum Odoardum [1] conservari et dari ad pinguiorem fortunam.

1730. Procuratore dni Iohannis Myskowski prepositi instante et monicionem contra dnum Paulum presbiterum pro quindecim grossis racione sepulture per eum perceptis roborari petente, dnus Paulus confessus est recepisse dictos quindecim grossos racione servicii et mercedis deservite, prout ab antecessoribus similibus vicariis recipiebatur. Ex adverso procuratore

[1] Dekr. Grzegorza, t. j. c. 3. X. de solutionibus III. 23.

dicti dni prepositi allegante sepulturam minime pertinere nec pertinuisse suis viccariis, petens ex confessatis dictum Paulum ad restitucionem quindecim grossorum cogi et compelli vel alias monicionem in eum emissam roborari, petens per dominum cognosci et interloqui. Et dominus deliberatus interloquetur.

1731. Iacobi piscatoris procuratore instante et contumaciam Heduigis Bydlanka mulieris relicte de Rohatyn ob non responsionem libelli alias proposicionis verbalis accusante, dominus pronunciavit eam contumacem processuum opportunorum cum decreto. |

1732. Nobilis Fredericus de Knyehynycze in vim extinctionis litium circa acta personaliter comparens ob spem concordie fiende cum magistro Arnasto et fratre Nicolao tanquam procuratore, terminum prorogavit et suspendit ad festum sanctorum Simonis et Iude apostolorum, alias ob defectum concordie partes idem faciendi prima die iuris post festum sancti Simonis comparebunt. Presentibus honorabilibus Stanislao, Casparo viccariis et Thoma Lyssek presbitero graciali. [531]

DLVII. Saturni XVII[1] *Septembris* (16 września 1497).

1733. Famosus dnus Martinus Wosserbroth consul Leopoliensis aput acta personaliter constitutus, recedendo a priori foro sue obligacionis super piscinam in Hvrmayn emptam aput gsum dnum Iohannem Hurmanski, illam cum omni plenitudine iuris piscandi provido Michaeli Polszwyath civi de Rohatyn vendidit et condescendit tali condicione, quod pro festo sancti Mathei proxime venturo centum florenos et pro festo Nativitatis Christi extunc immediate sequenti alios centum florenos sub excomunicacionum penis predicto dno Martino Wosserbroth prefatus Michael Polszwyath usque ad complecionem summe centum et sexaginta marcarum dare et solvere obligatur, residuum eiusdem summe, dum et quando dictam piscinam ipse dnus Michael episcatus fuerit, pro festo Penthecostes prefato dno Martino realiter et cum effectu exolvere obligatur. Quam quidem piscinam prefatus dnus Michael demittendo piscabitur ita longe, late et circumferencialiter, prout dicta piscina ex antiquo effudit et extenditur, more aliarum piscinarum usque ad

[1] Powinno być: XVI.

totalem episcacionem piscine. Presentibus honorabilibus dnis Nicolao, Simone, Iacobo eclesie Leopoliensis viccariis.

DLVIII. Lune XVIII mensis Septembris (18 września 1497).

1734. Discretus Iohannes Baythko presbiter fraternitatis in Comarno ex confessatis per procuratorem ipsius iudicialiter factis novem fertonibus pro pellicea regulina ex decisione domini et decreto solvet novem fertones peccunie receptibilis iuxta canonica instituta infra quatuor menses eclesiasticis sub censuris solvet ingenioso Alberto ministro eclesie in Wassyczyn aut suo procuratori. Presentibus honorabilibus dnis Iohanne in Czesky, Simone in Lopaczyn plebanis, Mathia Bar, Simone et Nicolao viccariis.

1735. Discretus Stanislaus Rozek campanator in Busko constituit in suum procuratorem Nicolaum Harsch contra Gregorium sutorem de Busko ad agendum, defendendum, ut in forma meliori. Qui ibidem proposuit, idem reus, nescitur quo spiritu ductus, ut tamen presumitur animo iniuriandi, invasit ipsum in platea foris domos, appellando ipsum furem: tu es fur solus et latro, qui meum confundis filium. Et ultra manus suas in eum iniecit, modicum eum in lotum non intrudendo et sibi iniuriando, quam iniuriam extimat ad viginti florenos petens ipsum ad solvendum cogi et compelli, offerens se probaturum, casu quo ne-
[531v] gatum | fuerit. In presencia ex adverso principalis et sui procuratoris magistri Iacobi Sponnar ad hoc constituti, petens se ad forum secularem remitti, ex eo, quia partes hincinde sunt mere persone seculares, et dictus Stanislaus est coniugata persona et habet ius civile ibidem in Busko et cervisiam propinando velut alter laicus, petens se ad probandum admitti. Presente dicto Nicolao procuratore et replicante, quod ex quo est campanator eclesie, gaudet defensione eclesiastica, non obstantibus in contrarium obiectis, petens per dominum cognosci et interloqui. Et dominus remisit partes ad forum secularem in Busko pro iusticia consequenda, prout ipsi cives spondent et promittunt itidem facturos literis suis. Presentibus.

1736. Terminus inter dnum Mathiam Bar presbiterum actorem et Dorotheam ex officio domini prorogatur terminus ob spem concordie ad quindenam occasione mitre cisinee, alias

ob defectum concordie partes idem faciendi coram domino post quindenam comparebunt.

DLIX. Lune XXV mensis Septembris (25 września 1497).

1737. Honorabilis Iacobi plebani in Bobrka cum suo adversario Mathia mensatore prorogatur idem faciendi terminus ad quindenam ob spem concordie, alias ob defectum concordie partes idem faciendi coram domino comparebunt. Presentibus honorabilibus dnis Nicolao, Iacobo et Casparo eclesie Leopoliensis viccariis.

1738. Ingeniosus Mathias de Brzozow organista per se constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Sponnar contra dnum Stanislaum Czaldyk eclesie Leopoliensis sacristianum, dans *etc.* Presentibus.

DLX. Lune tercia[1] *mensis Octobris* (2 października 1497).

1739. Nicolaus de Leopoli constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Sponnar in causa contra Mathiam muratoris de Leopoli, dans *etc.* Presentibus honorabilibus et discretis dnis canonico Mathia in Comarno plebano, Mathia mansionario, Stanislao viccario.

1740. Honorabiles Mathias plebanus et Martinus viccarius de Comarno constituerunt in suum procuratorem magistrum Iacobum Sponnar contra discretum Iohannem presbiterum fraternitatis de Comarno, dantes *etc.* Presentibus.

1741. Nicolaus murator de Leopoli per procuratorem suum Iacobum Sponnar legittime constitutum proponendo petivit a Mathia muratoris de Leopoli tanquam successore in omnia bona sua paterna et materna in primis duos equos valoris novem fertonum, quos dictus Nicolaus ex proprio | labore comparavit [532] in Nova Civitate Byblo et illos ipse Mathias post obitum sue matris pro se usurpavit, item palium flaveum panni Wratislauiensis, quem idem Nicolaus emit et de suo labore comparavit in valore trium fertonum, similiter usurpavit nullo iure sibi competente, item petivit ab eo unum florenum, quem sibi in mutuum dedit, item petivit tres fertones, quos sibi Kynost tenetur pro municione instite et hos sibi Nicolao idem Kynost

[1] Powinno być: secunda.

solvere recusat propter debitum, quod ei tenetur pater et mater Mathie prefati. Que si negata fuerint, probare intendit, petens ipsum Mathiam ad solucionem et restitucionem cogi et compelli. In presencia dicti cittati animo et intencione litem contestandi allegantis evasionem per modum concordie, quam obtulit pro omnibus se probaturum dilacionibus. Presentibus.

1742. Margarethe Kreglarowa vidue de Leopoli procurator petivit, prout terminus requirit, concludi in causa. In presencia dni Pauli presbiteri gracialis petentis causam remitti ad reverendissimum dnum archiepiscopum Leopoliensem. Et dominus refutata ipsius peticione ad idem faciendum prefixit partibus terminum ad primam iuris ob spem concordie tentande. Presentibus.

1743. Agnes clauda mulier de Leopoli palam confessa est levasse effectualiter a Nicolao quondam eclesie Leopoliensis cantore unam marcam peccunie iuxta arbitralem composicionem iam dudum inter eos factam et ordinatam, sub trium florenorum vadio pene vallate interposito, occasione procreacionis pueri, quem post huiusmodi satisfactionem ipsa Agnes servare et alere debet usque ad annos discrecionis sine ulteriori impeticione sub vadio prefato, de qua quidem satisfactione dicte marce prefatus Nicolaus cantor per dictam Agnetem presentibus quietatur. Presentibus honorabilibus dnis Gregorio canonico, Iohanne Petherwyaczek plebano in Czesky, magistro Iacobo Sponnar procuratore, Iohanne de Ossyek ministro eclesie in Sambor et Casparo campanatore, testibus circa premissa.

DLXI. Veneris sexta mensis Octobris post festum et diem sancti Francisci proxima (6 października 1497).

1744. Honorabilis Stephanus in Cosczeyow plebanus constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Sponnar contra providum Iohannem molendinatorem de Culykow, dans *etc.* Et a simili dictus Iohannes ex adverso principalis constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch contra prefatum dnum Stephanum plebanum in Cosczeyow etc., ut in forma meliori. Presentibus honorabilibus dnis Petro in Prorchnyk (!) plebano, Stanislao, Iacobo et Michaele viccariis Leopoliensibus, Ioanne in Bobrka viccario, Iohanne Burza. |

1745. Stephanus plebanus in Cosczeyow per suum pro- [532v]
curatorem ad hoc constitutum proposuit contra Iohannem molendinatorem de Cosczeyow, quomodo retroactis diebus ipse Iohannes animo et intencione infamandi in presencia proborum hominum in villa Cosczeyow obiurgavit et dehonestavit verbis turpibus et inhonestis pastorem suum et plebanum, appellando ipsum deceptorem et maleficum hominem, nec aduc his malis contentus, eodem die dum dictus dnus plebanus transiret de villa Zarudcze, dictus Iohannes molendinator obsedit sibi in rubo et prosiliens vibravit contra eum securellum suum, dyabolo sibi persuadente, iterum turpibus verbis eum obiurgando, et nisi se defendisset, graviter ipsum vulnerasset. Quam quidem iniuriam extimat dictus plebanus ad centum florenos. Item dictus procurator proponendo petit a dicto Iohanne tres fertones census retenti de taberna pro tribus quartalibus anni, item petit ab eo decim octo grossos et quatuor obolos pro tritico sibi iam dudum vendito residue solucionis, item petivit ab eo medium truncum siliginis et totidem avene pro decima missalium, quem fideiussit pro kmethone Kuthlacz ad festum sancti Martini retentum et preteritum provenientem, petens ad solvendum compelli. In presencia principalis et sui procuratoris, deliberantis ad quindenam, et obtinuit Et ibidem dictus Iohannes per procuratorem suum reconvenit dictum dnum Stephanum plebanum, quod retroactis temporibus feria secunda ante festum sancti Remii dictus Stephanus plebanus animo iniuriandi, Dei timore postposito, transeunte dicto molendinatore per viam publicam securam cum pino ipsum invasit, audita ab eo salutacione, verbis iurgiosis: tu es hic, qui super me stipendarios foves, et erecto baculo grandi, quem gerebat in manibus, ipsum percussit graviter, et nisi se dicto pino peciali defendisset, vulnerasset ad eum letaliter, iniuriam non modicam, quam extimat ad decem marcas, et si negatum fuerit, defert suo iuramento. In presencia ex adverso principalis et sui procuratoris deliberantis ad quindenam, et obtinuit. Presentibus.

1746. Andreas Bochnya quondam procurator dne Dorothee Szwynczyna et sui mariti dni capitanei Trebowliensis super falsitate sibi obiecta mandati ad hoc cittati per honorabilem Iohannem viccarium de Bobrka relacione facta. In presencia magistri

Iacobi Sponnar procuratoris dne Dorothee capitanee Trebowliensis, protestantis de excipiendo loco et tempore suis [1].

1747. Honorabilis Michael viccarius eclesie Leopoliensis de mandato domini retulit se citasse dnum Iohannem presbiterum de Choczymyrz ad instanciam honorabilium Mathie plebani et Martini viccarii de Comarno ad horam presentis diei ad videndum reconveniri. Et ibidem procurator dni Mathie in Comarno
[533] plebani reconveniendo dnum Iohannem viccarium | eclesie Leopoliensis, quod ipse dnus Ioannes existens presbiter fraternitatis pauperum in Comarno in preiudicium sue eclesie legit clandestine vigilias cuidam mulieri Troyanowa, a qua recepit et tulit racione lectionis viginti grossos. Item ipse dnus Iohannes sabbato post festum sancte Crucis tulit et recepit oblacionem de altari infra obsequias fraternitatis sutorum oblatam. Item tulit pro vigiliis a fraternitate pauperum in eadem Comarno grossos decem nullo iure sibi ad premissa competente. Et si negata fuerint, probare intendit aut deferret, petens ipsum ad restitucionem cogi et compelli. In presencia ex adverso dicti dni Iohannis deliberantis, qui respondebit in quindena. Presentibus dnis Stanislao, Iacobo et Nicolao viccariis Leopoliensibus.

1748. Martini viccarii in Comarno procurator reconveniendo dnum Iohannem eclesie Leopoliensis viccarium proposuit, quod dum retroactis diebus venisset ad dictum dnum Ioannem in domiculam ibidem in Comarno propter viaticum, ipse dnus Iohannes invasit eum verbis turpibus et inhonestis dicens: tu loqueris de me tanquam canis, nec his verbis aduc contentus diffamatoriis, accipiens grandem baculum, ipsum dnum Martinum dyabolo persuadente graviter percussit et verberavit sic, quod de domicula vix egredi potuit. Quam iniuriam et infamiam ad animum bona revocando extimat ad centum florenos, petens ipsum in eisdem condemnari. In presencia ex adverso dni Iohannis deliberantis ad quindenam.

1749. Ingeniosus Mathias rector scole in Comarno constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Sponnar in causa contra dnum Iohannem viccarium Leopoliensem agendi, defendendi, prout merita causarum exigunt etc. |

[1] Zeznanie Andrzeja w tej sprawie zob. niżej zap 1750.

DLXII. Veneris sexta mensis Octobris (6 października 1497) [1]. [534]

1750. Honorabilis Andreas Bochnya procurator gse Dorothee Szwynczyna et Sigismundi capitanei Trebowliensis coniugum coniunctarum personarum citatus prestitit iuramentum de veritate dicenda super falsitate sibi obiecta procuracionis et mandati, et interrogatus deposuit hoc recordari et sibi constare, quod temporibus retroactis dictus Sigismundus capitaneus, cavendo pro rathihabicione sue consortis, misit pro me Andrea ad locum habitacionis audiencie | solite consistorialis in ipsius mansionem [534v] servum proprium, ut descenderet ad consistorium, cui antequam veniret, mediam marcam ad causam dandam ordinaverat, et eo veniente eandem mediam marcam dicto procuratori ad causam dedit contra Annam Czudna et meritum cause eidem declaravit. De constitucione autem taliter adiecit, quod nomine utrorumque coniugum mandatum fuit missum procuracionis ad causam contra Annam Czudna agendi et defendendi in publico instrumento de manu et signo Petri de Szochaczow. Et dicto procuratore Andrea infirmitate gravi oppresso, receptus est per vehiculum feria quarta expost Omnium Sanctorum in crastino et ductus in hospitale per dnum Nicolaum in Brzosdowcze plebanum nichil secum deportans, sed postmodum successu temporis attulerunt sibi res suas cum productis consistorialibus diversis. Et ita instrumentum ignoratur quo pacto deperiit a tali et tanto tempore propter ipsius infirmitatem. Et credit, quod dictum mandatum procuracionis dictorum coniugum ex adverso Nicolaus Harsch ita fuit oculatus, quod nunquam ipsum ad aliquam causam compellebat ad producendum aliqua instrumenta, nisi prius constaret de constitucione. Eciam in aliis causis, quantumcumque exilibus sive levibus aut onerosis, fidem eis servabant procuratores. Annum, diem et mensem non recordatur propter dictam infirmitatem. Et manuale dixit sibi fuisse subtractum, in quo habuit diversas causas propter talem longitudinem temporis. Et alia testis dixit se oblivisci |

[1] Ten termin wraz z następującą po nim zapiską umieszczono w rkp. dopiero na k. 534 i 534v. Dla utrzymania porządku chronologicznego podajemy go na tem miejscu.

[533] *DLXIII. Veneris XIII mensis Octobris* (13 października 1497).

1751. Lucas minister eclesie in Szokolnyky proposuit contra dnum Nicolaum in Szokolnyky plebanum, quod a festo sancti Michaelis proxime preterito, dum dictus Lucas resignato servicio in dicta Szokolnyky exportasset et deposuisset res suas ibidem in Szokolnyky aput ortulanam viduam textricem et propter servicium acquirendum in Sczyrzecz ivisset, ipse dnus plebanus animo et intencione diffamandi inter bonos homines appellavit eum furem, quomodo sibi certas res subtraxisset, et medio tempore in maiorem dehonestacionem ipse dnus plebanus recurrens ad brachium seculare, quod sibi facere minime licuit, et accipiens eiusdem ville Szokolnyky viceadvocatum et scabinos in domo dicte vidue, omnes res prefati Luce depositas vertit et pervertit, res suas querendo, de quibus nichil penitus invenit. Quamquidem infamiam extimat ad centum florenos tanquam clericus in minoribus ordinibus constitutus, et si negatum fuerit, probare intendit. Qui ibidem dictus Lucas constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Sponnar in dicta causa contra prefatum dnum Nicolaum plebanum agendi, defendendi, ut in forma meliori. In presencia dni Nicolai plebani deliberantis ad quindenam ad respondendum, et obtinuit, et protestantis de reconveniendo, qui ibidem reconveniet dictum Lucam cittatum
[533v] per dnum Iacobum mansionarium relacione facta. Presentibus honorabilibus dnis Stanislao, Iacobo et Nicolao viccariis, testibus circa premissa.

1752. Czudna Anna cum dna Szwynczyna in causa dominus publicavit dicta testis dni Andree Bochnya procuratoris et copiam deposicionis dicti testis dandum decrevit et excipiendi terminum ad octavam prefixit. Presentibus.

DLXIV. Lune XVI mensis Octobris, ipso die sancti Galli (16 października 1497).

1753. Providus Nicolaus campanator civis de Wyssnya constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Sponnar in causa, quam movere vult et intendit honorabili et religioso Bernardo quondam priori conventus de Colomya, dans *etc.* Et ibidem dictus procurator proposuit contra predictum dnum Ber-

nardum, quod licet dictus Nicolaus campanator fuit et est homo bone fame, ipse dnus Bernardus animo et intencione iniuriandi et dehonestandi citra festum Penthecostes anno presenti questus est coram consulari residencia in Colomya de dicto Nicolao, quomodo ipse clam furatus esset sibi dno Bernardo et ipsius eclesie conventuali in prefata Colomya humerale margaritheum, ad cuius questionem talem consules Colomienses scripserunt literas consulibus in Wyssnya, nec his malis aduc contentus ipse Bernardus feria quinta proxime transacta veniens personaliter in Wyssnya opidum, ibidem coram consulibus similem et eandem de dicto Nicolao campanatore fecit questionem, quomodo ipse Nicolaus subtraxisset humerale margaritheum sibi dno Bernardo et ipsius conventui. Ad cuius questionem huiusmodi consules in Wyssnya dicto Nicolao cistulam scabinalem de manibus velut homini suspecto receperunt et a sede scabinali destituerunt, cum tamen ipse Nicolaus est immunis a tanto crimine sibi maliciose obiecto sine causa et racione. Quamquidem iniuriam extimat ad mille florenos, et si negatum fuerit, probare intendit, petens ipsum puniri et ad revocacionem cogi et compelli iusticia mediante. In presencia dicti Bernardi deliberantis ad quindenam. Qui ibidem dictus dnus Bernardus prior constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch contra predictum Nicolaum opidanum de Wyssnya agendum, defendendum, eciam obligandum principalem ad penam talionis, ut in forma meliori. Qui Nicolaus est cittatus per dnum Stephanum viccarium relacione facta ad horam presentis diei ad videndum reconveniri. Quem ibidem dictus frater Bernardus in scriptis reconvenit. Qui ibidem dictus Bernardus per suum procuratorem ad proposicionem predicti Nicolai respondit, quod super obiecto crimine in Colomya et in Wyssnya occasione humeralis margarithei ab eclesia ablati tanquam sacrilege reo[1] affirmat esse verum animo litem legittime contestandi, offerens se probaturum regulariter, prout in suo reconvencionali declaravit, restrinxit et specificavit, ad quem reconvencionalem dictus adversarius prima iuris respondebit, et hincinde | partes de pa- [534]
rendo iuri et iudicio sisti obligantur. Presentibus honorabilibus

[1] W rkp.: reis.

dnis Martino Romano lectore, Simone, Stanislao et Iacobo viccariis Leopoliensibus. Et ibidem dicte partes de calumpnia vitanda iuraverunt.

1754. Providus Nicolaus Wydawsky civis Leopoliensis aput acta personaliter constitutus fecit, constituit et solenniter ordinavit suum verum et legittimum tutorem, actorem, factorem famosum dnum Iohannem Crupek civem Cracoviensem presentem et onus huiusmodi in se sponte suscipientem, dans et concedens eidem dno Iohanni Crupek plenum mandatum et omnimodam potestatem omnia et singula sua credita, que sibi obligantur in actis consistorii Leopoliensis, et presertim per magnificum dnum Michaelem de Buczacz castellanum Haliciensem, recipiendi, tollendi, emonendi, exigendi, de perceptis quittandi, et si opus fuerit, in forma iuris repetendi, alia omnia et singula faciendi et exercendi, que ipsemet constituens facere posset, si omnibus presens et personaliter interesset. Presentibus ibidem dno officiali et canonico Leopoliensi, magistro Iacobo Sponnar causarum procuratore.

1755. Honorabilis et religiosi fratris Bernardi ordinis Predicatorum prioris quondam conventus in Colomya ex una et honesti Nicolai campanatoris et opidani in Wyssnya parte ex altera in causa litium et discordiarum inter eos suscitata mitigando et extinguendo ac perpetue suffocando dictas controversias et discordias, dictus prior purgavit coram nobis iudicialiter residentibus, quod ea, que sibi Nicolao campanatori delicta fuerunt obiecta, animo et intencione inductionis minus veraciter et iniuste ac ex inductione vehementi fuerunt facta, propterea de ipso Nicolao campanatore non aliud nisi bonum et omne licitum et honestum est denunciatum, et quod ipse Nicolaus habetur, prout est, pro homine bono et honesto, ubilibet, ubi se ex iuventute gessit, laudabiliter conservavit, nec de aliquibus literis contra ipsum datis in contrarium tanquam suspectis fides aliqua per amplius debet adhiberi, cum suspicione notabantur. Et ipse partes per amplius nullam de illicitis obiectis debent facere mencionem, et hoc sub pena marcarum viginti vallata et interposita per partem contravenientem parti tenenti presentem composicionem irremissibiliter solvenda. Presentibus honorabilibus et providis Martino Romano, Iohanne ordinis Predica-

torum fratre, Valentino aurifabro, Nicolao Harsz procuratore et Stanislao Myenda civibus Leopoliensibus[1]. |

DLXV. Mercurii XVIII mensis Octobris, ipso die sancti [534v]
Luce (18 października 1497).

1756. Barbitonsor Iohannes cum Dorothea propria concubina de Cracovia partes personaliter comparentes medio iuramento citate iudicialiter deposuerunt, quod ipsa Dorothea, quia sibi adherebat in adulterii delicto, et ipse Iohannes ex adverso hoc ipsum affirmavit. Quare dominus visis et auditis ipsorum deposicionibus seperavit eos ab invicem, dando dicte Dorothee licenciam liberam ad alia vota matrimonii convolandi. Et literas significatoriales dominus eisdem dandum decrevit. Presentibus honorabilibus dnis Iohanne in Czesky plebano, Gregorio Alto canonico, Nicolao viccario, Nicolao Harsch et Iacobo Sponnar causarum procuratoribus.

DLXVI. Veneris XX Octobris, in vigilia undecim milia virginum (20 października 1497).

1757. Iohannes molendinator ad proposicionem dni Stephani plebani in Cosczeyow animo litem legittime contestando super infamia et invasione respondet per verbum non credit, negando narrata, prout narrantur. Quantum autem ad tres fertones respondit per eundem suum procuratorem, quod ad diem Circumcisionis Domini advenientem teneor sibi marcam, et postquam dies venerit et terminus, iuxta compactacionem solvet. Quantum autem ad decimocto grossos dixit se solvisse et annonas a simili allegavit se solvisse. Et ex adverso dictus plebanus ad proposicionem recon|vencionalem laici animo litem [535]
legittime contestando respondendo negavit narrata, prout narrantur, petens petita fieri non debere. Et datur utrique parti ad probandum vel deferendum pro omnibus dilacionibus. Presentibus discretis dnis Petro in Prochnyk, Iohanne in Czesky plebanis, Simone, Nicolao et Iacobo eclesie Leopoliensis viccariis.

1758. Venerabilis dnus Iohannes Gromaczsky arcium magister per se comparens personaliter constituit in suum procu-

[1] Po tej zapisce następuje w rkp. termin DLXII i zapiska 1750, które podano wyżej.

ratorem honorabilem et religiosum dnum Nicolaum priorem conventus Corporis Christi fratrum Predicatorum intra muros Leopolienses tanquam executor testamenti olim Iohannis Quartus mansionarii ad sanctam Katherinam ad defendendum testamentum olim prefati dni Iohannis Quartus et generaliter omnia et singula faciendum et gerendum, que testamentarie cause merita exigunt, ut in forma meliori, agendi et defendendi, eciam et cum potestate substituendi contra quasvis personas in iurisdicione spirituali legittime intervenientes. Presentibus.

DLXVII. Lune XXIII mensis Octobris post festum undecim milium virginum (23 października 1497).

1759. Nobili Georgio Frederici prorogatur terminus solucionis quatuor florenorum infra hinc ad festum Nativitatis Christi proxime venturum ob spem solucionis fiende de consensu honorabilis Stephani viccarii Leopoliensis sub reintrusione pristinarum sentenciarum, videlicet contra participantes. Et in hanc vim dominus absolvendum decrevit. Presentibus ibidem honorabilibus dnis Iohanne in Czesky, Iohanne in Zubrza plebanis, Simone et Nicolao viccariis et Iacobo Sponnar.

1760. Honorabili dno Iohanne de Czesky plebano principali instante et petente honorabilem et religiosum dnum Valentinum guardianum fratrum Minorum intra muros Leopolienses monicionis vigore in pristinas excomunicacionum sentencias ob non solucionem decime manipularis in eadem Czesky et sue eclesie in ibidem reinduci petente, in presencia ex adverso prefati dni Valentini bullam dni Innocencii pape super non solvendis decimis iudicialiter producentis. Et dnus Iohannes plebanus de Czeski petivit sibi copias fieri et terminum ad contradicendum, et datur ad quindenam. Presentibus.

1761. Honorabilium Mathie plebani et Martini viccarii de Comarno magister Iacobus Sponnar procurator obtulit se responsurum ad libellos dni Iohannis de Choczymyrz viccarii Leopoliensis, prout terminus requirebat, et protestatus est de diligencia. Presentibus. Idem procurator accusavit contumaciam predicti dni Iohannis non respondentis ad proposiciones verbales in actis contentis (!) prefatorum Mathie plebani et Martini viccarii, prout terminus requirebat, quem dominus contumacem pronunciavit. |

1762. Nobili dno Frederico de Knyehynycze prorogatur [535v] terminus idem faciendi cum magistro Arnasto de Leopoli infra hinc ad festum sancti Andree apostoli proxime venturum. Qui ibidem constituit in suum procuratorem Iohannem Gądek factorem bonorum suorum ad videndum iurari testes, quos ipse dnus Arnastus magister voluerit inducendos.

1763. Providus Iacobus Szyrwathka civis Leopoliensis constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Sponnar in causa, quam sibi movet seu movere vult et intendit venerabilis dnus Iohannes Crowyczsky decanus Leopoliensis, dans *etc.* A simili prelibatus venerabilis dnus Crowyczky per suas patentes literas missiles constituit in suum procuratorem dnum Casparum lectorem ad eclesiam Leopoliensem contra Barbaram Augustinowa et Iacobum Szyrwathka agendi, defendendi, prout merita causarum exigunt. Presentibus.

1764. Nobilis Fredericus de Knyehynycze constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Sponnar in causa, quam sibi movet seu movere vult et intendit venerabilis magister Arnastus de Leopoli, dans *etc.*

1765. Margarethe Greglarowa relicte de Leopoli cum dno Paulo presbitero in causa, instante procuratore mulieris, dominus in causa conclusit et pro concluso habet, offerens se partibus iusticiam ministraturum deliberatus et recollectus. Presentibus.

DLXVIII. Veneris XXVII mensis Octobris, in vigilia sanctorum Simonis et Iude apostolorum (27 października 1497).

1766. Honorabilis et religiosi Nicolai Lodza prioris et tocius conventus Corporis Christi fratrum Predicatorum procurator Nicolaus Harsz in termino comparens ex citacione contra honorabilem Stephanum quondam in Cosczeyow plebanum ipsorum iurispatronatus petivit compelli dictum rectorem Stephanum ad capellam redigi aut alias, prout eam resignavit in manibus dni ordinarii presidentis, ut dictis patronis iura, presentacionem videlicet et investituras, redderet et daret, ut ipsi de alio presentato providerent[1] infra tempus iuris semetre. In presencia Iacobi Sponnar procuratoris dicti Stephani rectoris respondentis dictam

[1] W rkp. provideret.

capellam in Cosczeyow propter certas iniurias iam de facto resignasse in manibus dni officialis presidentis loco reverendissimi dni archiepiscopi Leopoliensis, ad quem pertinet restitucio in integrum, et sue reverendissime paternitati iura et munimenta dicte eclesie in Cosczeyow presentabit loco et tempore suis aut ipsius officiali. Et dominus ibidem auditis hincinde parcium disceptacionibus decrevit munimenta petita patronis non esse danda, dicto Nicolao procuratore protestante de gravamine et appellando, ut est moris. Presentibus honorabilibus dnis Casparo, Iacobo, Nicolao viccariis, Iohanne in Czesky plebano.

1767. Honorabilis Nicolaus in Szokolnyky plebanus constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch contra Lucam quondam rectorem scole, dans *etc.* Presentibus. |

[536] **1768.** Lucas clericus per suum procuratorem addicionaliter proponit contra dnum Nicolaum in Szokolnyky plebanum, quod lite pendente feria sexta proxime preterita, dum modo sibi processuum monicionis obtulisset ad exequendum pro clericalibus super kmethones in Szokolnyky, sole aduc lucescente, ipse dnus plebanus suscepta monicione et quamvis dictus Lucas per triduum ibidem in Sokolnyky pausasset et dnum plebanum pro processu per suum scolarem requisivisset, eandem monicionem sibi non restituit neque in hactenus sustinere minime curavit, petens ipsum ad restitucionem compelli et in expensis et fatigis condemnari. In presencia ex adverso principalis et sui procuratoris allegantis, quod ex quo articulus additur addicionalis, igitur illo adiuncto ad proposicionem principalem respondebit in quindena. Et ibidem reconvenit, quomodo dictus adversarius Lucas, datus in sensum reprobum, Dei timore postposito, in hominem grandevum dnum Nicolaum plebanum in Szokolnyky ipsum diffamavit, dehonestavit, coram probis personis nominando ipsum his verbis in effectu: tu sorditor antique, tu canis inveterate, pluribus vicibus reiteratis, iniuriam sibi per premissa faciendo, quam iniuriam extimat ad centum florenos, petens ipsum adversarium in eisdem puniri et condemnari, et casu quo negatum fuerit, offert se probaturum. In presencia ex adverso Iacobi procuratoris dicti Luce deliberantis ad quindenam, qui ibidem respondebit ad obiecta. Et ibidem Nicolaus Harsch procurator dicti rectoris ad proposicionem Luce pridem factam animo litem legittime contestando negavit narrata, prout narrantur, hoc adiuncto,

quod tanquam passus dampnum quesivit illud, ubi adinvenire posset, et non invento dampno, non tenetur succumbere penam per adversarium petitam centum florenorum, petens per dominum cognosci et interloqui. Ex adverso procurator Luce petivit se ad probandum admitti suam intencionem, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus. Presentibus.

1769. Venerabilis dnus Iohannes Crowyczsky decanus et providi Albertus et Stanislaus fratres germani cives Leopolienses satisfaciendo obligacioni pro piscina in Stawczany empta reverendissimo in Cristo patri et domino dno Andree Rosa Dei gracia archiepiscopo Leopoliensi centum florenos pro prima rata, computando quemlibet florenum per mediam sexagenam, reposuerunt tali condicione adiecta, quod non aliter debent peccunie prefate dno archiepiscopo extradi, nisi quietacio de manu sue paternitatis super solucione huiusmodi centum florenorum fuerit prefatis solutoribus extradita. Et dum prefata piscina piscabitur, primam peccuniam prefatus dnus decanus pro sue partis solucione a predictis fratribus tollere et recipere tenebitur. Presentibus venerabili dno Iohanne Myskowsky preposito. Et[1] prefati Stanislaus et Albertus solverunt dno decano L^ta florenos per ½ sexagenam die dominico ante Lucie, de quibus quittantur, et reliquos L^ta florenos tenentur solvere sub censuris ecclesiasticis de primis peccuniis dimissionis piscine. Iohannes Crowiczski manu propria scripsit. |

1770. Honorabilis Iohannes Petherwyaczek in Czesky ple- [536v]
banus constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Sponnar in causa, quam movere intendit honorabili et religioso fratri Valentino guardiano et toto conventui fratrum Minorum sancte Crucis de Leopoli occasione decime manipularis in Czesky, dans *etc.*

DLXIX. Veneris decima mensis Novembris, in vigilia sancti Martini (10 listopada 1497).

1771. Heduigis Skorkowa procurator magister Iacobus Sponnar citato legittime magistro Nicolao Harsch, per dnum Mathiam mansionarium sancte Katherine relacione facta, tanquam procuratore dni Mathie Zamosczky et consulum de Woyslawy-

[1] Ustęp od tego słowa do końca zapiski dopisał później własnoręcznie Krowicki.

cze ad videndum concludi in causa ad horam presentis diei, et dominus conclusit et pro concluso habuit et habet, offerens se partibus iusticiam ministraturum deliberatus. Presentibus honorabilibus dnis Iohanne in Czesky, Nicolao in Szokolnyky plebanis, Iohanne et Nicolao viccariis, Casparo lectore.

1772. Anna Cozyszygyna de Turobyn pars appellata constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch in causa, quam sibi movere vult et intendit Anna Mrozowa de Crasnystaw pars appellata, dans *etc.* Qui procurator petivit copias instrumenti et terminum dicendi contra iurisdicionem domini, et obtinuit ad XV.

1773. Luce procurator magister Iacobus Sponnar ad proposicionem dni Nicolai in Szokolnyky plebani respondendo negavit narrata, prout narrantur, animo litem legittime contestando, et non aliud quam omne bonum, licitum et honestum de dicto dno Nicolao in Szokolnyky plebano pronunciavit, petens se tanquam innocentem absolvi. In presencia dicti plebani et procuratoris, qui respondit ad processum monicionis, quod illius execucionem fecit die dominica expost in ambona coram Christi fidelibus, licet processus fuisset datus de sero hora incompetenti, quem processum dictus Lucas, ut presumitur, recepit presumcione probabili. Ex adverso procuratoris dicti Luce in presencia, protestantis presumcionem fidem minime facere, et negat processum monicionis a dno plebano executum restituisse, petens interloqui.

DLXX. Lune XIII mensis Novembris (13 listopada 1497).

1774. Honorabilis Stanislai plebani in Staresyolo in causa ex una et Martini Buczlowycz parcium ex altera ex allegata peste et expedicione bellica, que notabiliter vigent, dominus prorogavit probacionem probandi infra hinc ad octavas Epifaniarum Domini suam intencionem contra dictum Martinum Buczlowycz, decernendo remissoriales literas in personas iudicum remissorialium, honorabilium dnorum Valentini de Grabo-
[537] wyecz | viccarii in spiritualibus Crasnostaviensis et Petri de Gorka plebanorum diocesis Chelmensis. Quod si non ambo his exequendis non poterint interesse, saltem unus eorum premissa exequatur in forma iuris meliori. Presentibus venerabili et honorabilibus dnis Iohanne Crowyczky decano, Iohanne in Czesky plebano, Iohanne presbitero, Simone viccario Leopoliensibus.

1775. Iohannes Rydl tanquam testis inductus pro parte Barbare Zubrzka, accusatus non comparens, per dominum pronunciatur processuum opportunorum cum decreto. Presentibus discretis Iacobo mansionario, Iacobo, Stanislao et Simone viccariis.

DLXXI. Veneris XVII mensis Novembris (17 listopada 1497).

1776. Venerabilis dnus Iohannes Crowyczky decanus prestitit iuramentum pro tribus florenis contra Nicolaum Wydawsky ex decreto dni officialis, quos aput dnum decanum recepit ex mandato reverendissimi dni archiepiscopi, quos dnus officialis decrevit soluturos sub censuris eclesiasticis. Presentibus venerabilibus et honorabilibus Barnaba et Gregorio canonicis, Simone et Iacobo viccariis [1].

DLXXII. Lune vicesima mensis Novembris (20 listopada 1497).

1777. In causa venerabilis dni Iohannis Croviczky decani Leopoliensis et honeste Barbare olim Augustini aurifabri datur terminus partibus ob spem concordie tentande ad secudam iuris, ubi in defectum concordie terminus idem faciendi. Presentibus honorabilibus Stanislao sacristiano, Mathia plebano de Waszyczin, Casper presbitero.

1778. Honorabilis Iohannis de Czeszky plebani procuratore instante et dno Valentino custode, prout terminus requirebat, nichil faciente, dominus conclusit in causa. |

DLXXIII. Veneris XXIIII mensis Novembris (24 listopada 1497). [537v]

1779. Venerabilis dnus Iohannes Kroviczsky decanus et canonicus eclesie Leopoliensis ex una et honesta Barbara relicta olim Augustini aurifabri de Leopoli ex altera partibus de et super certis iniuriis iudicialiter hincinde motis pro piscina in Hodovicze per dictam Barbaram piscata et eiusdem piscine dampnis atque debitis per ipsam Barbaram iudicialiter ex adverso contra prefatum dnum decanum deductis parcere volentes sumptibus, litibus et impensis, per amicabilem composicio-

[1] Po tej zapisce w rkp. wolne miejsce około 15 wierszy.

nem omnes lites et controversias occasione premissorum exortas et oriendas perpetue inter se mortificaverunt, suffocaverunt et extinxerunt, tali apposita condicione, quod prefata Barbara racione piscine in Hodovicze et piscine dampnis dno decano iam de facto dedit et persolvit, prout ex ipsa composicione et concordia debuit, realiter cum effectu novem marcas peccunie, a simili dicta Barbara omne debitum suum iudicialiter deductum memorato dno decano dimisit in effectu ita, quod pro omnibus motis et movendis pacem et silencium perpetuum inter se habere debent. Presentibus egregiis et venerabilibus dnis Iohanne Grothonis de Ruda legum et decretorum, Iohanne de Ossvyaczin decretorum doctoribus, Stanislao de Trzebochow canonico et officiali, Gregorio de Sanok canonico Leopoliensi, Iohanne vicario perpetuo et regie maiestatis capellano et Mathiasch consule Leopoliensi, arbitris et testibus circa premissa.

1780. Nobilis Frederici de Knyehynicze procuratore magistro Iacobo Sponnar instante et de diligencia protestante et quod magister Arnestus, prout reverendissimus dnus archiepiscopus Leopoliensis decrevit, iudicialiter iuramentum super intencione sua minime prestitit. Et dominus expectato eo ultra horam solitam et meridianam, dictum Fredericum absolvit ab instancia et magistrum Arnestum condempnavit in fatigis et impensis. |

[538] **1781.** Reverendus magister Arnestus iuxta reverendissimi dni Andree Rosa Dei gracia archiepiscopi Leopoliensis decretum non prestans iuramentum super proprietate pecuniarum ipsum contingente, ab instancia eius nobilis Fredericus de Knyehynycze ab impeticione eius absolvitur cum condempnacione expensarum et silencium sibi est super ulteriori vexacione impositum. Presentibus venerabilibus Venceslao Iasyenysky plebano de Drohobicz, Iohanne Myskowsky preposito Leopoliensi et provido Marthino genero eiusdem dni Arnesti, testibus circa premissa.

DLXXIV. Lune XXVII mensis Novembris (27 listopada 1497).

1782. Providus Nicolaus Gayzlar constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Sponar in causa, quam sibi honorabilis dnus Venceslaus plebanus de Drohobicz movet et mo-

vere intendit, ut in forma meliori, ad agendum et defendendum. Presentibus venerabili dno Iohanne Kroviczsky, Iohanne Parnyowsky, testibus circa premissa.

1783. Honorabilis dnus Venceslaus plebanus de Drohobicz proponit contra providum Nicolaum Gayslar, petens ab eodem certi debiti triginta octo florenos receptibilis pecunie, partim in auro et partim in medientibus computatis per mediam sexagenam, quam summam sibi mutuaverat in Lublin sub spe solucionis et pro qua summa quidam Iohannes Chleviczski notarius regius cavit et eum dictus principalis evicit publice in audiencia. In presencia Iacobi Sponnar eiusdem procuratoris, qui deliberatus in octava respondebit. Et ibidem dictus Venceslaus plebanus magistrum Nicolaum Harsch in suum constituit procuratorem in eadem causa ad agendum et defendendum, ut in forma meliori. Presentibus.

DLXXV. Veneris prima mensis Decembris (1 grudnia 1497).

1784. In causa appellacionis Chelmensis Anne Mrozova appellantis et Anne Cozyschyna appellate dominus interloquendo de consensu parcium procuraturum pronunciavit se cause et partibus iudicem competentem. Et ibidem Iacobus prima die iuris procurator producet suam intencionem. Presentibus discretis Martino et Nicolao vicariis Leopoliensibus.

1785. Honorabilis Nicolaus in Sokolniky plebanus retulit se citasse magistrum Nicolaum Harsch procuratorem plebani de Zolthancze ad instanciam Allexii de ibidem ad audiendum sentenciam ferri, quam dominus tulit in scriptis. Presentibus.

DLXXVI. Anno 1497 die Solis decima mensis Decembris [538ᵛ] *hora vesperorum* (10 grudnia 1497).

1786. Constitutus personaliter reverendissimus in Cristo pater dnus Primus Dei gracia episcopus Premisliensis ad acta constituit suum verum et legittimum procuratorem circumspectum magistrum Iacobum Spunnar causarum consistorii Leopoliensis procuratorem eciam cum potestate substituendi in omnibus suis causis cum quibuscumque personis tam spiritualibus quam secularibus, coram quibuscumque iudicibus, dans *etc.* Presentibus honorabili Stanislao plebano in Rokythnycza et Stanislao familiari sue curie.

DLXXVII. Die Lune XI mensis Decembris (11 grudnia 1497).

1787. Providus Nicolaus Wydawsky absolvitur ab instancia discreti Venceslai actu presbiteri de terris Maioris Polonie.

1788. In causa Allexii kmethonis de Zoltanycze procuratorem (!) magistrum (!) Iacobum (!) Spunnar procuratore eiusdem Allexii instante dominus sentenciam pridie pro parte eiusdem Allexii et contra Stanislaum de dicta Zoltanyecz plebanum latam in presencia magistri Nicolai Harssz eiusdem plebani procuratoris ad hoc legittime cittati debite execucioni demandavit et ipsum plebanum in XX et uno grossis in expensis condemnavit, infra hinc ad duorum mensium decursum solucionem fieri decrevit. Presentibus venerabili et honorabili Bernhaba (!) canonico et Martino altariste in eclesia Leopoliensi et Nicolao Wydawssky.

1789. Gsus dnus Stanislaus Iarczewsky (!) iudex terre Leopoliensis inductus testis per sororem Petronellam, licet se excusavit oppressione infirmitatis, tamen ad principalem recognovit citatus et inductus, quod sibi constat de dicto debito quindecim marcarum residuo, quod pater Frederici, contra quem inducitur, non persolvit et in testamento oblivione tactus acticari et inscribere in testamento ommisit, et hoc sub iuramento prestando et sue condicionis fidelitate recognovit. Et ibidem Iohannes alias Ianvssch contestando dictam deposicionem supportavit veram esse. De aliis contestibus non constat. Presentibus.

1790. Dnus Paulus presbiter gracialis veniens ad acta fecit relacionem, quod ad religiose monialis tercie regule instanciam retulit se citasse Lanzarowa civem de Leopoli pro feria quarta proxima personaliter. Presentibus.

1791. Honorabilis dnus Nicolaus Rosumberski regie magestatis notarius constituit in suum procuratorem dnum Nicolaum de Lodzya conventus Corporis Christi priorem ad tollendum quinque marcas numeri et monete polonicalis, in quamlibet marcam per quadraginta octo grossos computando, a nobili Iohanne Zawaczky de Czartorie et ad levandum, prout alias in forma meliori. Presentibus.

1792. Honorabilis dnus Venceslaus Iassyensky plebanus in Drohobycz constituit suum verum et legittimum procuratorem magistrum Georgium consulum Leopoliensium altaristam

ad tollendum peccuniam in summa XXXVIII florenorum in auro a famoso Nicolao Gayslar cive Leopoliensi etc., dans *etc.* Presentibus. | Et ibidem dictus Nicolaus Gayslar est monitus pro [539] dicta summa per discretum Stephanum viccarium relacione facta, ut eam solveret pro festo Nativitatis Christi proxime venturo illi, cui de iure veniet solvenda, eclesiasticis sub censuris in eundem negligentem ipso facto ferendis. Presentibus.

DLXXVIII. Die Mercurii XIII Decembris (13 grudnia 1497).

1793. Nobilis Iacobus Hermanowssky constituit suum procuratorem honestum Georgium Frederici de Leopoli cum potestate substituendi in causa, quam movet nobili Barbare Wlothkowa, ad agendum, defendendum, ut in forma meliori, dans eisdem (!) mandatum. Presentibus discretis Nicolao, Iacobo, Simone viccariis Leopoliensibus.

1794. Religiosa Petronella soror tercie regule beati Francisci prestitit iuramentum calumnie in vim supplementi alterius testis, in presencia ex adverso Iacobi Sponnar procuratoris, quod non calumniatur partem ream et credit, quod verum testimonium deposuerunt Stanislaus Iaryczowsky iudex terrestris cum suo conteste, prout in actis supperius continetur. Presentibus.

1795. Honorabilis Stanislai plebani de Staressyolo nuncius mittendus cum rotulo ad recipiendum examen testium, Adam ex nomine, iuravit de fidelitate portandi circa acta constitutus contra Martinum Buczlowicz reum, et actori propterea dominus admisit inducias portandi rotulum viceversa ad primam iuris post diem Purificacionis citra vel ultra. Presentibus.

DLXXIX. Die Veneris XV Decembris (15 grudnia 1497) *audiencia coram venerabili viro dno Stanislao de Trzebochow canonico et officiali Leopoliensi gli tunc pro tribunali sedente, presentibus venerabilibus et honorabilibus Gregorio et Barnabo canonicis, Nicolao, Iacobo et Simone viccariis, testibus, et Stanislao viccario.*

1796. Discretus Stanislaus eclesie Leopoliensis viccarius retulit se citasse magistros (!) Nicolaum Harssz Nicolai institutoris et Bernhardini ipsius filii procuratorem ad audiendum ferri sentenciam interlocutoriam ad instanciam Iohannis Zawalowsky.

1797. Et ex adverso Iacobus Spunnar procurator Dorothee capitanee Trebowliensis per eundem est citatus ad audiendum sentenciam interlocutoriam ferri ad instanciam Czvdna Anuchna. Presentibus.

1798. Venerabilis et reverendus magister Georgius personaliter apud acta constitutus retulit specialem commissionem reverendissimi dni Andree Rosa Dei gracia archiepiscopi Leopoliensis, quod sua reverendissima paternitas causas, quascumque habet vel habiturus est famosus dnus Nicolaus Harnastus civis Leopoliensis in iure eclesiastico cum quibuscumque personis, venerabili dno Stanislao de Trzebochow officiali suo commisit tractandas et cognoscendas, quavis revocacione contraria ad suam reverendissimam paternitatem cessante. Presentibus. |

[539v] *DLXXX. Die Lune XVIII Decembris* (18 grudnia 1497) *audiencia. Non erat nichil attentatum coram domino.*

DLXXXI. Die Mercurii XX Decembris (20 grudnia 1497) *audiencia coram reverendo patre dno Stanislao de Trzebochow canonico et officiali Leopoliensi causarum auditore tunc pro tribunali sedente, presentibus ibidem venerabilibus et honorabilibus dnis Bernaba, Gregorio canonicis, Iohanne plebano in Czessky, Stanislao et Simone eclesie Leopoliensis viccariis, testibus. In ista audiencia nichil est in omnibus causis actum.*

DLXXXII. Die Veneris XXII Decembris (22 grudnia 1497) *audiencia coram reverendo dno Stanislao de Trzebochow pro tribunali sedente, presentibus ibidem honorabilibus Bernaba canonico, Nicolao, Stanislao et Stephano viccariis etc., testibus.*

1799. Honorabilis Stanislaus eclesie Leopoliensis viccarius retulit se citasse magistrum Nicolaum Harssch nobilis Mathie Zamossczky et consulum universitatis Woyslawycze procuratorem ad horam presentis diei ad audiendum ferri sentenciam ad instanciam procuratoris Heduigis Skorkowa. Presentibus.

1800. Nobilis Barbare Wlotkowa procuratore magistro Iacobo Sponar instante et robur monicionis contra nobilem Ianussium petente, ipse Ianussius allegando ex adverso bona post mortem uxoris sue Zophie minime possidere, arrestavit robur dicte monicionis. Et dominus arrestum huiusmodi in vigore conservavit, presentibus quibus supra, donec contrarium probetur-

DLXXXIII. Die Veneris antepenultima Decembris (29 grudnia 1497).

1801. Constitutus personaliter venerabilis vir dnus Bernhardus Wylczek decanus Premisliensis et plebanus in Busko constituit in suum procuratorem circumspectum magistrum Iacobum Spunar causarum consistorii Leopoliensis procuratorem in omnibus suis *[causis]* [1], quas habiturus est cum quibuscumque personis, signanter cum consulibus de Bussko et certis presbiteris de ibidem. Presentibus venerabili et honorabilibus dnis Bernaba canonico, Stanislao, Iohanne et Simone viccariis.

DLXXXIV. Die Saturni penultima mensis Decembris (30 grudnia 1497).

1802. Nobilis dnus Stanislaus Slawynsky constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Spunar in omnibus suis causis, quas habiturus est cum quibuscumque personis, promittendo omnia, ut in forma meliori. Presentibus venerabili et honorabili dnis Barnaba canonico et Iohanne viccario, testibus. |

1498.

DLXXXV. Acta acticata continuacionis terminorum coram [540]
venerabili viro dno Stanislao de Trzebochow canonico et officiali Leopoliensi gli anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo octavo, indicione prima, pontificatus sanctissimi in Cristo patris et domini nostri dni Alexandri divina providencia pape sexti anno ipsius sexto secuntur. Audiencia prima post octavas Epifaniarum [2] *Domini. Die Mercurii tercia mensis Ianuarii* (3 stycznia 1498).

1803. Honestus Paulus carpentarius Broda constituit suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch in sua causa, quam habet cum sua uxore Barbara, promittendo omnia. Presentibus Simone, Stanislao et Iohanne viccariis. Eodem die honesta Barbara constituit suum procuratorem magistrum Iacobum Spunar in sua causa, quam habet cum Paulo Broda carpentario

[1] W rkp. opuszczone.
[2] Mylnie zamiast Nativitatis.

marito suo, ad agendum etc., promittendo etc., ut in forma meliori. Presentibus. Et ibidem magister Iacobus Spunnar procurator prefate Barbare proposuit contra Paulum, quod licet prius contraxerit matrimonium per verba de presenti et in hanc vim manubia celebravit et carnalis copula subsecuta in Glynyany cum quodam Petro servili in presencia hominum plurimorum, nichilominus propter certam offensam advocato ibidem in Glynyany irrogatam idem Petrus inde auffugerat, dicta Barbara dimissa hec credens eundem Petrum esse sublatum, contraxit matrimonium cum alio quodam Paulo carpentario, qui manens secum in coniugio spoliavit eam rebus eius et vestimentis, ut tunica rubea, mitra de cisinis, media sexagena peccunie, pectorali in valore unius marce et aliis rebus atque togis et camisiis, singula singulis ad quatuor marcas computando, petens pretextu prioris contractus ipsam a thoro predicti Pauli seperari in totum et ad restitucionem rerum ablatarum cogi et compelli iusticia mediante. In presencia magistri Nicolai Harssch Pauli procuratoris ad primam iuris deliberantis. Et ibidem procurator ex adverso dicti Pauli beneficio reconvencionis contra ipsam Barbaram ad hoc citatam, relacione facta per Stanislaum viccarium, proposuit, quod dicta actrix concipiens repudium dolose a viro legittimo Paulo, rapuit sibi de peccuniis paratis, in primis me-
[540v] diam marcam | et duos grossos cum medio, expost quindecim grossos, item expost plumaticam valoris medie marce, item suppellectilia domus in valore medie sexagene, item palium obtinet et pelliceam, redimicula cum aliis vestibus, quibus est vestita, tanquam per maritum, in valore moderacione previa trium marcarum, et cum qua eciam actrice dictus reus habuit consolacionem nupcialem consuetam inter coniugatos, et casu [1] quo subsequetur divorcium, petit compelli ad restituendum ablata donata et possessa. In presencia magistri Iacobi, qui pari passu respondebit in 1. iuris.

DLXXXVI. Veneris quinta Ianuarii (5 stycznia 1498).

1804. Honesta Margaretha Helcznarowna consors Nicolai *convissar* constituit suum procuratorem circumspectum magistrum Iacobum Spunar in causa, quam habet cum Nicolao ma-

[1] W rkp. causu.

rito suo prefato, ad agendum *etc.* Presentibus venerabilibus et honorabilibus Iohanne Mysskowsky preposito, Barnaba canonico, Iacobo mansionario de Grodek, Nicolao et Simone viccariis. Et ibidem dictus procurator proposuit contra Nicolaum canteristam civem Leopoliensem, quod ipse Margaretam uxorem suam legittime sibi copulatam, in nullo sibi obnoxiam, sine causa et racione in perversum sensum datus, repudiavit, ipsam de domo a se expellendo et in cruciatum corporis et in mortem sepius sibi machinando, iureque iurando iuravit eam mutilare, si unquam ad eum rediret, rebus et vestibus pluribus ad eum deportatis sibi reservando. Quare ob tantam insecuritatem vite petit cognosci et dictam Margaretam a thoro particulariter seperari, et casu quo secutum fuerit divorcium, res et vestimenta restituenda fore propter seviciam mariti, qui in presencia ex adverso petivit sibi prorogari terminum. Et dominus terminum ad octavam prorogavit. Presentibus.

1805. Ad relacionem honorabilis Nicolai eclesie Leopoliensis viccarii citata est nobilis Barbara Zubrska ad audiendum contra se monicionis roborari processum ad instanciam nobilis Ewe Kurczborkowa. Et dominus effectum monicionis ad horam vesperorum suspendit. Presentibus.

DLXXXVII. Lune octava Ianuarii (8 stycznia 1498).

1806. Mathias muratoris de Leopoli constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum predicatorem Almanorum in causa, quam habet cum Nicolao Capusta de suburbio Leopoliensi, ad agendum *etc.* Presentibus venerabilibus et honorabili Gregorio et Barnaba canonicis et Stephano viccario Leopoliensibus.

1807. Ad relacionem honorabilis Michaelis viccarii eclesie Leopoliensis citatus est Georgius Frederici de suburbio Leopoliensi ad audiendum et videndum eum intrudi in pristinos processus et decerni contra eum graviores ad instanciam honorabilis Stephani viccarii. Presentibus.

1808. In causa matrimoniali honeste Margarethe filie Helcznarowa dominus terminum distulit ad feriam secundam post octavas Epifaniarum ad idem faciendum negocium in totum. Presentibus. |

[541] *DLXXXVIII. Mercurii X Ianuarii* (10 stycznia 1498).

1809. Providus Nicolaus cantarista de Leopoli constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harssch in causis suis, quas habiturus est cum Georgio Helcznar et sua uxore prefati Georgii, et Margareta sua uxore, ad agendum *etc.* Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Iohanne Crowyczky decano, Barnaba et Georgio (!) canonicis et Casparo lectore in eclesia Leopoliensi.

DLXXXIX. Veneris duodecima Ianuarii (12 stycznia 1498).

1810. Honorabilis dnus Casper lector missarum in eclesia Leopoliensi retulit arrestasse peccuniam aput nobilem Stanislaum Slawynsky de mandato dni officialis sibi dudum facto. Presentibus venerabili et honorabili Gregorio canonico et Iacobo lectore Leopoliensibus.

1811. Honorabilis dnus Nicolaus plebanus in Brosdowcze constituit in suum procuratorem honorabilem Mathiam Bar in causa, quam movet et movere intendit nobili Stanislao Slawynski, ad agendum *etc.* Presentibus.

1812. Stanislaus prestitit iuramentum in causa matrimonii Helizabeth, quod vir secundus Albertus habet aliam uxorem, primam nomine Katherinam, quem testis a viginti annis novit, ideo dicta Elizabeth petit literam testimonialem super divorcio dicti Alberti, qui eam sic fraudavit, et obtinuit. Presentibus, ut supra, dnis decano, Casper, Simone, Gregorio, testibus.

DXC. Saturni XIII Ianuarii (13 stycznia 1498).

1813. Nobilis Stanislaus Radeczky constituit in suum procuratorem venerabilem dnum Iohannem Mysszkowsky prepositum Leopoliensem cum potestate substituendi in causa, quam habiturus est cum quodam Nicolao quondam in Thyssmyenycza ministro occasione armorum, ad agendum *etc.* Presentibus dnis Barnaba canonico, Simone et Stanislao viccariis.

1814. In causa Eufemie Iudee contra religiosam Katherinam sancti Francisci de tercia regula sororem dominus partes remisit ad forum seculare ad dnos consules Leopolienses pro iusticia ministranda, ubi prefata Katherina petivit se de foro spirituali dimitti ad ius civile. Presentibus.

DXCI. Audiencia post octavas Epifaniarum die Lune XV mensis Ianuarii (15 stycznia 1498) *coram venerabili viro dno Stanislao de Trzebochow canonico et officiali Leopoliensi gli et me Nicolao Andree de Czyechomycze clerico Plocensis diocesis tunc causarum scriba, | presentibus venerabilibus et honora-* [541v] *bilibus Iohanne Crowyczky decano, Barnaba, Gregorio canonicis, Simone, Nicolao et Iacobo viccariis Leopoliensibus, testibus.*

1815. Paulus carpentarius ad proposicionem Barbare sue uxoris respondendo super raptu negavit narrata, prout narrantur, petens compelli per dominum sibi ad comanendum legittimam uxorem iuxta sanctiones canonicas et super eodem cognosci, divorcio petente, decidi et declarari. Et ex adverso Barbara uxor dicti Pauli reconvencionaliter respondendo proposicioni dixit Paulo marito suo comorari velle, si inquantum voluerit eam coniugali affectione tractare tunicamque et alia in proposicione contenta restituere, alias ob non restitucionem petit ad commansionem coniugalem non esse compellendam. Presentibus.

1816. Discretus Iacobus plebanus in Zymnavoda retulit se citasse de mandato domini Iacobum Sponnar procuratorem gsi Frederici Cneynyczy ad horam presentis diei ad videndum concludi in causa habita cum sorore ordinis sancti Francisci. Qui Iacobus procurator impediendo conclusionem obtinendo terminum publicandi dicta testium, obtinuit terminum in octava dicendi contra. Presentibus.

1817. Providus Georgius Helcznar cum Dorothea uxore sua constituerunt in suum procuratorem magistrum Iacobum Spunnar in causa, quam eis movet Nicolaus cantarista ad agendum *etc.* Presentibus.

1818. In causa inter prefatos Paulum et Barbaram coniuges discordantes dominus sopiendo discordias et lites extinguendo decrevit dictos coniuges ad invicem commorari et se affectione coniugali amplecti et res hincinde comportare sub pena vallata decem sexagenarum contra partem contravenientem. Presentibus.

1819. Nicolaus cantarista de Leopoli per magistrum Nicolaum Harsch procuratorem intencioni Margarete coniugis sue respondendo negavit narrata, prout narrantur, super autem rebus ablatis affirmando dixit, quod dicta Margareta dicti Nicolai uxor recedendo propria voluntate a viro rapuit sua bona, que ad eum

deportaverat, sola vili tunica dimissa, vix valoris quinque grossorum, cum rebus mariti in valore moderacione previa LXXX^ta florenorum, videlicet cornu unicorni valoris quinquaginta florenorum, pectorale III florenorum, tres anulos valoris trium fertonum, lecticam, lintiamina, puerperia, velamina et redimicula plurima, petens per dominum cognosci et interloqui. Et partes
[542] in prima iuris de calumnia vitanda iurabunt hincinde. | Et ibidem Margareta negavit dictas res recepisse, offerens se probaturam machinacionem et severitatem sui mariti, de qua in proposicione. Presentibus.

1820. In causa Heduigis Skorkowa magister Iacobus Spunnar eius procurator, prout terminus requirebat, in presencia magistri Nicolai Harsch Mathie Samosczky et consulum universitatis Woyslawycze procuratoris ad hoc legittime citati petivit sentencias pridie latas execucioni demandari. Et dominus ibidem demandavit execucionem et expensas moderacione previa ad decem marcas taxavit medio iuramento dicti procuratoris Heduigis Skorkowa. Presentibus.

1821. In causa appellacionis Chelmensis parcium Anne Mrrozowa appellantis et Anne Cozysszygyna partis appellate post iurisdicionem fundatam, confidendo de iusticia iuste cause, Anna Coszyschygina prefata ad libellum dicte Anne Mroszowa animo litem legittime contestandi respondendo credit, quod Clementis presbiteri gracialis in Turobin, dum vixit, fuit soror, sed tamen testamentum, quod condidit dictus Clemens, executores levaverunt dictam peccunie quantitatem in libello adversarii restrictam et expressam iuxta voluntatem testatoris, quam converterunt pro eclesia ibidem in Turobin, prout testamentum disponit, in quo testamento et ipsa soror remuneratur [1] speciali donacione, quod testamentum dictus procurator produxit dicte Anne Cossysszygyna in adminiculum sue assercionis et responsionis, petens illud ad acta ingrossari, salvo salario. In presencia Iacobi Sponnar procuratoris ex adverso Anne Mrozowa petentis instrumenti copias et terminum contradicendi, et obtinuit ad XV.

1822. Nobilis dna Barbara Rytherovska conveniendo pro indebita censura eclesiastica nobilem Barbaram Wlotkowa, quod ipsa involvit eam in sentencias eclesiasticas, ignoratur utrum

[1] W rkp. remoreratur.

racione contumacionis vel monicionis, cum nunquam citatam nec monitam nec convictam, eam diffamando publice in facie eclesie in iniuriam non modicam, quam extimat ad tricentos florenos, mallens tantum perdere et plus, petens propterea eam citatam puniri in dicta summa extimata, et si negatum fuerit, probare infamiam intendit. In presencia magistri Iacobi Spunnar prefate Barbare Wlothkowa procuratoris, protestantis de comminacione in facie iudicii per Rytharowsky eidem procuratori facta, petens sibi cavere de plena securitate. Et dominus in hanc vim interposuit penam vallatam centum florenorum contra partem contravenientem. | Et ibidem dictus procurator petivit sibi [542v]
terminum prorogari ad VIII, ubi processus excomunicacionis contra Barbaram Rytharowska debite extractas et fulminatas producet et de bene obtentu probabit. Presentibus.

1823. Nobilis Stanislai Slawynsky notarii terrestris Iacobus Sponar procurator conveniendo proposuit, quod licet dictus nobilis Stanislaus sit de medio terrigenarum Leopoliensium electus et deputatus pro notario terrestri consensu regie maiestatis accedente, que per certas literas suas mandavit omnibus et singulis de loco et iuribus dicto Stanislao Slawynsky respondere, istis non obstantibus honorabilis dnus Nicolaus de Brzosdowcze plebanus de anno presenti citra[1] vel ultra festum beati Bartholomei transactum, nullo iure sibi ad id competente, sine dicti Stanislai consensu, ingessit se ad officium suum notariatus in iudicio terrestri scribendo, copiando et literas ex actis tradendo, item tulit et recepit salarii eiusdem Stanislai notarii quinque marcas peccunie in preiudicium ipsius Stanislai non mediocre, cum tamen in institutis canonicis nemo in alterius messem immittere debet falcem, et si negatum fuerit, probare intendit, petens dictum dnum Nicolaum de Brosdowcze plebanum ad restitucionem quinque marcarum indebite receptarum cogi et compelli. In presencia ex adverso dicti dni Nicolai in Brosdowcze plebani, deliberantis ad quindenam, et ibidem respondebit. Presentibus.

1824. Honorabiles magister Georgius et Iohannes executores testamenti olim honorabilis Stanislai de Hvrynow petunt arestatos et in aresto positos per dominum octo florenos aureos a nobili Stanislao Slawynsky, quos dictus reus a se dimisit et

[1] W rkp. cirta.

extradidit tanquam transgressor dicti aresti et convertit, quo sibi placuit, petentes dictam quantitatem florenorum eis reddi et restitui et ad solvendum compelli, tanquam a transgressore canonicis institutis mediante, et si negatum fuerit, probabunt vel defferent. In presencia ex adverso Iacobi Spunnar procuratoris, qui in quindena deliberatus respondebit. Et ibidem Nicolaum Harsch in suum procuratorem in eadem causa constituerunt. Presentibus.

1825. Venerabilis dni Bernhardini Vylczek decani Premisliensis et plebani in Bussko procurator Iacobus Sponar conveniendo proposuit contra providos Felschtynek, Kyerdey, Mathiam sutorem, N. Odrzygoscz et Martinum sutorem consules universitatis in prefata Bussko, quod ipsi animo et intencione iniuriandi, ut presumitur, et contra libertatem eclesiasticam inseviendo
[543] omnibus et singulis braseatoribus | in eadem Bussko prohibuerunt et sub certis penis districtius mandaverunt, ne de tritico ex decimis et pro agris plebanalibus provenientibus brasea faciant ipsi dno Bernhardo Vilczek plebano, cum tamen antea more solito et consueto antecessoribus plebanis semper fuit permissum, ut eo facilius triticum ex decimis et campis agrisque plebanalibus per braseorum confectionem in peccunias posset converti, in preiudicium et gravamen non mediocre ipsius dni plebani et eclesie sue in Bussko, petens dictos consules ad factionem et admissionem braseorum cogi et compelli. Item nec aduc his malis contenti dictus Felszthynek et Kyerdey, protunc preconsules existentes, ut presumitur de consensu suorum collegarum consulum prefatorum, in reprobum sensum dati, licet nulla iurisdicio se extendat in eos ad dotem plebanalem, miserunt servos suos in ipsam dotem in Bussko plebanalem, que est emunitas eclesie, et cocam ipsius dni plebani Annam Szepyothczyna de ipsa dote vocantes receperunt et ad lupanar deduxerunt et eam ibidem intruncaverunt in dedecus non mediocre et preiudicium predicti dni Bernhardini plebani emunitatisque eclesie sue, quam quidem iniuriam et intruncacionem extimat ad centum florenos, petens dictos consules in eisdem puniri, et si negatum fuerit, probare intendit. In presencia ex adverso dicti consules per nuncium petiverunt inducias deliberatorias ad quindenam, et dominus propter certos respectus et labores antemuralium et vallorum terminum respondendi ad quindenam prorogavit. Presentibus. |

1826. Testamentum olim Clementis gracialis in

Turobin diocesis Chelmensis. In nomine Domini, amen. Sub anno millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo, pontificatus sanctissimi in Cristo patris et domini dni Alexandri divina providencia pape sexti anno ipsius quinto, die Lune quarta mensis Decembris, hora terciarum vel quasi, in domo circumspecti dni Nicolai Byalek civis in Turobin et in eius stuba alba Chelmensis diocesis in meique notarii publici subscripti et testium infrascriptorum ad hoc vocatorum specialiter et rogatorum presencia constitutus personaliter honorabilis dnus Iohannes prepositus hospitalis sancti Spiritus in Turobin, tenens et habens suis in manibus quandam cartam pergameneam, fidei comissionem sive ultimam voluntatem alias testamentum olim honorabilis dni Clementis gracialis de eadem Turobin roboratum ac confirmatum per venerabilem dnum Nicolaum plebanum in Sczebrzeschin olim officialem glem et viccarium in spiritualibus reverendissimi in Cristo patris et domini dni Mathie Dei gracia episcopi Chelmensis ut asserebat in se | continentem, ad quod testamentum [548v] se interesse habere dicebat, petens illud per me notarium publicum exemplari et transscribi et in formam publicam redigi. Ego vero, ne iusticia obscurari debeat, ipsius preci[*b*]us acquievi. Cuius tenor sequitur in hac forma:

In nomine Domini, amen. Sub anno Nativitatis eiusdem millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo, indiccione decima, pontificatus sanctissimi in Cristo patris et domini dni Innocencii pape moderni anno ipsius ultimo, die vero Mercurii XV mensis Augusti, hora meridiei vel quasi, in opido Turobin Chelmensis diocesis, in domo venerabilis dni Nicolai Czemyernyczky plebani in Turobin, in pallacio albo, in presencia testium infrascriptorum ad hoc vocatorum specialiter et rogatorum constitutus personaliter honorabilis Clemens actu presbiter gracialis in eadem Turobin, languens licet corpore, sanus tamen mente et racione, volens commutare terrestria pro celestibus et caduca pro eternis, timens ne post discessum eius pro bonis sibi a Deo collatis alique controversie seu discussiones orirentur, tale suum finale et irrevocabile fecit et ordinavit testamentum in hunc modum. Et primo et principaliter Deo omnipotenti et sue genitrici Beate Virgini Marie animam suam terreque corpus comendavit. Item debita sua, que sibi creditores tenentur, in hunc modum dispensanda ordinavit. Primo apud dnum Nicolaum Cozyaschigya tri-

ginta florenos ungaricales auri boni et iusti ponderis racione mutui demonstravit. Et item aput Stanczel XXX^ta florenos. Item apud Andream Kazimirsky proconsulem et Iohannem Swynywassch novem florenos. Item apud Kosda tres florenos cum fertone. Item apud Kolcza tres marcas mutuatas. Item aput Iohannem Czassny pellificem mediam marcam demonstravit. Item apud Mathiam Kolcza pro braseo unam marcam, quam dno plebano in Turobin dare mandavit. Item aput Brzestan sexagenam, quam eciam eidem dno plebano dare fecit. Item apud Frethko sexagenam, eciam dno plebano. Item apud Zyelyonka due sexagene pro braseis, unam executoribus et alteram plebano predicto. Que omnia et singula dnis executoribus, quos specialiter ad hoc deputavit, videlicet venerabilem dnum Nicolaum de Czemyernyky plebanum de Turobin et honorabilem dnum Iohannem prepositum hospitalis ac providos Andream proconsulem, Nicolaum Coszyaschygya et Stanislaum Stanczel consules de ibidem, omnes coniunctim et divisim ordinavit, elegit et fecit, omnimodam eis distribuendi, exigendi, dispensandi irrevocabiliter comittendo potestatem. Primo Mathie Kolcza XVI grossos cum medio solvere pro duobus vasis cervisie mandavit. Item sorori sue Anne germane IIII marcas, lectisternia, schubam flaveam subductam et pelliceam vulpinam cum tunica nigra dare mandavit. Item tunicam flaveam novam pro tricesimis vendendam demandavit. Item estivale nigri coloris cum pallio griseo vendendam propter Deum distribuere commisit. [544] Item viaticum dno Iacobo Puchalka. Item pelvim alicui sacerdoti propter Deum dandam. Reliquamque summam dictorum debitorum suorum pro decore et honore eclesie sancti Dominici, circa quam manens hec omnia cumulavit, in Turobin iuxta voluntatem et ingenium dnorum executorum convertendum commisit. Acta sunt hec anno, indicione, pontificatu, die, loco, quibus supra. Presentibus ibidem honorabilibus et providis Stanislao arcium baccalario, Nicolao Matvas, Iacobo Puchalka gracialibus, Mathia Kolcza, nobili Nicolao Morawyecz, Nicolao Mross de Turobin et aliis quam plurimis fidedignis testibus, ad premissa vocatis et rogatis. Super quibus omnibus premissis prefatus dnus Iohannes prepositus hospitalis de Turobin a me notario publico subscripto petivit sibi fieri et confici unum vel plura instrumenta. Acta sunt hec anno, indicione, pontificatu,

die, hora, mense, loco, quibus supra. Presentibus tunc honorabili dno Nicolao de Sztrzeszowicze actu presbitero ac circumspectis Petro fabro, Szventoslao pellifice, Daniele, Nicolao organista, Iohanne Swynywąssz, Nicolao Rathussky et aliis fidedignis testibus quamplurimis circa premissa, ad hoc et vocatis et rogaiis. Et ego Bartholomeus actu presbiter olim Viti de Wąnszosche diocesis Plocensis publicus sacra imperiali auctoritate notarius, quia predicti testamenti in publicam formam transcribi peticioni et transsumcioni presens interfui, ideoque sic ut prefactum, quantum ex officio meo tabellionatus debui, nichil mutando effectus aut substanciam aut variando intellectum, fideliter ex carta pergamenea regrossavi et testibus interpretatus sum et in hanc ipsam publicam formam redegi, signo et nomine meis solitis et consuetis fieri et in fidem premissorum consignavi.

In nomine Domini, amen. Sub anno Nativitatis eiusdem millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo, indicione X, pontificatus sanctissimi in Cristo patris et domini dni Innocencii pape moderni anno ipsius ultimo, die vero Martis XXVIII mensis Augusti, hora terciarum vel quasi, in opido Sczebrzeschin Chelmensis diocesis, in domo venerabilis Nicolai Syedlyewsky plebani in dicta Sczebrzeschin viccarii in spiritualibus et officialis glis Chelmensis, in sessione estivali constitutus personaliter honorabilis dnus Iohannes prepositus hospitalis de Turobin executor testamenti olim honorabilis Clementis presbiteri gracialis, oblata citacione debite executa contra omnes et singulos, qui sua putarent interesse, nominibus suo et suorum executorum produxit testamentum presens, petens illud per dnum officialem et viccarium in spiritualibus prefatum confirmari. Et dnus iudex reviso et relecto ipso testamento, considerans, quod iusta petenti assenssus non est denegandus quodque nullus in termino contradicebat ipsum testamentum taliter rite et idonee ordinatum, ipsum in omnibus suis punctis et clausulis confirmavit, | ratificavit et approbavit, consciencias dictorum executo- [544r]
rum onerando, ut iuxta voluntatem testatoris omnia disponerent. Presentibus ibidem honorabilibus et nobili ac provido Iohanne, Nicolao et Mathia viccariis, Mathia de Malyesszycze et Stanislao consule in Szczebrzeschyn.

Lune XV Ianuarii oblatum in vim probacionis nomine Anne Cozyszygyna.

DXCII. Mercurii XVII Ianuarii (17 stycznia 1498) *audiencia, presentibus honorabilibus viris magistro Georgio, Iacobo Almanorum predicatore*[1], *Stanislao viccariis.*

1827. Famosi Nicolai Gayslar civis Leopoliensis magister Iacobus Sponnar procurator citra impetrandum absolucionis pro dicto Nicolao Gayslar arrestavit processus declaracionis in ipsum fulminatos in manibus magistri Georgii, allegando ipsum Nicolaum Gayslar non esse ad presens in habendo paratas peccunias propter certos defectus sibi ad presens imminentes, et ob hoc medio iuramento dominus prorogavit terminum solucionis ad dominicam Letare proxime venturam. Presentibus honorabilibus magistro Georgio, Iacobo Almanorum predicatore[2], Stanislao viccariis.

1828. Discretus Iacobus mansionarius sancte Katerine retulit se citasse Iacobum Sponar procuratorem olim Iohannis Buchowsky ad instanciam Thome plebani de Pnykolth Premisliensis diocesis appellate partis ad audiendum et videndum sentenciam interlocutoriam ferri. Et ibidem dictus Iacobus Sponnar olim Iohannis Buchowsky procurator allegavit principalem suum dictum Iohannem extinctum esse et in bello cecidisse, unde et mandatum ipsius cecidit et extinctum est, protestando, quod propter hoc non spectat ad eum audire sentenciam interlocutoriam ferri, limitans audicionem spectare ad dicti Iohannis Buchowsky successores. Et non obstante huiusmodi protestacione, procuratore dicti Thome plebani instante et eam ferri petente, dominus tulit et pronunciavit. Presentibus.

1829. Nicolao cantarista iuramentum calumnie prestare nolente, ad instanciam Margarete consortis eius ad huiusmodi prestandum iuramentum calumnie se offerentis dominus decrevit dictum Nicolaum ob hoc pro convicto haberi et res et vestimenta per eum Margarethe restituenda fore. Et ibidem partes compulse per dominum prestiterunt hincinde calumnie iuramentum, et dominus revisis conservacionibus terminorum ad ulteriora procedet et probacionem de sevicia cognoscet. Presentibus. |

[545] **1830.** Nobilis Barbara Rytarowska in causa habita cum

[1] W rkp. mylnie: procuratore.

[2] W rkp. procuratore.

nobili Barbara Wlotkowa constituit in suum procuratorem Nicolaum Harsch contra eandem, dans *etc.*

DXCIII. Veneris XIX Ianuarii (19 stycznia 1498) *audiencia.*

1831. Margarete et Nicolai cantariste parcium prefigitur terminus seviciam probandi et in proposicione contenta, infra hinc ad unum mensem. Presentibus venerabili et discretis Iohanne Crowyczky decano, Simone, Iacobo et Stanislao viccariis.

1832. Marcus et Mathias testes inducti per Nicolaum suburbanum iuraverunt deponere veritatem in causa vertente cum sua adversaria muliere Elizabeth. Presentibus.

1833. Nicolao institore de Leopoli inducente testes extraneos, qui non sunt notati in actis circa obligacionem, magister Iacobus Sponar nobilis Iohannis Zawalowsky procurator tales refutavit testes pretextu sentencie interlocutorie, quam hincinde parcium procuratores approbaverunt, quod dictus Nicolaus non nisi in actis circa obligacionem notatos inducere debet testes. Presentibus.

1834. Nobili Msszczysskone cum Margaretha sua coniuge et Elizabet consorte nobilis Iacobi de Zolkow in termino cittacionis ad prosequendum in causa personaliter comparentibus et contumaciam dicti Iacobi de Zolkow actoris non comparentis accusantibus, dominus ipsum Iacobum actorem pronunciavit contumacem. Presentibus.

1835. Nobilis Mszczyszek cum Margareta sua uxore et Margarethe eiusdem Elizabet germana constituerunt in suum procuratorem magistrum Iacobum Sponar in causa, quam habent cum nobili Iacobo de Zolkow, ad agendum *etc.* Presentibus honorabilibus dnis Iacobo Almanorum predicatore, Simone, Stanislao et Iacobo viccariis. |

DXCIV. Lune XXII Ianuarii (22 stycznia 1498) *audien-* [545v]
cia coram venerabili dno Stanislao de Trzebochow canonico et officiali Leopoliensi tunc pro tribunali sedente, presentibus venerabili magistro .....[1] *canonico, Iacobo Almanorum predicatore*[2]*, Stanislao et Iacobo viccariis, testibus.*

[1] W rkp. wolne miejsce na wpisanie imienia.
[2] W rkp. mylnie: procuratore.

1836. Dorothea virgo aput Ioannem currificem famulans constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Sponnar in causa, quam habet cum Petro sartore de Leopoli matrimoniali, agendi, defendendi etc., promittens etc. Presentibus.

1837. Petrus sartor de Leopoli contra Dorotheam virginem aput Iohannem currificem famulantem proposuit in hec verba, quod de anno presenti die dominica ante Prisce, postquam dicta Dorothea intrasset domum Iohannis Garbarz in suburbio Leopoliensi, homines ibidem consedentes dixerunt: ecce hic homo bonus Petrus sartor, si velles eum accipere tibi maritum, est homo bonus. Ad hec ipsa Dorothea respondit per hec verba: si nollem Petrum accipere et habere in maritum, extunc hic non venissem. Et Petrus prefatus audita ipsius Dorothee intencione taliter ex adverso sibi respondit dicens: ex quo bona Dorothea habes intencionem accipere me in maritum, extunc et ego a simili accipere te volo in uxorem. Et in hanc vim in presencia probarum personarum dicta verba hincinde manus stipulaverunt, petens dictam Dorotheam ad consumandum matrimonium in facie eclesie cogi et compelli. In presencia ex adverso dicta Dorothea per procuratorem respondit, quod ingressa fuit domum Iohannis Garbarz propter aliam suam necessitatem, non causa matrimonii contrahendi, prout Petrus sartor pretendit, nec aliqua verba essencialia matrimonii secum contraxisse de presenti, petens se ab instancia dicti Petri absolvi, cognicione domini mediante. Presentibus.

1838. Laurencius Slothky constituit in suum procuratorem Nicolaum Harsch in causa, quam movet et movere intendit discreto Leonardo presbitero de Trebowla ad agendum etc., promittens etc. Presentibus.

1839. Honorabilis Leonardus in Trebowlya comendarius constituit in suum procuratorem Iacobum Sponar in causa, quam sibi movet Laurencius Slotky de ibidem, ad agendum *etc.* Presentibus. Et ibidem dictus procurator prefati dni Leonardi precludendo viam et actionem Laurencio Slothky actori allegavit ipsum Laurencium excomunicari processibus reverendissimi dni
[546] archiepiscopi, | offerens se probaturum. Nichilominus istis non obstantibus dictus Laurencius ibidem solvit, pro quo meruit excomunicari, et in hanc vim dominus eum absolvit. Tandem procurator dicti Leonardi beneficio reconvencionis proposuit

contra Laurencium Slothky prefatum, quod ipse Laurencius anno presenti in domo dne Mykvlynska in Trebowlya, dum dictus Laurencius[1] cum priore et aliis sacerdotibus honestisque personis consedisset, in perversum sensum datus, exempto cultro evocavit eum de eadem domo, et nisi per bonos homines fuisset retractus, dictum Laurencium[2] vulnerasset, prorumpens in verba inhonesta, honori et honestati sacerdotali derogando, appellavit eum deceptorem, latronem et malum hominem, quam iniuriam et infamiam extimat ad centum florenos, petens eum in eis puniri, et si negatum fuerit, probare intendit.

1840. Discretus Paulus presbiter de Bussko fractor literarum domini ad instanciam Gregorii Zegarek accusatus, per dominum pronunciatur.

1841. Bartolomeus opidanus de Olyessko contra Michaelem advocatum in Bussko constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Sponar ad agendum *etc.* Presentibus.

1842. In causa cessionis inter virum Albertum Coslowsky et Barbaram consortem suam mutue donacionis contra Martam sororem germanam eiusdem Barbare facte interloquendo pronunciamus et declaramus huiusmodi cessionem sive donacionem in libro civili continentem tantummodo se intra iurisdicionem sive ambitum civitatis extendere et non extra, de rebus sive debitis per mortuam manum ad ipsam Martam sorte propinquitatis devolutis, in quibus possessionem nunquam habuit, et ob hoc prefatum Albertum se de quodam debito in vim cescionis ingerentem dicimus nullam proprietatem posse habere post mortem uxoris sue, prout ipsa inscripcio lacius declarat, nostra sentencia interlocutoria mediante. Lecta, lata et in his scriptis pronunciata est hec sentencia interlocutoria per venerabilem virum dnum Stanislaum de Trzebochow canonicum et officialem Leopoliensem anno 1498 die Lune XXII Ianuarii citatis partibus et ipsarum procuratoribus et eam ferri petentibus hora terciarum, que partes eam approbaverunt. Et dominus expensas in lite huiusmodi per partes factas hincinde compensavit. Presentibus. |

[1] Powinno być: Leonardus.
[2] Powinno być: Leonardum.

[546v] *DXCV. Mercurii XXIIII Ianuarii* (24 stycznia 1498) *audiencia coram venerabili dno Stanislao de Trzebochow canonico et officiali Leopoliensi tunc pro tribunali sedente hora terciarum, presentibus viris dnis Iohanne decano, Gregorio canonico, Martino graciali, Stanislao et Nicolao viccariis.*

1843. Cristoferus Bohemus domini reverendissimi dni archiepiscopi proposuit contra honorabilem dnum Adam plebanum in Knyeynycze, quomodo anno presenti dum ad domum eiusdem tanquam hospes descendisset, ibidem mansit et peccunias cum marsubio[1] quindecim florenos ad servandum dedit, et Adam prefatus coce sue iterum conservare fecit, et postmodum dum prefatus Adam in Martinow equitasset, servum sibi comodavit et eundem servum sibi contra non restituit cum apparamentis et indumentis, et in presencia eiusdem plebani marsubium contra non fuit Cristofero datum, qui appariendo marsubium recepit unum florenum et residuum, videlicet quatuordecim florenos ad servandum coce Cristoferus iterum per se dedit. Et post recessum plebani mandavit sibi Cristoferus marsubium cum peccunia coce portare et vidit aliter ligaturas ligatas, aliter quam solus ligaverat, et apperto marsubio conputavit peccunias, solum undecim florenos in marsubio reperit, et perditi sunt duo floreni et XI grossi. Et dum dnus Adam domum revenisset, conquestus est de sua coca nomine Dorothea, quod peccunias sibi movit et duos florenos cum XI grossis perditos et receptos, pro quibus florenis dictus Cristoferus peciit sibi ius ministrari, et plebanus hoc facere recusavit, petens dictum dampnum huiusmodi persolvi et famulum vestitum cum aliis apparamentis restitui. In presencia prefati plebani Adam, qui cum sua coca promisit iusticiam ministrare prefato Cristofero, et idem plebanus famulum, quem sibi receperat, vult eum inquirere et eum contra Cristofero in manus dare. Presentibus.

1844. Iacobus viccarius retulit se citasse Zophiam Colyenska de Golegori ad horam presentis diei ad instanciam Anne Knvthlyowa de Leopoli. Et ibidem dicta Anna ree Zophie non comparentis accusavit contumaciam, et dominus ream non com-

[1] W rkp. marsszvbio.

parentem pronunciavit contumacem et processus opportunos decerni. Presentibus.

1845. Iacobus Claudus piscator de Leopoli propter infirmitatem Heduigis Bylanka, que hic Leopolim tam idropica et infirma fuit adducta, ideo ad scripta dne pallatine remittimus eundem Iacobum pro sequenda iusticia cum dicta Heduigi ad forum secularem, in defectum iusticie coram nobis comparebunt[1]. Presentibus. |

DXCVI. Veneris XXVI Ianuarii (26 stycznia 1498) *audiencia coram venerabili viro dno Stanislao de Trzebochow canonico et officiali Leopoliensi gli tunc pro tribunali sedente hora terciarum, presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Gregorio, Barnabe canonicis, Simone, Iacobo et Nicolao viccariis, testibus ad premissa.* [547]

1846. In causa honorabilis Nicolai in Brzosdowcze plebani et gsi dni Demetrii de Chodorowstaw occasione decime manipularis post araturas villarum Mohylysscze, Bolszow et Lvszczany in districtu Zydaczowiensi datur terminus partibus super diferencia solucione decimarum ad felicem adventum reverendissimi dni archiepiscopi. Presentibus.

1847. Iohannes in Syemyonowska dni Kvnat familiaris constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Sponar in causa[2] matrimoniali, quam habet cum honesta Margareta de Sczyrzecz, ad agendum *etc.* Presentibus. Et ibidem dictus procurator contra Margaretam prefatam proposuit, quod a quatuor citra vel ultra annis Iohannes prefatus inito amoris nexu cum Margareta prefata contraxit secum matrimonium per verba de presenti, propter quod ipsum Iohannem ad actus carnales admisit et proles inde secuta est. Tandem ipso Iohanne in bello existente dicta Margareta medio tempore indebite certificata alium superduxit maritum in preiudicium prioris contractus, petens dictam Margaretam ad consumandum copulam contractus prioris in facie eclesie compelli et eam sibi adiudicari. In presencia ex adverso dicte Margarete, que contractum et secutam prolem, ut premittitur, publice est confessata. Et dominus iuramentum calumnie decrevit partibus hincinde prestando, quo

[1] W rkp. comperebunt.
[2] W rkp. sua.

prestito dictos coniuges in facie eclesie fore copulandos. Et ibidem in continenti ipsi coniuges hincinde iuraverunt corporaliter super contractu et prole secuta et quod veraciter per eos est propositum et responsum. Et dominus in hanc vim maritum Iohannem sartorem secundum cum dicta Margareta separavit a thoro et eidem Iohanni sartori ad alias nupcias convolandi dedit facultatem, et Iohannem priorem maritum cum Margareta per copulam in facie eclesie fore sociandam. Presentibus.

1848. Discretus Mathias capellanus dominorum in Rohatin recognovit, quod olim dno Stanislao plebano in Lanczvt pro | [547v] ornatu quatuor florenos persolvit, per honorabilem dnum Nicolaum plebanum de Golegori marcam cum media et per Nicolaum nuncium inquilinum manentem apud matrem eiusdem dni Stanislai unam marcam persolvit, residuum quatuor florenos pro festo Pasce solvere fraternitati in Lanczvt sacerdotum sub excomunicacionum penis obligatur. Presentibus.

1849. Honorabilis dnus Stephanus constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Sponnar in causa, quam habet cum Paulo plebano in Cosszczeyow, ad agendum *etc.* Presentibus.

1850. Paulus plebanus in Cossczeyow constituit in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch in causa, quam movet dno Stephano viccario, ad agendum *etc.* Presentibus.

DXCVII. Lune antepenultima Ianuarii (29 stycznia 1498) *coram venerabili dno Stanislao de Trzebochow canonico et officiali Leopoliensi hora terciarum tunc pro tribunali sedente, presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Gregorio et Barnaba canonicis, Stanislao, Simone et Nicolao viccariis, testibus ad premissa.*

1851. Honorabilis Nicolaus viccarius Leopoliensis retulit se citasse honestam Agnetem Zarogowska cum filio Nicolao suo ad horam presentis diei ad videndum ipsam sentencias incidisse declarari ob non paricionem rei obligate in actis contente. Presentibus.

1852. Venerabilis Bernhardini Vylczek decani procuratore iuxta dependenciam termini comparente et contumaciam consulum in Bussko accusante, dominus pronunciavit contumaces et processus opportunos decrevit. Presentibus.

1853. Nicolaus in Brzosdowcze plebanus constituit in suum

procuratorem honorabilem Mathiam Bar actu presbiterum ad petendum causam ad felicem adventum reverendissimi suspendi, promittens etc., prout in forma meliori. Presentibus. |

1854. Honorabilis plebani Nicolai in Brzosdowcze cum [548] nobili Stanislao Slawynsky in causa occasione perceptorum proventuum ex notariatu terrestri, que ut asseritur prefatus Nicolaus levavit, iuxta dependenciam termini ad respondendum super peticione dudum habita dominus terminum dedit ad felicem adventum reverendissimi dni archiepiscopi idem faciendi. In presencia ex adverso magistri Iacobi Sponar dicti Slawyensky procuratoris, de gravamine protestantis et quod iuxta dependenciam termini nichil est responsum per dnum Nicolaum de Brzossdowcze plebanum neque ipsius procuratorem. Presentibus.

1855. Nobilis Stanislai Slawynsky procurator ad proposicionem magistri Georgii et Iohannis executorum testamenti olim Stanislai de Hvrynow, prout terminus requirebat, respondendo negavit narrata, prout narrantur, dicto Stanislao de Hvrynow nichil teneri. Presentibus.

DXCVIII. Mercurii ultima Ianuarii (31 stycznia 1498) *audiencia coram venerabili dno Stanislao de Trzebochow canonico et officiali Leopoliensi tunc pro tribunali sedente hora terciarum, presentibus venerabili et honorabilibus Gregorio canonico, Simone, Michaele baccalario et Iacobo viccariis.*

1856. Stephanus eclesie Leopoliensis viccarius retulit se citasse magistrum Iacobum Sponnar Nicolai Capusta procuratorem ad horam presentis diei ad audiendum publicari dicta testium. Et ibidem dominus publicavit in presencia ex adverso dicti procuratoris, protestantis de excipiendo et copias petentis et terminum contradicendi, et obtinuit ad quindenam. Presentibus.

1857. In causa nobilis Ewe Korczborkowa et in presencia magistri Nicolai Harsch Barbare Zubrska procuratoris dominus iuxta dependenciam termini fatigas et impensas in lite factas previa moderacione taxavit ad mediam marcam, quam ad finem litis reconvencionalis reservavit. Et ibidem Nicolaus procurator super convencionali negavit se esse procuratorem. Presentibus. |

1858. Nobilis Barbara Zubrska rei iudicate pro spintere [548v] satis faciendo reposuit duodecim florenos magistro Iacobo Sponar nobilis Ewe Kvrczborkowa procuratori, qui susceptis dictis

florenis in medientibus, sigillo dni officialis sigillatos in possessionem suam dedit in depositum dno officiali. Presentibus.

1859. Nobilis Frederici Knyeynyczky procurator magister Iacobus Sponnar iuxta dependenciam contra Petronellam monialem excepit generaliter et verbo, quod in propria causa testis esse non potest, nam testis idoneus nullus est in causa propria, ut XV q. III sane in fine [1], petens cognosci et interloqui. Presentibus. Transscripta ex obligacionibus.

DXCIX. Lune quinta Februarii (5 lutego 1498) *audiencia coram venerabili dno Stanislao de Trzebochow canonico et officiali Leopoliensi gli tunc pro tribunali presidente, presentibus venerabili et honorabilibus Gregorio canonico, Simone et Iacobo viccariis.*

1860. Ad relacionem dni Stephani citatus est Iohannes scolaris ad instanciam Iacobi viccarii Leopoliensis ad horam presentis diei. Et ibidem prorogatur terminus partibus ad II iuris ob spem concordie testande, et in defectu concordie idem faciendi. Presentibus.

1861. Albertus Borowsky constitutus recognovit, quia a nobili Stanislao Slawynsky octo florenos arrestatos, quos allegaverat Borowsky prefato dare, non recepit neque aliquam peccuniam octo florenorum a Stanislao prefato accepit, prout Stanislaus Slawynsky coram executoribus testamenti olim plebani in Hvrynow dixit. Presentibus.

DC. Mercurii septima Februarii (7 lutego 1498). *Nil est attentatum in causis.*

DCI. Veneris nona Februarii (9 lutego 1498) *audiencia coram venerabili dno Stanislao de Trzebochow canonico et officiali Leopoliensi gli causarum auditore tunc pro tribunali sedente, presentibus venerabili et honorabilibus Gregorio canonico, Simone, Nicolao, Stanislao et Iacobo, testibus tunc audiencie.*

[549] **1862.** Stephanus viccarius retulit se citasse magistrum Nicolaum Harsch Stanislai condam in Staressyolo plebani procuratorem ad instanciam Martini Buczlowycz de Crasnystaw ad horam presentis diei. Et ibidem dicti Martini Buczlowycz et Stanislai condam plebani in Staressyolo super intencione

[1] Cytat z dekretu Gracyana c. 5 C. XV q. 3.

probacionis dicti Stanislai duplicantur inducie ad feriam quartam post Invocavit, et ibidem procurator Stanislai de dolo iuravit. Presentibus.

1863. Nicolai cantariste et Margarethe coniugum publicantur dicta testium. In presencia procuratoris dicti Nicolai ad hoc legittime citati et petentis copias et terminum excipiendi, et obtinuit ad VIII. Presentibus.

1864. Honorabilis viccarius eclesie Leopoliensis Michael Menbroth tanquam executor testamenti post mortem Michaelis dicti Babywoyth petit a laborioso Stephano luteolo triginta florenos debitos, quos demonstravit super eodem legando pro eclesia metropolitana decem, pro elemosinis pauperum hospitalis sancti Spiritus decem, et pro sacerdotibus decem pro missis legendis, petens eum ad solvendum compelli, alias si negatum fuerit, probare per testes, coram quibus legavit et debitum liquidum, de quo constat dno Andris advocato et Mathias eclesie tutore et aliis testibus, coram quibus est depositum est legatum, intendit. In presencia Stephani ex adverso petentis ad deliberandum ad quindenam, et obtinuit. Presentibus.

DCII. Lune XII Februarii (12 lutego 1498) *audiencia coram venerabili dno Stanislao de Trzebochow canonico et officiali Leopoliensi tunc pro tribunali sedente, presentibus venerabilibus et honorabilibus Bernhardo magistro, Barnabe Gregorio canonicis, Simone et Iacobo Almanorum predicatore. Et hic nichil tentum est in hac audiencia.*

1865. Honorabiles dni viccarii Leopolienses in suum procuratorem constituerunt magistrum Iacobum Sponnar contra Iohannem viccarium in Rohatin ad agendum *etc.* Presentibus[1]. |

DCIII. Mercurii XIIII Februarii (14 lutego 1498). [549v]

1866. Venerabilis dnus Bernhardinus Wylczek decanus Premisliensis et in Bussko plebanus constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Sponar in causa, quam habiturus est cum honorabili Simone in Lopaczyn plebano et arendario in dicta Bussko, ad agendum *etc.* Presentibus venerabili et honorabilibus Gregorio canonico, Nicolao, Iacobo et Stephano viccariis.

[1] Zapiska przekreślona.

1867. Honorabilis Mathias Bar retulit se citasse honorabilem Simonem in Lopaczyn plebanum ad instanciam dni Bernhardini Vylczek in Bussko plebani ad feriam sextam post Valentini proximam. Presentibus.

DCIV. Veneris XVI Februarii (16 lutego 1498).

1868. Contra testes nomine Margarete Helcznarowna inductos super intencione sua procurator ex adverso Nicolai cantariste verbo et generaliter excepit nec eos declinat, in quantum pro sua parte deponunt, in quantum pro inducente, extunc dicit, quod odio et favore sunt corrupti, petens concludi et per dominum cognosci et sentenciam suam pronunciari. In presencia magistri Iacobi Sponnar Margarete procuratoris, qui ex adverso replicavit verbo et generaliter, quod excipiens cum maliciosis suis excepcionibus non est audiendus nisi suas probaverit excepciones, quoniam testes inducti sunt homines bone fame per omnia, cives Leopolienses honesti, petens cognosci et sentenciam pronunciari. Presentibus honorabilibus Iacobo Almanorum predicatore, Casparo presbitero, Stanislao et Iohanne Baytko, testibus.

1869. Honorabilis Michael Menbrot viccarius eclesie Leopoliensis retulit se cittasse Dorotheam Ebermanowa de Cracoviensi platea ad horam presentis diei ad instanciam Simonis viccarii Leopoliensis. Et ibidem Iacobus viccarius dictam Doro-
[550] theam evincendo posuit se esse principalem verbi. | Et ibidem dnus Simon viccarius constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Sponar ad agendum et defendendum, ut in forma meliori. Et ibidem dictus procurator proposuit contra Dorotheam prefatam Hebermanowa.

1870. Honorabilium viccariorum eclesie Leopoliensis procurator contra et adversus discretum Iohannem de Rohatin viccarium gravi cum querela proposuit, quod ipse Iohannes temporibus retroactis, ut in Advento Domini transacto anni presentis, in presencia sacerdotum ibidem in Rohatin, nescitur quo spiritu ductus, sed presumitur quod iniuriandi et diffamandi animo, ausus est laxare suas habenas et in publicum perferre, quomodo viccarii Leopoliensis eclesie essent idiote, cum tamen ipsi viccarii et eorum quilibet per diocesanum suum per sufficiens examen sunt reperti, nec eclesia Leopoliensis metropolitanea sustinet idiotas viccarios, prout ipse Iohannes maliciose pretendebat,

quamquidem iniuriam et infamiam dictus procurator extimat ad centum florenos ungaricales, petens ipsum Iohannem in eisdem puniri et in expensis in lite factis condemnari. In presencia ex adverso predicti Iohannis, qui negavit narrata, prout narrantur, et procurator viccariorum obtulit se probaturum suam intencionem, petens se ad probandum admitti. Et dominus probacionem pro omnibus dilacionibus fieri decrevit. Presentibus.

DCV. Lune XIX Februarii (19 lutego 1498) *audiencia coram venerabili dno de Trzebochow Stanislao etc. officiali Leopoliensi, presentibus venerabili et honorabilibus Gregorio canonico, Iacobo, Stanislao et Casparo presbitero et viccariis.*

1871. Discretus Iacobus viccarius eclesie retulit se citasse de mandato domini magistrum Iacobum Sponnar tanquam procuratorem Barbare Wlotkowa ad videndum se peti absolvi pro altera vice a processibus, quibus Barbara Rytharowska, ad instanciam cuius citatus vel citata, ad horam presentis diei relacione per dictum Iacobum viccarium executorem facta. Presentibus.

DCVI. Veneris XXIII Februarii (23 lutego 1498) *audiencia, presentibus honorabilibus Stanislao viccario, Casparo et Iacobo presbiteris, testibus circa premissa.* [550v]

1872. Elizabet mulier de suburbio Leopoliensi iuramentum prestitit decisorium, quod cum Nicolao[1] petitore leprosorum non contraxit per verba de presenti neque solo consensu, sed neque stipulacione manus, prout ipse Nicolaus pretendebat, matrimonium contraxit, unde dominus dedit hincinde partibus ad alia vota matrimonii convolandi. Presentibus.

1873. Nobilis Barbara Rytharowska obtento absolucionis beneficio procurator nobilis Barbare Wlotkowa restituit sibi contumacie processus, quibus dictam Rytharowska excomunicare procuraverat, et terminus ad prosequendum in causa pendet ad primam iuris post Conductum Pasce Rytharowska prefate. Et ibidem in termino eodem processus restituetur terminus sub excomunicacionis pena in principalem ipso facto ferenda. Presentibus.

[1] W rkp. Nicolao cum.

1874. Barbare Zubrzska cum Ewa Corczborkowa instante procuratore super conclusione actricis, quam ex adverso procurator impedivit et petivit publicari dicta testium cum protestacione, quod salvum erit sibi excipere contra testes et eorum dicta. Et dominus publicavit copiasque partibus habere volentibus et terminum dicendi contra ad XV decrevit. Presentibus.

1875. Discretus Albertus in Bobrka viccarius retulit se citasse Michaelem molendinatorem de Bobrka ad instanciam honorabilis Stephani eclesie Leopoliensis viccarii ad horam presentis diei. Et ibidem dicto Stephano instante et contumaciam dicti Michaelis non comparentis accusante, dominus pronunciavit contumacem. Presentibus. |

[551] *DCVII. Audiencia Mercurii ultima Februarii* (28 lutego 1498).

1876. Honorabilis Iacobus viccarius in eclesia metropolitana Leopoliensi retulit se citasse Martinum Dzywny de Leopoli carnificem ad instanciam Stanislai de Cracovia ad horam presentis diei. Et ibidem dictus Stanislaus personaliter constitutus constituit procuratorem suum magistrum Iacobum Sponnar in causa, quam habere pretendit cum prefato Martino Dzywny, dans *etc.* Presentibus venerabili et honorabilibus magistro Georgio altariste, Iohanne in Czessky plebano et Iacobo viccario.

1877. Stanislai clerici de Cracovia procuratore instante et contumaciam Martini legittime citati non comparentis accusante, dominus pronunciavit eum contumacem. Presentibus.

DCVIII. Veneris II[a] Marcii audiencia (2 marca 1498).

1878. Nobilis Paulus Pyeczychowsky cum Anna filia sua proponendo contra nobilem Tobiam Kunath de Syemyonowka per suum procuratorem querit ab eo et petit centum florenos peccunie communis tanquam ab occupatore bonorum sui fratris Martini vita functi, in qua summa idem Martinus fuit condempnatus iudicialiter per reverendissimum dominum nostrum cum inde secutis emergenciis, prout litere executoriales in se includunt. Et qui Martinus dictam quantitatem peccuniarum vel modico minus receperat a dicto Paulo Pyeczychowsky racione dotalicii post dictam Annam, cum qua matrimonium contraxerat, de qua peccunia exdotaliciaverat sororem germanam suam Zo-

phiam, post cuius mortem Zophie dicta peccunia rediit ad ipsum Martinum viceversa, et illam quantitatem peccuniarum demonstravit in porcione sue divisionis, quam dictus Tobias frater suus possidet, petens Tobiam, ut dictam peccuniam restitueret dictis actoribus suo testamento, quod condidit, existens in extrema pariodo (!) sue vite | sive finalis diei. Et si negatum fuerit, [551v] petit se dictus procurator ad probandum admitti. Et ibidem in vim probacionis produxit testamentum, petens ipsum ad acta ingrossari, mencionem faciens eciam et de aresto reverendissimi domini nostri super dicta peccunia, quod eciam ibidem produxit. In presencia ex adverso Tobie petentis se remitti ad reverendissimum dominum nostrum et eius felicem adventum. Et dominus remisit prefigendo terminum hincinde partibus comparendi post felicem adventum in VIII. Presentibus honorabilibus Matheo in Sczyrzecz, Mathia in Hodowycze plebanis, Stanislao et Iacobo viccariis.

DCIX. Saturni III Marcii (3 marca 1498).

1879. Venerabilis dnus Andreas de Chothecz eclesie Premisliensis custos constitutus[1] aput acta in suum procuratorem constituit magistrum Nicolaum Harsch in causa, quam habiturus est cum Margaretha relicta de Prussy, ad agendum *etc.* Presentibus honorabilibus Simone et Iacobo viccariis.

1880. Eodem die nobilis Margareta relicta de Prussy constituit in suum procuratorem Iacobum Sponnar in causa, quam habet cum dno Andrea de Chothecz etc., ad agendum *etc.* Presentibus honorabili et nobili Nicolao in Golegori plebano et Stanislao Slawynsky notario terrestri, testibus.

1881. Eodem die nobilis dnus Albertus Borowsky constitutus personaliter in suum procuratorem constituit Nicolaum Harsch in causa, quam habiturus cum provido Mathia Albo cive Leopoliensi, ad agendum *etc.* Presentibus honorabili et nobili Simone viccario et Stanislao Slawynsky, testibus.

DCX. Lune V^ta Marcii (5 marca 1498) *audiencia coram venerabili dno Stanislao de Trzebochow canonico et officiali Leopoliensi tunc hora terciarum pro tribunali sedente, presen-*

[1] W rkp. constitus.

tibus venerabili et honorabilibus magistro Bernhardino canonico, Stanislao zacristiano et Nicolao viccario. |

[552] **1882.** Honorabilis dnus Stanislaus viccarius retulit se citasse Nicolaum Pustomyczky ad instanciam Nicolai institoris ad videndum publicari dicta testium. Et ibidem dominus in contumaciam partis publicavit et copias partibus habere volentibus decrevit. Presentibus.

1883. Honorabilis dnus Iacobus viccarius retulit se citasse Nicolaum cantaristam ad instanciam Margarete Helcznarowna uxoris sue ad audiendum ferri sentenciam interlocutoriam. Presentibus.

1884. Margareta consors Peschel civis Leopoliensis constituit in suum procuratorem Nicolaum Harsch in sua causa, quam habitura est cum suo marito prefato Peschel, ad agendum *etc.* Presentibus.

1885. Honesta Margareta Peschlyowa proponendo contra Martinum Peschel maritum suum petit ab eo seperari divorcio in parte propter seviciam et delictum, in quibus excedit, quia retroactis temporibus machinabatur sibi in mortem et in corporis cruciatum per se et subordinatas personas, quibus sibi administravit toxicum, a qua intoxicacione vix convaluit usa medicinis multiplicibus. Item dictus reus adulterabatur, a thoro discedendo coniugali et adulterando cum pluribus personis, et presertim cum quadam muliere Barbara, quam impragnavit (!) et dicta mulier ex eo prolem accepit, offerens se dicta actrix probaturam et petens se ad probandum admitti propter arrestacionem dicti viri simul cum muliere prefata Barbara, et in eodem instanti cum dificultate actrix mortem evasit modicum non interemta. Ideo petit ab eo separari, probare premissa intendens in contumaciam partis non comparentis. Presentibus. Et ibidem rediit reus principalis et constituit suum legittimum procuratorem Iacobum Sponar ad agendum *etc.* contra eandem
[552v] suam uxorem. Qui | procurator animo litem legittime contestando negavit narrata, prout narrantur, et dominus probacionem decrevit actori pro omnibus dilacionibus, et statim partes hincinde de calumnia vitanda iuraverunt. Et ibidem dominus vallavit penam vallatam et interposuit inter partes prefatas de securitate pacis et vite centum sexagenas communis peccunie receptibilis

per partem contravenientem tirranide pro eclesia solvenda, adiuncta eciam ibidem pena legali a legibus instituta sessionis (vel colli privacionis [1]).

DCXI. Mercurii VII Marcii (7 marca 1498) *audiencia coram venerabili Stanislao de Trzebochow canonico et officiali Leopoliensi tunc pro tribunali sedente, presentibus honorabilibus Iacobo, Stanislao, Simone viccariis et Mathia campanatore.*

1886. Andreas molendinator de Busko constituit in suum procuratorem Nicolaum Harsch in causa, quam habiturus est cum honorabili Paulo vicepreposito hospitalis Bussko, ad agendum *etc.* Presentibus.

1887. Providus Mathias Byaly recedendo a monicione cuius effectum dominus sustulit, proposuit contra nobilem Albertum Borowsky, quomodo obligatur sibi triginta marcas et ultra obligacionem quadraginta marcas, quas sibi solvere debuerat piscibus et quas ultra obligacionem super sumptus exposuerat, petens ad solvendum compelli obligata marcas triginta cum prefatis sumptibus et impensis dictis quadraginta marcarum expositis ad postulationem ipsius Alberti Borowsky iuxta dependenciam termini. In presencia Nicolai Harsch procuratoris dicti Borowsky, qui allegavit solucionem triginta marcarum obligatarum e piscatura piscium piscine molendini alias *mlynskyego stavv* in Coslow, quam piscinam bina vice | demisit et [553]
solucionem recepit piscibus, easdem vendendo et quo sibi placuit convertendo, quam probabit pro omnibus dilacionibus. Et ibidem Nicolaus procurator reconveniet prima iuris dictum actorem. Presentibus.

1888. Andreas molendinator de Bussko proponit contra discretum Paulum viceprepositum hospitalis de ibidem, quomodo ipse retroactis temporibus ante expedicionem bellicam in Valachiam recepit ab eo in vim restitucionis duo brasea in valore decem florenorum, item de tritico truncos tres cum medio valoris protunc truncum per tres fertones, de siligine quinque truncos cum medio, truncum tunc valentem per mediam sexagenam. Ideo petit dictas summas ipsum compelli ad solvendum vel restituendum frumenta, et si negatum fuerit, petit se ad

[1] Ustęp ujęty nawiasem w rkp. przekreślony.

probandum admitti. In presencia ex adverso Pauli presbiteri, qui ad frumenta respondendo negavit narrata, prout narrantur, et datur ad probandum pro omnibus dilacionibus vel defferendum. Presentibus.

DCXII. Veneris IX Marcii (9 marca 1498) *audiencia coram venerabili dno Stanislao de Trzebochow canonico et officiali Leopoliensi gli tunc hora terciarum pro tribunali sedente, presentibus venerabilibus et honorabilibus Gregorio, Barnabe canonicis, Stanislao, Simone et Iacobo viccariis.*

1889. Nobilis Mathias de Borow constituit in suum procuratorem Nicolaum Harsch in causa, quam habet cum nobili Barbara Wlotkowa, ad agendum etc., promittens etc. Presentibus.

1890. Nobilis Dorothea Bronyslawska constituit in suum procuratorem Nicolaum Harsch in causa, quam sibi movet Ewa Korczborkowa, ad agendum *etc.* |

[553v] **1891.** Nobilis Ewe Corczborkowa procurator eiusdem Ewe nomine, cavendo pro ratihabicione sue principalis, proponit contra nobilem Dorotheam Bronyslawska, quod temporibus retroactis, dum et quando ipsa Dorothea concomitasset cum prefata Ewa de terra Sanociensi in uno vegiculo et ipsam Ewam in domum suam Lyassky amicabiliter recepisset, promittens sibi de omni idemnitate, tanquam in propria domo sua esset, et in hanc vim dicta Ewa deposuit aput prefatam Dorotheam et in eius caminata res suas et cistulam cum peccuniis, dum ibidem in Lyassky pernoctaret. Ubi dum predicta Ewa relicta cistula in caminata mane surrexisset, infra intervallum, quo in stuba pausabat, cum clavibus ibidem in caminata dimissis apperta isti cistula, ut presumitur per dictam Dorotheam domus hospitam, et de eadem cistula recepte sunt et perdite prefate Ewe quatuor marce peccunie et legibula de *bursztin* in valore unius floreni, petens ipsam Dorotheam tanquam hospitam de indemnitate promittente(!) ad solucionem marcarum quatuor et legibulorum cogi et compelli. In presencia ex adverso Nico*[lai]* Harsch procuratoris dicte Dorothee, qui respondebit vel contradicet in XV. Presentibus.

1892. Iohannes Wysschota de Tyczyn constituit suum procuratorem Iacobum Sponar in causa, quam movet Katherine de Bussko, ad agendum *etc.* Presentibus.

1893. Iohannes Wysszota de Tyczyn diocesis Premisliensis per procuratorem suum proponit contra Katherinam de lupanari in Bussko, quod ipsa licet matrimonialiter sibi fuerat copulata, ipsum matrimonium sedando, per annos XII citra vel ultra ab eo divagabatur in lupanari publice adulterando, petens per divorcium seperari. In presencia ex adverso dicte Katherine, que affirmavit proposita esse vera et die hodierna aduc in lupanari permanere, et dominus in hanc vim dictos coniuges a thoro et ab invicem seperavit decreto mediante. Presentibus. |

DCXIII. Martis XIII Marcii (13 marca 1498). [554]

1894. Gsi Petrus et Otha fratres germani, cavendo pro ratihabicione aliorum germanorum, constituerunt in suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch in causa, quam movere intendunt et movent provido Andree Andris consuli Leopoliensi, ad agendum *etc.* Presentibus nobili et discreto Mathia Figoth Odoyewsky et Mathia de Drohobycz cantore scole.

DCXIV. Mercurii XIIII Marcii (14 marca 1498).

1895. Providus Andreas Andris civis Leopoliensis constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Sponnar in causa, quam habiturus est cum dnis de Chothecz germanis castellanis Haliciensibus, dans *etc.* Presentibus honorabilibus et famosis Michaele Menbrot viccario, Martino Romano graciali, Nicolao Tyczka advocato, Stanislao Myenda et Mathia consule civibus Leopoliensibus.

DCXV. Veneris XVI Marcii (16 marca 1498) *audiencia coram venerabili dno Stanislao de Trzebochow canonico et officiali Leopoliensi tunc pro tribunali hora terciarum sedente, presentibus venerabilibus et honorabilibus Gregorio, Barnabe canonicis, Simone, Stanislao et Casparo viccariis.*

1896. Honorabilis dnus Iohannes in Golegori plebanus retulit se citasse Albertum Grochowsky et Elenam eius uxorem et terminum ipsis coniugibus in causa matrimoniali ad horam presentis diei prefixit. Presentibus.

1897. Stanislaus viccarius et zacristianus Leopoliensis retulit se citasse dnum custodem ad sanctam Crucem ad instan-

ciam Iohannis in Czessky plebani ad audiendum ferri sentenciam. Presentibus. |

[554v] **1898.** Discretus Stephanus eclesie Leopoliensis viccarius personaliter constitutus recognovit, quia Petrus Schado civis Leopoliensis pro Georgio Frederici solvit sibi pro equo quatuor florenos, pro quibus ipsum Georgium quittatum et liberum dimisit. Retulitque idem Stephanus viccarius una cum Frycz barbitonsore de Leopoli, quod ipse Georgius in hanc vim emisit liberum de iurisdicione civili dictum Petrum Schado et Ni*[colaum]* Wydawsky occasione equi, quem ipse Wydawsky de domo eius acceperat, et Petrus Schado in iure civili racione eiusdem equi pro Mathia Mylek caucionem prestiterat, sic quod prefatus Georgius de cetero Petrum Schado et Wydawsky pro ipsa re in iure civili molestare et impetere non debet. Presentibus.

1899. Elena de Golegori constituit in suum procuratorem Iacobum Sponnar in causa, quam habet cum Alberto marito suo. Et ibidem procurator dicte Elene contra prefatum Albertum eius maritum proponit gravi in querela, quod quamvis ipsa Elena matrimonium contraxerit cum dicto Alberto et ipsum in bona sua et domum suam in Golegori in spem coniugalis affectionis receperit, ipse Albertus, salutis sue immemor, in sensum reprobum datus, federa matrimonii violando bona prefate Elene fere omnia iam dilapidavit et eam sine causa et racione inseviendo in capite vulneravit et expost contra coniugalem disciplinam pluribus vicibus baculis verberavit excessive, ab eo ut iam surda facta est et tantam seviciam sui mariti tollerare minime valet, et si negatum, probare intendit, petens propter severitatem mariti et bonorum dilapidacionem a thoro separari matrimoniali. In presencia ex adverso dicti Alberti, qui respondendo negavit Elenam uxorem suam vulnerasse et baculis afflixisse, et correctionem coniugalem virgis et flagellis duntaxat fecisse, modum
[555] correctionis non excedendo, | dilapidacionemque bonorum similiter negat. Et dominus probacionem petitam admisit et iudicem remissarium super examinandis testibus dnum Iohannem in dicta Golegori plebanum per partes hincinde petitum deputavit. Presentibus.

1900. Honorabilis Iacobus mansionarius ad sanctam Katerinam in castro retulit se citasse Nicolaum Harsch in causa

plebani in Cossczeyow procuratorem ad audiendum ferri sentenciam interlocutoriam ad instanciam Stephani viccarii. Presentibus.

DCXVI. Lune XIX Marcii (19 marca 1498) *audiencia. Audiencia coram venerabili dno Stanislao de Trzebochow canonico et officiali Leopoliensi gli tunc pro tribunali sedente, presentibus venerabilibus et honorabilibus Gregorio, Barnaba, Simone, Stanislao et Nicolao viccariis* [1].

DCXVII. Mercurii XXI Marcii (21 marca 1498) *audiencia. Audiencia coram venerabili dno Stanislao de Trzebochow canonico et officiali Leopoliensi gli tunc pro tribunali sedente, presentibus venerabilibus et honorabilibus Gregorio, Barnabe canonicis, Nicolao, Simone et Stanislao viccariis.*

1901 [2]. Nobilis Mylochna vexilifera Haliciensis [3] constituta personaliter aput acta constituit in suum procuratorem Iacobum Sponnar in causa, quam habet cum honorabili dno Simone altarista de Ponyathy, ad agendum *etc.* Presentibus [4]. Et ibidem dicte nobilis Mylochne procurator proposuit contra prefatum dnum Simonem, quomodo anno preterito citra festum beati Bartholomei olim Nicolaus Goldacz eius privignus emerat aput eundem dnum Simonem foro prata in Polmolaty, decem matutinalia alias *ivthrznye*, quodlibet matutinale pro sex grossis, pro quibus | sibi solvit iuxta fori contractum florenos duos, et in [555v] vim huiusmodi contractus ipsa nobilis Mylochna et filius eius Petrus, ad quem pertinebat et pertinet post obitum prefati Nicolai bonorum devolucio naturalis, laboribus hominum suorum predicta prata taliter empta succiderunt et falcaverunt suisque sumptibus et impensis in fenum et artomos cumulaverunt. Ipse dnus Simon expost non attento contractu huiusmodi, laboribus, sumptibus et impensis dicte Mylochna et eius filii fenum paratum in valore quinque marcarum alteri vendidit, cuidam Iohani Kotharba de Chodorowstaw, quem ibidem coram iudicio prefatus dnus Simon evicit, cuius eviccionis literas in vim probacionis ipsa dna Mylochna produxit. Nunc vero dum ipsa dna Mylochna

[1] W rkp. po tym terminie kilka wierszy niezapisanych.

[2] Nad tą zapiską dodano później innem pismem: Pomoniat.

[3] W rkp. po tym wyrazie słowa: suo et filii sui nomine Petri, później przekreślone.

[4] W rkp. dopisek: constat mihi de correctione.

congregans armentum suum ad pabulandum cum feno predicto, comperit fenum receptum et ob defectum pabulorum feni decem peccora sibi mortificata sunt fame, sic quod per hoc in viginti marcis est dampnificata, et si negatum fuerit, forum probare intendit et feni recepcionem, petens ipsum dnum Simonem ad solucionem feni, puta quinque marcarum, et dampni restitucionem cogi et compelli. In presencia ex adverso prefati dni Simonis petentis inducias deliberatorias, qui deliberatus respondebit in XV. Presentibus.

DCXVIII. Veneris XXIII Marcii (23 marca 1498) *audiencia. Audiencia coram venerabili dno Stanislao de Trzebochow canonico et officiali Leopoliensi tunc pro tribunali sedente hora terciarum, presentibus venerabilibus et honorabilibus magistro Bernhardino, Gregorio canonicis, Simone, Nicolao et Stanislao viccariis.*

1902. Honorabilis Iohannes in Czessky plebanus retulit se citasse executores testamenti olim Stanislai de Hvrynow, et presertim magistrum Georgium, ad horam presentis diei ad instanciam Stanislai Slawynsky, cuius procurator magister Iacobus Sponnar in dicto allegavit termino causam inter prefatos executores tanquam actores et ipsum Slawynsky reum per litiscontestacionem dudum introductam fuisse iudicialiter. Et dictis executoribus nil probantibus sua super intencione pro omnibus dilacionibus et ultra, prefatus procurator Stanislai ob defectum
[556] probacionis petivit se | ab instancia absolvi. In presencia ex adverso dicti magistri Georgii petentis se remitti ad felicem adventum reverendissimi domini, et dominus remisit. Presentibus.

1903. Nobilis Dorothea Bronyslawska ad proposicionem nobilis Ewe Corczborkowa, prout terminus requirit, per suum procuratorem animo litem legittime contestantis, quantum ad concomitatum factum in Sanok respondet per verbum credit hoc fuisse verum et quod in Lyasszky ad bona dicte Dorothee partes descenderunt, sed quod sibi de indemnitate cavisset pars parti, respondet per verbum non credit, quia ipsa Dorothea cum suo marito possident domum securam, nemini caventes de dampno, qui ad eos ingreditur, sive probus sive improbus, expensas eidem non denegavit domus consuetas, quantum autem ad delictum furti obiectum sibi Dorothee, quod peccunias quatuor

marcas et legibula valoris unius floreni de cistula recepisset, prout actrix presumit, negat narrata per totum, respondendo per verbum non credit, petens partem actricem compelli ad inscribendum de pena tallionis, in quantum in probacione defficiet, et hoc protestando de iniuria et infamia ex post non pretermitenda impunita, actionem imposterum reservata, petens per dominum interloqui et cognosci. In presencia ex adverso Iacobi Ewe procuratoris, qui replicabit in XV. Presentibus. Et ibidem Iacobus produxit literam constitucionis dicte Ewe sibi latas super constitucione procuratoris prefati magistri Iacobi Sponar propter discrimina viarum, quibus stantibus sola nequit interesse, et dominus constitucionem approbavit et admisit. Presentibus.

1904. Iohannes thabernator de Cosszczeyow per Paulum plebanum iuravit de veritate dicenda tanquam testis contra Stephanum viccarium Leopoliensem.

1905. Honorabilis Paulus gracialis presbiter retulit se citasse de mandato domini dnum custodem conventus sancte Crucis ad horam presentis diei ad instanciam venerabilis Iohannis in Czesszky plebani ad audiendum et videndum taxari | expensas. Et dominus in contumaciam partis non comparentis [556v] moderacione previa ad tres fertones taxavit. Presentibus.

DCXIX. Lune XXVI Marcii (26 marca 1498) *audiencia coram venerabili dno Stanislao de Trzebochow canonico et officiali Leopoliensi gli tunc pro tribunali hora terciarum sedente, presentibus venerabili et honorabilibus Gregorio Barnabe canonico, Simone, Stanislao et Casparo viccariis.*

1906. Honorabilis Albertus in Bobrka viccarius constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Sponar in causa, quam sibi movet Stanislaus in Wolkow *woyewoda*, ad agendum *etc.* Presentibus.

1907. In causa Anne Bedlyanka de Rohathyn et Iacobi piscatoris vidui de Leopoli propter egritudinem dicte Bedlyanka prorogatur terminus idem faciendi ad primam iuris post Conductum Pasce, et ibidem ipsa Bedlyanka verificabit suam infirmitatem medio iuramento. Presentibus.

1908. Famosus Nicolaus Tyczka civis et advocatus Leopoliensis personaliter constitutus constituit suum procuratorem magistrum Iacobum Sponar in causa, quam movet nobili Deme-

trio de Chodorkowycze, agendi, defendendi, ut in forma meliori. Et ibidem dictus procurator procuratorio nomine proponit contra prefatum Demetrium, ad horam presentis diei per Albertum in Bobrka viccarium legittime cittatum, quod licet ipse Demetrius vendendo piscinam suam in Chodorkowycze predicto dno Nicolao Tyczka et Nicolao Harnasto inscripserat se in actis eisdem emptoribus post inscripcionem a piscacione dicte piscine cessare per se et subordinatas personas, ac tamen his non attentis lomas secuere procuravit, et in ipsa piscina piscatus est, et ita per talem suam piscacionem dampnificavit prefatum dnum Tyczka emptorem in quinque marcis, petens ipsum vigore in-
[557] sripcionis acticate ad | restitucionem dampni prefati cogi et compelli, et si negatum fuerit, defert ipsius Demetrii iuramento. In presencia ex adverso predicti Demetrii, qui deliberatus respondebit in VIII Conductus Pasce. Presentibus.

DCXX. Mercurii XXVIII Marcii (28 marca 1498) *audiencia coram dno Stanislao de Trzebochow canonico et officiali Leopoliensi gli tunc hora terciarum pro tribunali sedente ad iura reddendum et causas audiendum, presentibus venerabilibus Bernhardino magistro, Barnabe canonicis, Nicolao, Casparo et Simone viccariis.*

1909. Honorabilis Simon altarista Leopoliensis contra nobilem Mylochna Goldaczowa constituit in suum procuratorem Nicolaum Harsch ad agendum *etc.* Presentibus.

1910. Nobilis Paulus Pyeczyhowsky contra nobilem Thobiam Kvnath de Syemyonowka constituit in suum procuratorem Nicolaum Harsch ad agendum *etc.* Presentibus.

1911. Famosi Andree civis et consulis Leopoliensis procurator contra et adversus gsos Petrum et Otho de Chodecz capittaneos Haliciensis aliosque ipsorum germanos proponit, quod licet de anno Domini 1497 die Mercurii XV Februarii per venerabilem dnum Andream custodem eclesie Premisliensis principalem venditorem piscine in Bolschow vendendo piscinam ibidem dicto Andree inscripserunt se ad acta et promiserunt sibi omnem indempnitatem, et presertim ut si ducentas marcas exigere non posset ex dicte piscine piscibus, quod tunc dampnum huiusmodi resartire debuerunt, et in hanc vim ipse Andreas prefatam piscinam piscatus est, et propter defectum piscium

in eadem piscina nulla racione nullove labore et dimidium alterum centum | marcas exigere potuit, sed preterea de pro- [557v]
priis sumptibus et impensis, quando fecit cum familia, equis et precio piscatorum, vasis, sale et aliis necessariis ad prefatam piscinam pertinentibus, impendit viginti duas marcas, et ex quo predicti germani promiserunt ipsum Andream reddere indemnem et ad acta se obligaverunt, referens se ad eadem acta petit ipsos germanos ad resarcionem dampni viginti duarum marcarum cogi et compelli, et si negatum fuerit, probabit per iuratoriam probacionem. In presencia Nicolai Harsch gsorum Haliciensium procuratoris, deliberantis ad primam iuris post Conductum Pasce. Presentibus.

1912. In causa honorabilis Iohannis in Cessczky plebani ex una et venerandi Valentini custodis ad sanctam Crucem partibus ex altera instante procuratore dicti Iohannis de Czessky plebani et in presencia dni custodis ad hoc legittime cittati petentis sentenciam debite execucioni demandari, et dominus demandavit et processus executoriales decrevit fore dandas. Presentibus.

DCXXI. Veneris penultima Marcii (30 marca 1498) *audiencia coram venerabili dno Stanislao de Trzebochow canonico et officiali Leopoliensi gli tunc pro tribunali sedente, presentibus venerabili et honorabilibus Gregorio canonico, Simone, Stanislao et Casparo viccariis, testibus ad premissa.*

1913. In causa Pauli plebani in Cossczeyow et Stephani condam in eadem Cossczeyow plebani, ipsorum procuratoribus hincinde in causa concludi petentibus, dominus conclusit. Presentibus.

DCXXII. Saturni ultima Marcii (31 marca 1498).

1914. Gsa dna Barbara Monastyrska aput acta personaliter constituta suo et sui mariti Iohannis nominibus, pro ratihabicione sui mariti cavendo, constituit suum legittimum procuratorem magistrum Iacobum Sponar in causa, quam habet vel habitura est cum provido Martino Tlvssty cive Leopoliensi, ad agendum *etc.* Presentibus Ieronimo Krzynolowsky et Ieorgio Yablonowsky. |

1915. Eodem die Iohannes currificis dni Perrcii zupparii [558]
notarius personaliter constitutus constituit suum legittimum pro-

curatorem magistrum Iacobum Sponar in causis, quas habet vel movere sibi intendunt providus Nicolaus institor de Leopoli et Iohannes procurator in Dalyeow, ad agendum *etc.* Presentibus.

DCXXIII. Lune secunda Aprilis (2 kwietnia 1498) *audiencia. Audiencia coram venerabili dno Stanislao de Trzebochow canonico et officiali Leopoliensi gli tunc pro tribunali hora terciarum sedente, presentibus venerabilibus et honorabilibus Gregorio et Barnaba canonicis, Simone, Stanislao et Stephano viccariis, testibus.*

1916. Stephanus de Grodek balneator constitutus personaliter constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Sponar in causa, quam habiturus est cum laborioso Martino tabernatore de Wynnyky, ad agendum *etc.* Presentibus.

1917. Honestus Iohannes olim procurator in Dalyeow gsi Petri Cola constituit suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch contra ingeniosum Iohannem currificis et discretum Nicolaum plebanum da Dalyeow ad agendum *etc.* Presentibus.

1918. Iohannes olim in Dalyeow procurator petit per suum procuratorem duos florenos peccunie communis et sellam valoris viginti grossorum residui debiti pro equo vendito, quem foro emit Iohannes currificis et dudum solvere debuit et non solvit, petens compelli ad solvendum, et si negatum fuerit, probabit vel deferret actor. In presencia magistri Iacobi Sponnar Iohannis procuratoris, qui allegavit dicto actori esse obiectum crimen furti per dominum ipsius Cola, de quo crimine nondum se idem actor expurgavit. Item quia hincinde partes sunt seculares, petens ob hoc negocium cause usque ad purgacionem suspendi et tandem ad forum secularem remitti. Et dominus decrevit probacionem reo, quod non sit clericus, in VIII. |

[558v] **1919.** Magdalena de Leopoli constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Sponnar in causa, quam habet cum Iohanne Balazor marito suo, ad agendum *etc.* Presentibus.

1920. Venerandus et religiosus pater Valentinus custos fratrum Minorum ordinis conventus sancte Crucis personaliter constitutus unacum suo conventu constituit et ordinavit suum verum et legittimum sindicum magistrum Iacobum Sponnar in omnibus suis et sui conventus causis, quas habet vel habiturus

est cum quibuscumque personis tam spiritualibus quam secularibus, speciei per genus non derogando, dans *etc.* Presentibus.

1921. Nobilis Nicolaus Pustomyczky personaliter constitutus constituit in suum procuratorem Nicolaum Harsch in causa, quam habet cum Katherina consorte Fabiani de Leopoli, ad agendum *etc.* Presentibus.

1922. Barbara Zubrska ex diffinita sentencia per dominum pronunciata obtinuit iuramentum decisorium super sua intencione et valore impensarum expositarum per partem adversam dnam Ewam Corczborkowa cum familia et equis, quod prestitit iurando super duodecim florenis moderacione previa. In presencia procuratoris partis ex adverso, petens dicta actrix ad ulteriora precedi et sentenciam execucioni demandari. Presentibus.

1923. Venerandi patris dni Valentini custodis fratrum Minorum et sui conventus procurator contra et adversus nobilem Thomam Weruchowsky reverendissimi dni archiepiscopi in Stawczani procuratorem, nobilem Iacobum Hermanowsky legittime ad instanciam dicti patris custodis et sui conventus cittatum evincentem et intercedentem, gravi cum querela proponit, quod cum omnia et singula claustra fratrum | Minorum per summos [559] pontifices sunt speciali gracia amplexata et privilegiata, quod nullus ad ipsorum claustra fugientes insequi cum armis vel sine armis sed neque eos extrahere presumat fugientes sub pena centum marcarum, his non attentis prefatus nobilis Thomas Wervchowsky de anno presenti sabbato ante dominicam Iudica in reprobum sensum datus, manu armata et violenta ausus est insequi quendam hominem thabernatorem de Czarnvchowycze usque ad claustri sui ambitum in Leopoli, ubi eundem hominem graviter vulneravit, unde sparssus est sanguis superflue in ambitu loco consecrato, petens ob hoc dictum sacrilegam in centum marcis condempnari et contra ipsum sacrilegam interdictum decerni. In presencia Thome ex adverso, qui animo et intencione litem contestando confessus est vulnerasse prefatum tabernatorem ante castellum et non in ambitu, prout actor pretendit, quam quidem iniuriam et violenciam actor obtulit se probaturum. Presentibus.

1924. Honorabilis Stephanus eclesie metropolitane Leopoliensis retulit de facto monuisse Stanislaum vicezupparium in Grodek pro decem florenis venerabili capitulo Leopoliensi ad

preterita quatuortempora Cinerum ex teloneo debitos solvere pro dominica Iudica, et ipso non solvente pro eadem dominica lapsa, dominus monicionem huiusmodi roboravit. Presentibus.

1925. Stephanus opidanus de Camyonka personaliter constitutus constituit in suum procuratorem Iacobum Sponar in causa, quam habiturus est cum honorabili Stanislao in Szoltancze plebano, ad agendum *etc.* Presentibus.

1926. Honorabilis Simon eclesie Leopoliensis viccarius constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Sponnar in causa, quam habet cum Barbara Georgii aurifabri consorte de Leopoli, ad agendum *etc.* Presentibus. |

[559v] *DCXXIV. Mercurii IIII^ta^ Aprilis* (4 kwietnia 1498) *audiencia coram venerabili Stanislao de Trzebochow canonicus(!) et officiali Leopoliensi gli tunc pro tribunali sedente et me Nicolao Andree de Czyechomycze clerici Plocensis diocesis imperiali auctoritate notarii, presentibus venerabili et honorabilibus Bernhardino magistro canonico, Simone, Nicolao et Stanislao viccariis.*

1927. Honorabilis Simon altarista Leopoliensis, prout terminus requirit, per suum procuratorem constitutum ad summariam peticionem nobilis Mylochne Goldaczowa cum suo litis consorte animo litem legittime contestandi negavit narrata, prout narrantur, hoc adiuncto, quod ipse Simon prata propter fenum vendidit pro tribus marcis et aliis rebus restrictis in reconvencionali et ipsa Mylochna dictum fenum recepit in artomis et cassulis nec ipse Simon habetur in culpa, quod sua peccora mortificavit, quia fenum dimissum, quod depascebatur per terrigenam vicinum eius equis et peccoribus, videns Simon dampnum hoc vendidit et non Iohanni Cotharba, paratus defalcare super forum et suum debitum, petens ad probandum admitti suum reconvencionalem et responsionem. In presencia ex adverso magistri Iacobi Sponar, qui verbo excepit contra libellum reconvencionalem, quod Mylochna Goldaczowa residet in dotalico (!) suo et non est sibi ad interesse et ad respondendum pro contentis in reconvencionali, quia est superstes heres Petrus frater olim Nicolai Goldacz. Si pro aliquo videbitur idem superstes culpabilis Simoni, trahat eum et conveniat, petens cognosci et interloqui. Et ibidem Nico*[laus]* Harsch Simonis procurator

replicavit, quod ipsa Mylochna, que se hic dicit non habere interesse ad litem, rapuit fenum dicto dno Simoni non exolutum, quod offert se dictus procurator probaturum, tanquam illam, que suum principalem convenit pro dicto feno et pro suo dampno, ideo pari passu negocium requiritur tractandum, petens eciam interloqui. Ad ea Iacobus Sponar duplicante, quod de raptu non est ad propositum in libello reconvencionali, ergo ad respondendum Mylochna non est cogenda, et dominus obtulit se interlocuturum. Presentibus.

1928. Religiose Clare Beguina in causa cum nobili Frederico Knyeynyczky presentibus parcium procuratoribus dominus publicavit dicta testium et copias partibus admisit. Et ibidem magister Iacobus Sponar prima iuris post Conductum Pasce excipiet. Presentibus [1]. |

1929. ..... propter quam absenciam suspicionem habet [560] maritus a toxico, ne per eam intoxicaretur, et hoc propter conminacionem, qua machinabatur dicta Hedvigis sibi Mathie marito in mortem. Item administravit sibi percussionem et lesionem in manum ad digitorum abscissionem. Propter que premissa petit ab ea seperari, et si negatum fuerit, offert se probaturum, petens se admitti. In presencia ex adverso Hedvigis, que deliberat ad visionem procuratoris.

DCXXV. Veneris tercia Augusti audiencia (3 sierpnia 1498).

1930. Honorabilis Felix eclesie Leopoliensis viccarius retulit se citasse de mandato domini Magdalenam consortem Bolczar cerdonis ad instanciam Iohannis clerici de Przeworsko ad horam presentis diei. Presentibus venerabili et honorabilibus Gregorio canonico, Stanislao zacristiano et Iacobo Bruchnal Almanorum predicatore et mansionario.

1931. Iohannes de Przeworsko clericus in minoribus aput acta constitutus constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Sponnar in causa, quam movet Magdalene consorti Balczar, ad agendum *etc.* Presentibus.

1932. Nobilis Elizabeth Carassyowa de Rohatin et Dobeslaus eius maritus personaliter constituti constituerunt in suum legittimum procuratorem magistrum Iacobum Sponnar in causa,

[1] Po tej zapisce brak w rkp. prawdopodobnie całego seksternu.

quam movet ipsis dnus Herbortowsky terrigena, ad agendum *etc.* Presentibus.

1933. Honorabilis Stanislaus zacristianus retulit se de mandato domini monuisse Nicolaum cantaristam ad instanciam Margarethe consortis ipsius, ut infra tres *[dies?]* sentencie dudum late pareat et fideiussores pro securitate vite eidem Margarethe sub excomunicacionum penis ponat. Presentibus. |

[560v] **1934.** Iohannis clerici de Przeworsko procuratore instante et contumaciam Magdalene Bolczar non comparentis accusante, pronunciatur contumax. Presentibus.

DCXXVI. Lune XIII Augusti (13 sierpnia 1498).

1935. Michael Scholcz impediendo robur monicionis ad instanciam nobilis Iohannis Malyeczkowsky fulminate et tollendo effectum eiusdem monicionis allegavit dampnum suscepisse in piscatura piscium, quod non plus duntaxat marcas sex cum media et sex grossos se recepisse pro piscibus episcatis, pro quo dampno dictus Iohannes cavit. Ideo petit eum compelli ad resarciendum aut iuxta obligacionem admitti super aliis piscinis piscari in eadem aqua, in qua dicte piscine tempore fori contracti fuerunt et aparuerunt, quod ipse Iohannes non tenet, quia dictas piscinas alciori aqua inundavit in ipsius dampnum Michaelis, quod dampnum extimat ad duodecim marcas in defectu piscium et in rebus, familia et fatigis. In presencia ex adverso dicti Iohannis Malyeczkowsky, qui replicando petivit se penes contractum et obligacionem in actis dimitti et conservari, nichilominus tamen postquam Michael raciocinans iuraverit super quantitate peccuniarum pro piscibus receptarum, ipse Iohannes non recusat iuxta obligacionis exigenciam piscacionem piscium sibi in aliis duabus piscinis fieri negatque, quod in dampnum Michaelis aquam piscinarum elevasset, sed in melioracionem et pociorem piscium in estate conservacionem, petens cognosci et interloqui. Et a simili Michael prefatus interloqui petivit, et dominus promisit interlocuturum prima iuris. Presentibus venerabili et honorabilibus Iohanne Crowyczky decano, Ioseph et Adam viccariis.

DCXXVII. Veneris XVII Augusti (17 sierpnia 1498).

1936. Dominus pronunciata interlocutoria inter partes nobilem Ianussium Malyeczkowsky et Michaelem Scholcz post hoc

decrevit suscepto iuramento a partibus, quod ipse Michael episcabitur duas | piscinas in obligacione expressas resarciendo [561] suum dampnum ad festum sancti Michaelis proximum instans, sedicione mitigata. Si autem guerre vigerint, extunc ad festum sancti Martini. Et ibidem marcas quatuor post dampnum resarcitum solvent emptores sibi vendenti peccunie residue. Presentibus venerabili et honorabilibus Iohanne Crowyczky decano, Nicolao plebano in Golegori et Casper viccario.

DCXXVIII. Audiencia prima post festum sancti Bartholomei, Lune vicesima septima mensis Augusti (27 sierpnia 1498) *coram venerabili dno Stanislao de Trzebochow canonici (!) et officiali Leopoliensi gli tunc pro tribunali hora terciarum sedente et me Nicolao notario causarum coram sua venerabilitate, presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Iohanne Crowyczky decano, Gregorio Barnabe canonico, Stanislao zacristiano, Casper, Adam et Felice viccariis, testibus circa premissa.*

1937. Honesta Margaretha de Bussko aput acta personaliter constituta[1] constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Sponnar in causa, quam movet Michaeli Odrzygoscz marito suo de prefato Bussko, ad agendum *etc.* Presentibus.

1938. Honorabilis Stanislaus altarista de Bussko aput acta constitutus constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Sponnar in causa, quam movet consulibus, viceadvocato et scabinis in eadem Bussko, ad agendum *etc.* Presentibus.

1939. Nobilis Nicolaus vicezupparius Drohobicensis personaliter constitutus constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Sponnar in causa, quam sibi movet honorabilis Simon eclesie Leopoliensis altarista, ad agendum *etc.* Presentibus. |

1940. Honorabilis Simon altarista Leopoliensis petit a nobili [561v] Nicolao de Fvlyno factore de Zagorze gsi Perocii Italici de Florencia zupparii Drohobicensis quatuordecim marcas minus uno fertone peccunie receptibilis, decem marcas intuitu piscine, quas sibi Perocius tenetur, et tres sexagenas census retenti de villa Psary pro suo altari tanquam ab evictore Nicolao, qui est inductus ad solvendum dictum debitum per ipsum Perocium in eius recessu in Italiam, quod debitum ipse promisit solvere et suscepit ad solvendum tanquam proprium et hucusque tardat. Et si hoc

[1] W rkp. constituit.

negaverit, probabitur contra ipsum negantem, petendo se ad probandum admitti. In presencia ex adverso magistri Iacobi Sponnar dicti Iacobi [1] procuratoris, qui respondebit in VIII. Presentibus.

1941. Executorum testamenti olim Georgii fratris Drohobysschek de Grodek procuratore instante et magistro Nicolao Harsch ex adverso Barthoschowa et eius nepotis procuratore nichil contra dicentis(!) et oneri procuracionis cedentis(!), dominus pronunciavit eius principales contumaces. Presentibus.

1942. Discretus Casper viccarius retulit se citasse magistrum Iacobum Sponnar Andree Nyzynsky procuratorem ad instanciam honorabilis Simonis arendarii de Bussko ad horam presentis diei ad videndum publicari dicta testium, et dominus publicavit etc. In presencia ex adverso dicti Nizinsky procuratoris, qui petivit copias et terminum excipiendi, et obtinuit in quindena. Presentibus.

1943. Michael Scholcz civis Leopoliensis protestatus est circa acta constitutus contra nobilem Iohannem Malyeczkowsky, quia in piscinis per ipsum demonstratis ad resarciendum dampnum facta diligencia in piscatura et unius dimissionis non valet et neque potuit attingere et adipisci dampnum, in quod incurrit et pro quo sibi dictus Malyeczkowsky cavit, petens dampnum duodecim marcas compelli ad solvendum. Et hicidem dictus Michael habens pro ratho actus continuatos per procuratorem ipsum constituit magistrum Nicolaum Harsch contra prefatum Iohannem Malyeczkowsky ratificacione habita ad agendum *etc.* Presentibus. |

[562] **1944.** Nobilis Lucas advocatus in Prvssy ad proposicionem honorabilis Iohannis plebani in ibidem negavit narrata, prout narrantur, nec evicit aut intercedit ipsum Sokolowsky raptorem equorum, propterea querendum petit, et datur ad probandum actori pro omnibus dilacionibus. Presentibus.

1945. Elizabeth Carassyowe de Halycz procurator protestatus est de diligencia termini, quia Herborthowsky actor, cittata ipsa Elizabeth et monita, in eodem termino non comparuit.

DCXXIX. Mercurii [XXIX Augusti] [1] (29 sierpnia 1498).

1946. Honorabilis Simon arendarius in Bussko repositis peccuniis debitoriis sibi dno decano Wylczek occasione arende

[1] Powinno być: Nicolai.

capelle in Bussko, quarum peccuniarum finalem marcam tenetur solvere pro festo sancti Simonis et Iude proximo advenienti, quia ipsam sub sua consciencia nunc non potuit dare ad presens solvendam, et ex respectibus ipsum Simonem moventibus, dampni sedicionis belli, guerre et paganice invasionis, renunciavit de cetero arrende dicte capelle et illam resignat ac resignabit pro predicto festo Simonis et Iude instanti, timens incidere in graviora pericula et dispendia. In presencia Iacobi Sponnar dni decani Wylczek procuratoris, qui susceptis decem marcis minus uno fertone a predicto Simone arendario persolutis, protestatus est, quod si dnus decanus Wylczek huiusmodi cessioni et resignacioni capelle in Bussko stare voluerit a festo Simonis et Iude, ut premittitur, bene, — si non, extunc salvum erit sibi experiri in forma iuris pro residuis annis tribus, quibus dictus Simon cum dno decano contraxit arendam capelle prefate. Presentibus honorabilibus Iohanne in Czessky plebano, Alberto in Bobrka viccario et Casper viccario.

1947. Nicolaus cantarista civis Leopoliensis parendo rei iudicate decrete inter ipsum et uxorem suam Margaretham posuit caucionem fideiussoriam, quod eam non mutilabit neque interficiet nec aliquod membrum ab ea alienabit, gsum dnum Stanislaum Iaryczowsky iudicem terrestrem Leopoliensem et Iohannem Burza, qui pro eo caverunt, personaliter circa acta comparentes. | Et ibidem dominus decrevit contra mulierem lit- [562v]
teras opportunas. Presentibus.

1948. Elizabeth Carassyowa de Halycz procuratore instante ob non paricionem in termino principalis nobilis Herborthowsky et dictam Elizabeth ab instancia absolvi petente, dominus ipsam, ut petitum est, absolvit vimque et effectum monicionis tulit et suspendit. Presentibus. Et ibidem dictus procurator oneri renunciavit procuracionis.

1949. Nicolao cantariste de Leopoli dominus decernens sibi Margaretham uxorem eius de cetero matrimonialiter commorari decrevit, ne ipsa Margaretha eciam de cetero fugiat et transeat de cetero ad parentes suos sine licencia dicti sui mariti sub excomunicacionum penis, que in eam ferentur, si decreto huiusmodi transgredietur. Presentibus.

[1] W rkp. opuszczone.

DCXXX. Lune tercia Septembris (3 września 1498) *audiencia, presentibus honorabilibus Adam viccario, Simone altarista, Paulo in Cossczeyow plebano et Stephano ad sanctam Katherirnam substituto.*

1950. Nobilis Nicolai de Fvlyno factoris dni Perocii procurator contra proposicionem honorabilis Simonis altariste in eclesia Leopoliensi excipiendo deducit, quod non esset equum, ut dictus Nicolaus, existens servus, solvere deberet domini sui debitum, quod idem Simon querit ab eo, nam dnus Perocius dominus suus non reliquit sibi Nicolao peccunias ad solvendum. Ville Zagorze et Psary per Turcos incinerate sunt et kmethones in servitutem deducti et ita non habet unde domini sui solvere debita, speratur tamen prope diem adventus dni Perocii, qui postquam venerit, non est dubium, quod solvet debitum, quod querit Simon prefatus, petens cognosci et interloqui. In presencia ex adverso Nicolai Harsch Simonis procuratoris, qui secunda iuris replicabit. Presentibus.

1951. Honorabilis Casper eclesie Leopoliensis viccarius aput acta constitutus constituit in suum procuratorem Iacobum Sponnar ad agendum et defendendum in causa, quam sibi movet honesta Domslarowa, prout in forma meliori. Presentibus.

[568] **1952.** Honorabilis Simon altarista prestitit calumnie iuramentum super sua proposicione, exigendo ex adverso a parte iuramentum, cuius partis procurator demonstravit principalem ad iuramentum. Presentibus.

1953. Discretus Casper eclesie Leopoliensis viccarius arrestata contumacia in ipsum ad instanciam dne Domslarowa pronunciata, petivit sibi citacionem decerni ad idem faciendum, et dominus decrevit. Presentibus.

1954. Discretus Iohannes in Golegori viccarius retulit se citasse de mandato domini nobilem Petrum Wyssoczky ad instanciam honorabilis Stephani ad sanctam Katherinam substituti ad horam presentis diei.

1955. Honorabilis Stephanus ad sanctam Katherinam in castello substitutus retulit se citasse de mandato domini laboriosum Iohannem Rapstynsky ad instanciam discreti Iohannis in Golegori viccarii ad horam presentis diei. Presentibus.

1956. Actoribus Stephano et Iohanne presbiteris instanti-

bus et reorum Petri Wyssoczky et Iohannis Rapstynsky ad instanciam ipsorum cittatorum non comparencium contumaciam accusantibus, per dominum pronunciantur processuum opportunorum cum decreto. Presentibus.

DCXXXI. Martis quarta Septembris (4 września 1498).

1957. Nobilis Iohannes Chomatowsky suo et aliorum coexecutorum testamenti olim Mathie servitoris dni Gologorsky nominibus aput acta personaliter constitutus constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Sponnar ad petendum dictum testamentum ratificari et auctoritatem ordinariam apponi ac aliis in causis dictum testamentum concernentibus, ad agendum et defendendum, prout alias lacius in forma meliori. Presentibus honorabili et discreto Nicolao in Golegori plebano et Stephano ad sanctam Katherinam substituto. |

1958. Providus Albertus opidanus de Bells, cavendo pro [563v] rathihabicione sue uxoris, constituit suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch ad agendum et defendendum in causa testamentaria asserta, quam sibi movet nobilis Iohannes Chomatowsky suo et suorum coexecutorum nominibus, ut in forma meliori. Qui Albertus presentabit plenius mandatum infra hinc ad unum mensem propter insufficienciam prioris mandati secularis consulum Belzensium, quod mandatum principalis pro ratho non habet nec habere vult. Presentibus.

DCXXXII. Mercurii V^ta^ Septembris (5 września 1498) *audiencia, presentibus venerabili et honorabilibus Iohanne Crowyczky decano, Ioseph, Adam, Stanislao et Casper viccariis, testibus ad premissa.*

1959. Honorabilis Simon eclesie Leopoliensis viccarius retulit se citasse de mandato domini discretum Paulum ad eclesiam sancte Katerine substitutum ad instanciam discreti Stephani ad eandem eclesiam substituti ad horam presentis diei. Presentibus.

1960. Providus Albertus civis Leopoliensis arrestata contumacia in ipsum ad instanciam venerabilis dni Iohannis Crowyczky decani Leopoliensis pronunciata, petivit sibi citacionem decerni ad idem faciendum, et dominus ad secundam iuris decrevit. Presentibus.

DCXXXIII. Veneris VII[a] Septembris (7 września 1498) *audiencia, presentibus venerabili et honorabilibus Iohanne Crowyczky decano, Simone, Nicolao et Stanislao viccariis.*

1961. Honorabilis Simonis altariste Leopoliensis procurator ad responsiones Nicolai Italici pridem datas super ipsius proposicione verbo et generaliter replicavit hoc adiuncto, quia quod semel placuit, de cetero disciplere non debet Placuit Nicolao Italico, quod se solvendarium obtulit Simoni altariste in recessu Perocii versus Italiam coram honestis personis, quod Simon probare petit se admitti, et nunc sibi displicet solvere, non est equum, ideo petitur cognosci et interloqui et voluntatem pronunciari. In presencia ex adverso magistri Iacobi Sponnar Italici procuratoris, qui duplicabit I. iuris. Presentibus. |

[564] **1962.** Ingeniosus Casper campanator condam eclesie Leopoliensis petit ab honesta Agnete grossos decem octo peccunie communis mutuatos in vim solucionis, et si negatum fuerit, probabit vel deferret. In presencia Agnetis, que deliberat ad quindenam. Presentibus.

DCXXXIV. Die Mercurii XII[a] mensis Septembris (12 września 1498).

1963. Providus Michael Odrzygoscz de Busko opidanus constituit in suum procuratorem circumspectum Nicolaum Hars in causa, quam sibi honesta consors sua movet et movere intendit, dans *etc.* In presencia magistri Iacobi ex adverso procuratoris libellum producentis. Anno Domini 1498 die Mercurii XII[a] mensis Septembris oblata per magistrum Iacobum Spunar in presencia ex adverso magistri Nicolai Hars.

1964. Honorabilis Iohannes plebanus in Czessky retulit se citasse de mandato domini Iacobum procuratorem Margarete Odrzygoszczyowa ad videndum reconveniri ad horam presentis diei. Qui ibidem est reconventus presens et personaliter constitutus modo infra scripto. Honestus Michael Odrzygoscz de Busko opidanus beneficio reconvencionis proponit contra Margaretham propriam uxorem, quomodo ipsa dimissa in propria domo dicti Michaelis ibidem in Busko tanquam hospita, ipso recedente in expedicionem bellicam, extunc sibi Michaeli spoliavit domum

in ipsius absencia in suppellectilibus, in argento, stanno, rebus albis, vestimentis, vestibus, paliis, subis, peplis deauratis et aliis rebus plurimis et in peccunia triginta octo marcarum parata, que singula rapuit existimabilia ad centum marcas moderacione previa et prefatum Michaelem destruxit, deparavit, petens eam compelli dictas res ad restituendum aut verum valorem persolvendum casu quo divorcium subsequeretur, quod non timetur.

1965. Honorabilis Simon eclesie Leopoliensis viccarius retulit se citasse providum Michaelem Odrzygoscze de Busko opidanum ad instanciam honorabilis Simonis ibidem in Busko arendarii, terminum sibi ad quindenam prefigendo. |

DCXXXV. Lune XVII Septembris (17 września 1498) [564v] *audiencia coram venerabili dno Stanislao de Trzebochow canonico et officiali Leopoliensi gli hora terciarum tunc pro tribunali sedente, presentibus venerabili et honorabilibus Iohanne Cronyczky decano, Casper, Simone, Stanislao, Adam et Felice viccariis eclesie Leopoliensis.*

1966. Circumspectus Iohannes Orlynsky procurator causarum consistorii Premisliensis aput acta personaliter constitutus constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Sponnar in causa appellacionis, quam pretendit cum Nicolao et Iohanne heredibus de Rzesschow germanis, ad agendum *etc.* Presentibus.

1967. Circumspecti Iohannis Orlynsky procuratoris causarum consistorii Premisliensis magister Iacobus Sponnar procurator oblata cittacione contra gsos Nicolaum et Iohannem heredes de Rzesschow germanos in causa appellacionis legittime cittatos una cum appellacionis instrumento petivit fundari iurisdicionem. In presencia ex adverso magistri Pauli procuratoris dictorum cittatorum, de cuius procuracionis mandato ad acta sufficienter constare videtur, producentis excepciones fori declinatorias, petens eas admitti, quarum procurator principalis petivit sibi fieri copias et terminum replicandi, et obtinuit ad quindenam. Presentibus.

DCXXXVI. Mercurii XIX Septembris (19 września 1498).

1968. Discretus Felix eclesie Leopoliensis viccarius retulit se citasse honorabilem Iohannem Snopek in Swyrsz plebanum

ad horam presentis diei ad instanciam providi Nicolai Przexta civis Leopoliensis.

1969. Nicolaus Przexta civis Leopoliensis personaliter constitutus apud acta constituit suum procuratorem magistrum Iacobum Spunar in causa, quam habet cum honorabili Iohanne Snopek plebano in Swyrzcz, ad agendum *etc.* Et ibidem dictus procurator nomine procuratorio proponendo petivit a prefato dno Iohanne Snopek quinque marcas peccunie, quas tulit et levavit a filiis olim Clementis Byeleczky persolutas tanquam a successoribus bonorum eiusdem olim Clementis Byeleczky, |
[565] qui easdem quinque marcas debebat Nicolao Przexta prefato et velud certum debitum tenebatur, petens ipsum dnum Iohannem Snopek, ad quem dictarum quinque marcarum minime pertinebat solucio, ad dandum, restituendum et solvendum ipsas marcas quinque cogi et compelli, et si negatum fuerit, intencionem suam probabit, quia in spem bone amicicie easdem quinque marcas recepit. In presencia ex adverso dnus Iohannes Snopek, qui negavit narrata, prout narrantur. Et actor pro omnibus dilacionibus probabit suam intencionem, si in quantum pax vigebit et hostium non fuerit insultus. Presentibus honorabilibus Simone, Adam viccariis et Stephano altariste eclesie Leopoliensis.

1970. Honorabilis dnus Iohannes Snopek plebanus in Swyrz personaliter ad acta constitutus constituit suum procuratorem dnum honorabilem Adam baccalarium eclesie Leopoliensis viccarium in causa, quam sibi movet providus Nicolaus Przexta civis Leopoliensis, ad agendum *etc.*

1971. Stephanus ad sanctam Katherinam substitutus de mandato domini retulit se citasse discretum Paulum ibidem substitutum ad instanciam Margarethe Kryglarowa ad horam presentis diei ad audiendum publicari dicta testium, et dominus publicavit in presencia dicti Pauli de excipiendo protestantis in quindena.

1972. Discretus Stephanus ad sanctam Katherinam substitutus proposuit contra discretum Paulum gracialem presbiterum in Leopoli, quomodo de anno presenti feria quarta ante Nativitatis Marie ipse Paulus animo iniuriandi invasit, eundo de eclesia sancte Katherine, Stephanum prefatum verbis turpibus et inhonestis, appelando eum deceptorem et mendacem esse, et si negatum fuerit, probare intendit. Quamquidem iniu-

riam extimat moderacione previa ad triginta florenos, petens ipsum in eisdem puniri. In presencia ex adverso dicti Pauli, qui negavit Stephanum actorem deceptorem appellasse, mendacem vero ipsum asseruit, dicens ex propria irritacione Stephani prefati, de quo ipse Stephanus est protestatus.

1973. Nobilis Nicolai Italici procurator ad replicaciones Simonis altariste verbo et generaliter duplicavit excepciones suas repetendo, quod equum non est, ut servus solvat debitum sui domini. Ex quo ipse dominus suus Perocius hic Leopolim advenit, haberi potest, trahi et conveniri tanquam principalis petens cognosci et interloqui. In presencia ex adverso procuratoris Simonis, qui inherendo | suis replicacionibus, excepciones [565v] Nicolai Italici datas habet pro responso, petens pronunciari super *[con]*fessatis, licet tacite factis, et interloqui et per dominum pronunciari super eo. Ex adverso procuratore Italici protestante, quod nondum respondit neque fecit confessata, de quibus pretendit triplicans procurator, petens pronunciari per dominum suam voluntatem.

DCXXXVII. Lune XXIIII Septembris (24 września 1498) *audiencia coram venerabili Stanislao de Trzebochow canonico et officiali Leopoliensi gli tunc pro tribunali hora terciarum sedente, presentibus venerabili et honorabilibus Iohanne Crowyczky decano, Simone, Felice, Adam et Stanislao viccariis, testibus.*

1974. Nobilis Heduigis Schulkowska proposuit contra Iacobum maritum suum, quod dum a tribus citra vel ultra annis moram ageret aput materteram suam in Dvnayow, numquam contraxit sponsalia per verba de presenti cum dicto Iacobo, sed venientes consanguinei eius et mater, iussu eorum ducta est ad eclesiam ibidem in Dvnayow, existens aduc puella indiscreta, et coacta est per ipsos consanguineos et matrem copulari in facie eclesie cum ipso Iacobo. Hec dum per presbiterum copulantem dum requisita fuerat, utrum sibi placeret Iacobus, et respondere noluit, dnus Wrona patruus eius dedit eidem Heduigi alapam dicens, ita amici corrigunt consanguineas suas, que nolunt obedire votis amicorum suorum, et ita coacta est copulari dicto Iacobo et invita tracta est ad copulam carnalem, quam ipse Iacobus tenuit et custodivit taliter invitam sibi uxorem per

tot tempus, de quo sepius questa est bonis hominibus, petens ipsam a thoro invite contracto seperari iusticia mediante, et si negatum fuerit, probare intendit. In presencia ex adverso Iacobi deliberantis ad quindenam. Et ibidem dominus penam vallavit centum marcarum super securitate vite. Presentibus.

1975. Nobilis Martinus Garnczarsky, prout terminus requirit ex conservacione terminorum, excepit contra nobilem Iohannem Czyssykowsky, quod sibi respondere non tenetur ad eius peticionem, donec de clericatu probaverit. Et dominus ad probandum de clericatu admisit omnes dilaciones iuris, infra quas,
[566] postquam probabitur, | Martinus Garnczarsky protestatur de reconveniendo, alias ob defectum probacionis clericatus causa remittetur per dominum ad forum secularem. Presentibus.

1976. Honorabilis Casper eclesie Leopoliensis viccarius ad instanciam Domslarowa cittatus protestatus est de diligencia termini. Presentibus.

1977. Nobilis supratacta Heduigis Schulkowska ad proposicionem suam superius[1] expressam addendo proposuit, quod quamvis sicut premittitur cum Iacobo marito suo invite copulata sit, actamen subterfugiens talem copulam post eam in tribus septimanis ab ipso Iacobo fugit ad villam Thlvstilvg, quam postea dnus Wrona patruus eius insequens, eam de camera, in qua fuerat aput kmethonem abscondita, extraxit et cultro dire verberavit et verberatam dicto Iacobo viceversa tradidit. Nichilominus tamen citto post hoc ipsum Iacobum evitando ipsa Heduigis iterum fugit ad dnum Cyemlycz terrigenam, ubi postquam inventa fuit per Iacobum maritum, tercio fugit in Syemyenyow villam ad dnam capitaneam Trebowliensem, et ita numquam ipsa Heduigis consentire volebat in matrimonium Iacobo prefato, et si negatum fuerit, intendit.

1978. Nobilis Heduigis Schulkowska aput acta personaliter constituta constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Sponnar in causa matrimoniali, quam movet marito suo Iacobo, ad agendum *etc.* Presentibus.

DCXXXVIII. Mercurii XXVI Septembris (26 września 1498) *audiencia coram dno officiali Leopoliensi tunc pro tribunali*

[1] Zob. wyżej zap. 1974.

sedente, presentibus venerabili et honorabilibus Iohanne Crowyczky decano, Simone, Felice, Adam et Nicolao viccariis, testibus.

1979. Margaretha Odrzygossczyowa de Bussko prestitit iuramentum calumnie, quod contra Michaelem maritum suum veraciter proposuit et veraciter respondebit per procuratorem suum tempore et loco suis. In quindena vero partes hincinde respondebunt suis intencionibus. Presentibus. |

1980. Providus Michael Odrzygosscz ad proposicionem [566v] Margarethe sue uxoris de Bussko, prout terminus requirit, respondendo animo legittime litem contestando in cunctis in libello specificatis et articulis addicionalibus adiunctis negat narrata, prout narrantur, demptis his, que de fama in libello super crimine restringuntur, postquam convincetur, debebitur haberi pro convicto, hoc eciam adiuncto addicionali articulo sue proposicioni, ipse Michael Odrzygosscz petit septem boves, quemlibet bovem per tres florenos, de quadraginta bobus sibi Margarethe dimissis, quos ipsa recepit et nescitur quo divertit, petens ad restituendum aut ad solvendum valorem compelli iusticia mediante. In presencia ex adverso Iacobi Sponnar Margarethe procuratoris, qui animo litem legittime contestando negavit narrata, prout in reconvencionali narrantur, preter tria lintiamina grossa, quatuor mensalia et quatuor lecticulas et una lectica magna vili, quinque paria monilium de argento, quatuor parvulorum nodulorum de argento et anulo parvo eciam de argento, duas scultellas et terciam parvam stanneas et quinque talaria stannea, duos canteros maiores et duos minores stanneos, tria coclearia argentea, necnon schuba et palio rubeo simplici, que miserat Leopolim per dnum plebanum de Golegori unacum rebus suis tempore insultus hostium, ut ibidem conservarentur, et recepta sunt ad castrum Busscense unacum rebus portitoris dicti dni Golegorsky. In presencia Nicolai Harsch ex adverso procuratoris petentis pro confessis pronunciari et super non admissis ad probandum admitti, et dominus principaliter actrici admisit probacionem faciendam super crimine per eam obiecto admisit, et super raptu in posterum reservata. Presentibus.

DCXXXIX. Lune prima mensis Octobris (1 października 1498) *audiencia, presentibus ibidem venerabili et honorabilibus*

Iohanne Crowyczky decano, Stanislao, Nicolao, Adam et Felice viccariis eclesie Leopoliensis.

1981. Honorabilis Felix eclesie Leopoliensis viccarius retulit se citasse de mandato domini magistrum Nicolaum Harsch Martini Garnczarsky procuratorem ad instanciam ingeniosi Iohannis Czyssykowsky clerici ad horam presentis diei ad audiendum et videndum probare clericatum. Et ibidem in contumaciam
[567] partis idem Czyssykowski | formatam produxit, et dominus auditis et revisis illis habet pro sufficienter probato. Presentibus.

1982. Discretus Iohannes in Prussy plebanus retulit se citasse de mandato domini, nobilis Martini Garnczarsky ad instanciam, ingeniosum Iohannem Czyssykowsky ad horam presentis diei ad videndum reconveniri. Et ibidem nobilis Martinus Garnczarsky per suum procuratorem proposuit reconveniendo, quomodo ipse anno presenti die dominica post festum Bartholomei proxima intrando in thabernam in villa Gay, reperit ibi eundem Martinum, contra quem gravem ex antiquo gessit animum et indignacionem, extunc cum sibi adiuncto complice manus suas violentas iniecit et ipsum depillando duo vulnera cruenta in caput sibi inflixit et dedit ad sanguinis effusionem, in quibus vulneribus nondum convaluit, medendo se apud barbitonsorem et expensas exponendo in Leopoli, pro quibus vulneribus ab eo exigit barbitonsor medendis marcas quinque et pro expensis totidem, propter quod dampnum et percussionem petit expensas, quas exponit, et barbitonsori quinque marcas fore dandas, timorate tamen consciencie existens, tanquam nobilis pro iniuria et percussione nichil exigit pro suo sanguine, duntaxat dampnum recuperat, et si negatum fuerit, probare intendit, petens ad solvendum compelli. Et partes hincinde mutuis intencionibus respondebunt in VIII. Presentibus.

1983. Nobilis Lucas aput acta personaliter constitutus constituit suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsch in causa, quam habet cum honorabili Iohanne in Prussy plebano, ad agendum *etc.* Presentibus.

DCXL. Veneris quinta mensis Octobris (5 października 1498) *presentibus venerabili et honorabilibus Iohanne Crowyczky decano, Casper, Adam, Felice et Stanislao zacristiano viccariis eclesie Leopoliensis, testibus.*

1984. In causa Nicolai cantariste de Leopoli et Dorothee Helcznarowa socrus ipsius, ex quo idem Nicolaus cantarista confessus est, quia dicta eius socrus restituit sibi res et vestimenta atque lectisternia post Margaretam filiam datas et | satis- [567v]
factionem sibi impensam recognovit, dominus tulit vim et effectum monicionis in toto. Presentibus.

DCXLI. Lune VIII mensis Octobris (8 października 1498) *presentibus venerabilibus et honorabilibus Iohanne Crowyczky decano, Gregorio Barnabe canonico, Nicolao, Casper, Adam et Felice eclesie Leopoliensis viccariis.*

1985. Iohannis Czyssykowsky asserti clerici ad proposicionem procurator nobilis Martini Garnczarsky animo litem legittime contestando negavit narrata, prout narrantur, petens petita fieri non debere. Et ibidem Iacobus Iohannis Czyssykowsky prefati procurator petivit se ad probacionem sue intencionis admitti, et nichilominus super intencione reconvencionali prefati Martini Garnczarsky respondendo, littem legittime contestando, negavit narrata, prout narrantur. Et ibidem partes hincinde iuraverunt de calumnia vitanda, et dominus partibus probaciones hincinde admisit pro omnibus dilacionibus. Presentibus.

1986. Providus Michael Scholcz [1] cum Petro suo socio arrestantes effectum monicionis, prout terminus requirit, allegaverunt dampnum suscepisse in piscatura piscium piscinarum in Malyeczkowycze circa nobilem Iohannem Malyeczkowsky, cui dampnum obiecerunt, offerentes se probaturos probis personis et eiusdem hominibus subiectis et petentes suspendi et tolli effectum sue monicionis. Et dominus decrevit cittacionem in forma solita contra prefatum Iohannem Malyeczkowsky ad videndum et audiendum dampnum sibi obici, quod susceperunt dicti emptores, et ad ea, que iuris fuerint, faciendum. Et interim dominus tulit et suspendit robur monicionis. Presentibus.

1987. Nobilis Iacobus Chrzenyowsky ad proposicionem Heduigis sue consortis, prout terminus requirit, respondendo animo litem legittime contestando dixit ante copulam numquam cum ipsa Heduigi contraxisse sponsalia per verba de presenti, duntaxat recte data est sibi in hospicio ad copulandum per ma-

[1] W rkp. Michaelcz Schol.

trem et consanguineos eius in Donayow, et quando fugiebat ab eo, ut in proposicione, mater tunc eam sibi semper viceversa tradebat et viceversa ab eo recipiebat et eam tenet et servat hucusque. Et dominus probaciones hincinde partibus admisit pro omnibus dilacionibus. |

[568] **1988.** Honorabilis Adam eclesie Leopoliensis viccarius retulit se cittasse discretum Paulum presbiterum gracialem in Leopoli ad horam presentis diei ad instanciam Margarethe Credlarowa ad videndum et audiendum in causa concludi, qui allegavit ex adverso se collusum fuisse in terminis, quibus excipere debuit contra dicta testium, et dominus in hanc vim prefixit terminum idem faciendi prima iuris. Et ibidem dicta Margaretha in supplementum alterius testis prestitit calumnie iuramentum.

DCXLII. Mercurii X Octobris (10 października 1498).

1989. Honorabilis Casper eclesie Leopoliensis viccarius retulit se citasse de mandato domini magistrum Nicolaum Harsch nobilis Luce in Prussy scolteti procuratorem ad instanciam honorabilis Iohannis in Prussy plebani ad horam presentis diei ad videndum et audiendum publicari dicta testium. Et dominus ibidem publicavit et copias partibus habere volentibus decrevit. Et ibidem Nicolaus Harsch terminum excipiendi contra dicta testium et cetera producta probacionis obtinuit ad quindenam. Presentibus honorabilibus Iohanne Baythko presbitero, Felice viccario et Mathia vicedispensatore.

DCXLIII. Veneris XII Octobris (12 października 1498) *audiencia. Audiencia coram venerabili dno Stanislao de Trzebochow canonico et officiali Leopoliensi tunc pro tribunali sedente et me Nicolao notario, presentibus venerabilibus et honorabilibus Iohanne Cronyczky decano, Gregorio, Barnabe canonicis, Casper, Felice et Adam viccariis et Stanislao zacristiano.*

1990. Honorabilis Casper eclesie Leopoliensis viccarius retulit se citasse de mandato domini nobilem Ianussium Malyeczkowsky ad instanciam providi Michaelis Scholcz et Petri sui socii ad videndum et audiendum dampnum sibi obici, quod susceperunt in piscina per eos empta, ad horam presentis diei. Presentibus.

1991. Nobilis Iohannes Malyeczkowky aput acta personaliter constitutus constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum | Sponnar in causa, quam habet cum providis Michaele [568v] Scholcz et Petro suo socio, ad agendum et defendendum, prout in forma meliori. Presentibus.

1992. Providus Michael Scholcz cum suo socio Petro emptores piscine et piscium cum episcatura, prout obiecerunt dampnum venditori nobili Iohanni Malyeczkowsky, tale dampnum denunciant, restringunt, impropriant et specificant, existimantes moderacione salva ad tredecem marcas peccunie receptibilis per eosdem emptores susceptum, preter expensas, quas consumpserunt per se cum familia et equis una cum fatigis, quod dampnum petunt se ad probandum admitti, offerentes se probare honestis personis et dicti venditoris subditis. In presencia ex adverso magistri Iacobi dicti Malyeczkowsky procuratoris, qui respondebit in VIII. Presentibus. Hoc adiuncto per dictos emptores, quod recepit dampnum in dictis viginti marcis empcionis et sedecim solucionis, de quibus peccuniis constat dicto venditori

1993. Honorabilis Adam eclesie Leopoliensis viccarius retulit se citasse ingeniosum Vincencium clericum de Rohatin de mandato domini ad instanciam gsi dni Nicolai de Petrilow iudicis Haliciensis ad horam presentis diei. Presentibus.

1994. Gsus dnus Nicolaus Czassynsky de Petrylow iudex Haliciensis aput acta personaliter constitutus constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Sponnar in causa, quam movet ingenioso Vincencio condam eclesie in Rohatin ministro clerico, ad agendum *etc.* Presentibus. Et ibidem dictus procurator proposuit contra Vincencium clericum, quod anno currenti dum dictus Nicolaus iudex, senciens Turcorum insultum, in curia sua in Rohatin per filium abscondisset in terra mel suum in vasis, ipse Vincencius post devastacionem et incineracionem opidi Rohatin et post Turcorum recessum locum absconssionis cum complicibus suis apperuit et offodit recepitque sibi dno iudici de terra truncum mellis mensure Rohatinensis, valoris quatuordecim marcarum. Item eodem modo ipse Vincencius transiens ad braseatorium ipsius iudicis ibidem circa Rohatin, recepit et tulit ab inde viginti[1] truncos tritici mensure Rohati-

[1] W rkp. vinginti.

nensis in valore viginti marcarum et truncos decem siliginis, quilibet truncus per tres fertones, et si negatum fuerit, probare
[569] intendit, petens dictum Vincencium ad solucionem cogi et | compelli, quia recepto melle, de quo supra, eo braxato, illud propinavit et frumentum hominibus vendidit. In presencia ex adverso prefati Vincencii ad quindenam deliberantis. Et ibidem se obligavit de parendo iuri sub penis excomunicacionum. Presentibus.

1995. Ingeniosus Vincencius clericus de Rohatin aput acta constitutus constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Sponnar in causa, quam movet provido Hryczko opidano de Rohatin, ad agendum et defendendum etc. Et ibidem idem procurator proposuit contra Hryczkonem prefatum, quomodo de anno presenti feria quinta in vigilia Mathei apostoli et ewangeliste, dum ipse Vincencius tanquam dni plebani in Rohatin et dotis eius provisor venisset tempore serotino in stubam ad calefaciendum se ibidem in dote plebanali, dictus Hryczko animo iniuriandi manus violentas extendens in eundem Vincencium ordinatum clericum, in nullo sibi obnoxium, sine causa in collo cultro eum graviter vulneravit, et postquam post huiusmodi lesionem erigere se voluisset ad defendendum se, movit rethe avium, quod ibidem in stuba distentaverat ad exicandum, quod rethe cadens super ipsum Vincencium involvit eum et ita involutus nullum de se potuit facere presidium, quod cernens invasor Hryczko prefatus durius eum invasit et secundum vulnus per rethe sibi in brachio intulit et seccuit et tandem vulnus in capite similiter per rethe seccuit, quam iniuriam extimat ad tricentos florenos ungaricales, petens ipsum invasorem ob hoc declarari sentenciam latam canonis incidisse ipsumque in eisdem tricentis florenis penniri, et si negatum fuerit, probabit vel defferet. In presencia ex adverso prefati Hryczko, qui suam proposicionem deliberat ad quindenam. Presentibus.

DCXLIV. Lune XV Octobris (15 października 1498) *audiencia. Audiencia coram venerabili dno Stanislao de Trzebochow canonico et officiali, presentibus venerabilibus et honorabilibus Iohanne Crowyczky decano, Gregorio Barnabe canonico, Stanislao zacristiano, Felice, Adam et Casper viccariis, testibus.*

1996. Testes per Iohannem Czyssykowsky inducti, videlicet Petrus et Iacobus, prout terminus requirebat, de dicenda

veritate iuraverunt in presencia | magistri Nicolai Harsch Mar- [569v]
tini Garnczarsky procuratoris ad hoc legittime cittati, qui protestatus est de dandis interrogatoriis. Presentibus.

DCXLV. Veneris XIX Octobris (19 października 1498) *audiencia, presentibus venerabilibus et honorabilibus Iohanne Crowyczky decano, Gregorio Barnabe canonico, Casper, Adam et Felice eclesie Leopoliensis viccariis, testibus.*

1997. Honorabilis Iohannis in Wyssnyany plebani ex una et nobilis Barbare Bobowska partibus ex altera dominus auditis propositis et responsis decrevit, quod dna Barbara Bobowska heres in Wyssnyany arrestare et impedire non debet decimam manipularem in curia et aput kmethones per dictum dnum plebanum locatam, eciam neque peccora et peccudes, et dnus plebanus infra hinc ad quindenam acquirere debet sacerdotem, qui in Wyssnyany in parochia attentabit, ne in administracione spiritualium negligencia comitteretur, et presertim quod diebus dominicis utique predicabit et celebrabit missam, si in quantum dicta domina cum parochianis locaverint oratorium. Presentibus[1].

1998. In causa ingeniosi Iohannis Czysszykowsky et Martini Garnczarsky dominus vocato legittime procuratore dicti Garnczarsky publicavit dicta testium, qui in quindena excipiet copiis receptis.

1999. Nobilis Ianussii de Malyeczkowycze procurator ad specificacionem dampni per Michaelem Scholcz de Leopoli et Petrum eius socium dicto Ianussek obiecti respondendo dixit, quod dictus Michael et Petrus prandere debuerant seu piscari pisces sine demissione piscine et dampnum per eos recuperare, prout in actis lacius continetur, ad que se refert respondens procurator. Nichilominus tamen postea intervenit alius contractus sic, quod dampnis renunciando Petrus prefatus suo et socii sui nomine contraxit cum prefato Ianussek taliter, quod consentiret aggerem piscine ipsis perfodi et demitti piscinam in villa Malyeczkowycze sitam, et in hanc vim ipse Ianussek consensit piscinam demitti, et in eodem contractu Petrus prefatus | qua- [570]
tuor marcas, quas debuerant aduc pro piscina resultantes, ab inscripcione in actis recedendo, solvere promiserunt et fideius-

[1] Cała zapiska przekreślona.

sorem Maysel Nyewyarek dederunt, qui fideiussor ex post ad iudicem secularem citatus sibi Ianussek marcas easdem quatuor persolvit, et ita, ex quo intervenit contractus alius preter quam in actis, quem probare intendit Ianussius prefatus, petit extunc dictus procurator causam remitti ad forum secularem, si in quantum pro aliquo culpabilis videbitur ipse Ianussius emptoribus prefatis. In presencia Nicolai Harsch procuratoris Scholcz et sui socii, qui in VIII replicabit. Presentibus.

DCXLVI. Lune XXII Octobris (22 października 1498) *audiencia coram venerabili dno Stanislao de Trzebochow canonico et officiali Leopoliensi gli, presentibus venerabili et honorabilibus Iohanne Cronyczky decano, Nicolao, Stanislao et Felice viccariis eclesie Leopoliensis.*

DCXLVII. Veneris XXVI Octobris (26 października 1498).

2000. Nobilis Iohannis Maleczkowsky ad allegacionem pridem factam in modum responsionis de contractu secundario initam, prout terminus requirit, providorum Michaelis Scholcz et sui socii Petri emptorum procurator verbo et generaliter replicavit, petens se circa acta reservari, quibus semper est standum, cum dictus Michael Scholcz et eius socius numquam contraxerunt contractum in privato preter eum, qui est in actis, neque ordinaverunt aliquem fideiussorem, qui pro ipsis solvere deberet caucionem, sed cum manifesta et publica preponuntur privatis, ideo recuperatum damnum et restrictum in actis petunt ad probandum admitti et super premissis cognosci et interloqui. In presencia ex adverso Iacobi procuratoris prefati Ianusszek, qui duplicabit prima iuris. |

[570v] **2001.** Ingeniosus Vincencius de Rohatin constituit suum procuratorem contra gsum Nicolaum Czasnyczky iudicem Haliciensem terrestrem magistrum Nicolaum Harsch ad agendum *etc.* Presentibus discretis Stanislao sacristiano, Nicolao, Felice viccariis Leopoliensibus.

2002. Ingeniosus Vincencius clericus per suum procuratorem ad proposicionem respondendo dni iudicis Haliciensis animo legittime litem contestanti (!) negavit narrata, prout narrantur, petens petita fieri non debere, hoc adiuncto, quod dictus dnus iudex actor pretensus aliam personam pro eisdem rebus, in specie melle et frumentis, inculpavit coram dominis de Ha-

licz, ut sibi iusticiam ministrarent cum eorum factore, quod ipse Vincencius ad probandum petit se admitti, cum non est licitum bis in idipsum querendum et puniendum canonicis institutis, petens super premissis cognosci et interloqui. In presencia ex adverso procuratoris prefati iudicis actoris, qui replicando allegando deduxit, quod quamvis ipse actor percepto dampno, de quo in proposicione sua coniecturasset de aliis personis, sed postquam intellexit ex certis hominibus suum iniuriantem et dampnificantem Vincencium clericum pretensum, sibi occasione dampni sui traxit in causam, petens post litem contestatam iam de facto ad probandum se admitti tanquam actorem. Et dominus ad probandum admisit actori suam intencionem pro omnibus dilacionibus.

2003. Honorabilis Stanislaus sacristianus de mandato domini retulit se cittasse ingeniosum Vincencium quondam campanatorem in Rohatin ad instanciam honorabilis dni Mathei in Rohatin plebani ad horam presentis diei. |

2004. Honorabilis dnus Mathias in Rohatin plebanus per- [571]
sonaliter apud acta constitutus constituit suum procuratorem magistrum Iacobum Sponar in omnibus suis causis, quas habet vel habiturus est cum quibuscumque personis, et specialiter cum ingenioso Vincencio quondam campanatore suo in Rohatin, ad agendum *etc.* Qui procurator prima iuris producet suam intencionem contra Vincencium prefatum.

2005. Honorabilis dnus Nicolaus in Gologori plebanus et in Pomorzany comendarius constitutus personaliter apud acta constituit suum procuratorem magistrum Iacobum Sponar et in omnibus ac singulis suis causis, quas habet vel habiturus est cum quibuscumque personis, et specialiter in causa et causis, quam vel quas habet et habere intendit cum nobilibus Dorothea Svinczina, Nicolao Byeleczky, Marcissio in Bussko vicecapitaneo et Mathia servitore, Iacubek de Zelechow et Iakyel de Gologory, dans *etc.*

DCXLVIII. Lune antepenultima Octobris (29 października 1498) *audiencia, presentibus venerabili et honorabilibus Iohanne Crowyczky decano, Felice, Adam et Casper viccariis eclesie Leopoliensis.*

2006. Nobilis Ianussek Malyeczkowsky procurator, prout terminus requirit, verbo et generaliter ad replicaciones honesti

Michaelis Scholcz et Petri sui socii de Leopoli piscine in Malyeczkowycze emptorum duplicavit, responsiones suas in modum excepcionum datas repetendo, hoc adiuncto, quod dictus Petrus suo et socii sui Michaelis nomine non obstante inscripcione in
[571v] actis contraxit secundo cum Ianussek pro piscina | Malyesskowycze taliter, quod respectu dampnorum ipse Ianussek ex contractu huiusmodi permisit aggerem piscine perfodi et eam piscinam demitti, cum tamen ex inscripcione in actis priori hoc fieri non debuit, et ita piscina demissa pisces in superiori parte colligebantur per homines, qui volebant, et per aves rapiebantur, et maluisset ipse Ianussek ad maius dampnum, quam quod ipsi emptores pretendunt pocius, quam sibi talem ignominiam et dampnum aggerem perfodendo et piscinam demittendo ipsi emptores pertulerunt, petens se horum omnium ad probacionem admitti, cognosi et interloqui. In presencia ex adverso Nicolai Harsch Michaelis et Petri procuratoris, qui verbo et generaliter triplicavit, adherens inscripcioni actorum super contractu et petens se penes acta conservari, quibus semper est standum, renunciando cuilibet contractui in privato, si et in quantum intervenit, ex quo nulla est ibi interposita pena, cum omnia agebantur in fraudem et dolum per partem adversam, que nemini patrocinantur, petens cognosci et interloqui. In presencia ex adverso magistri Iacobi Sponnar Ianussek procuratoris, qui quadruplicabit prima iuris. Presentibus.

2007. Honorabilis Iohannes in Prussy plebanus de mandato domini retulit se citasse Mathiam servitorem Iacobi de Zelyechow olim Irzyk serviens ad instanciam honorabilis Nicolai in Golegori plebani ad horam presentis diei. Et ibidem dictus reus accusatus, per dominum pronunciatur contumax processuum opportunorum cum decreto. Presentibus.

DCXLIX. Veneris secunda Novembris (2 listopada 1498).

2008. Honorabilis Casper eclesie Leopoliensis viccarius retulit se citasse de mandato domini nobilem Barbaram Bobowska heredem in Wyssnyany ad instanciam honorabilis Iohannis in Wyssnyany plebani ad horam presentis diei. Et nichilominus ob spem concordie tentande idem terminus prorogatur ad feriam secundam post festum sancti Martini proximam. Presentibus

venerabili et honorabilibus Iohanne Crowyczky, Casper, Felice viccariis. |

DCL. Lune V^ta Novembris (5 listopada 1498).. [572]

2009. Nobilis Martini Garnczarsky procurator excipiendo, prout terminus requirit, contra testes ingeniosi Iohannis Czyzykowsky clerici asserti verbo et generaliter excepit, quod predicti testes sunt fautores inducentis et speciales amici, qui traxerunt in partem inducentis, quia si fuissent iusticie fautores, defendissent tunc temporis in taberna contencionem inter partes, sed presumitur, quod venerunt ibidem in locum cum inducente, qui si fuisset oppressus in ipsa contencione, presumitur per Martinum, contra quem inducuntur, quod inducentem supportassent, et ita falsum deponunt, trahentes in partem inducentis, quod Martinus reprobare se petit admitti, quamvis non habeat aliquos testes preter Ruthenos scismaticos. Et si admittetur iurari super suis vulneribus, offert se iuraturum, quia sibi inducens intulit vulnus cultro et suus rivalis gladio quidam Sroczkowsky complex in crimine, petens voluntatem domini pronunciari. In presencia Iacobi Szponar ex adverso, qui replicavit in octava.

2010. Honorabilis Felix eclesie Leopoliensis viccarius retulit se cittasse honorabilem dnum Nicolaum de Broszdowcze plebanum ad instanciam nobilis Stanislai Szlavynsky notarii terrestris Leopoliensis ad horam presentis diei ad audiendum contra responsionem eiusdem Nicolai replicari. Et ibidem magister Iacobus Szponar dicti Szlavynsky procurator verbo et generaliter replicavit intencionem suam repetendo, quod ipse Szlavynsky notarius de speciali consensu regio et de medio terrigenarum electus est et deputatus notarius iuri terrestri Leopoliensi, prout hoc monstravit certis literis regalibus probando. Ob hoc ergo nec iudex neque subiudex sine ipsius Szlavynsky notarii absencia celebrare potuerunt iudicia, quia ipse notarius gerit specialem clavem ad cistulam actorum, ideo ne quis sine eo acta iudiciaria terrestria accedere debeat, | nec ipse notarius suam misit [572v] clavem ad apperiendum ad acta, et ita quicquam actum est et gestum per alium, videlicet dnum Nicolaum prefatum, hoc contra ipsius officium et damnum actum est. Et olim Petrus dicti Nicolai collega, si quid ex officio notarii Szlavynsky tulit, hoc habuit et recepit de manibus ipsius dni Nicolai sui principalis.

Protestatur nichilominus dictus procurator super confessatis, petens prefatum dnum Nicolaum ad restitucionem duarum sexagenarum confessatarum et totidem olim Petro datarum cogi et compelli. Et ibidem gsus dnus Stanislaus Iaryczowsky iudex terrestris Leopoliensis cittatus per discretum Felicem viccarium relacione facta ad petendum et videndum se evinci, qui dnus iudex intercessit et evicit dictum Nicolaum plebanum eo modo, quia ipse iudex existens cum subiudice suo et cubiculariis ius terrestre attentantibus et clave ad apperiendum cistam terrestrem recepta a Szlavynsky notario prefato in domo sue habitacionis in Cropvsz, cistam terrestrem in Leopoli aperuit et ad iudicandum causas necessarias terrestres processit. Et postquam tunc defecit notarius Szlavynsky, qui interesse debuit, ipse iudex cum subiudice et ceteris terrigenis rogaverunt instantissime dnum Nicolaum prefatum et olim Petrum consistorii notarium ad scribendum acta et literas terrestres necessarias, qui tunc ibi scripserunt ambo in solidum, gaudentes de mercede deservita. Et quantum ibidem sue mercedis pro labore haberunt, hoc de consensu et voluntate ipsius iudicis et subiudicis tulerunt, quare non tenentur ad aliquam restitucionem, petens dictus Nicolaus ab impeticione absolvi, silencio dicto Szlavinski notario imposito, cum damnacione expensis et fatigis. In presencia ex adverso procuratoris dicti Szlavynsky, qui non credit clavem dedisse dno iudici, ut prefertur, nisi dnus iudex probaverit dictum suum legittimis documentis, neque in alios notarios numquam consensisse, petens cognosci et interloqui. Ex quo dnus iudex se posuit principalem et evictorem pro dno Nicolao hic apud acta et suam intencionem atque responsionem legittime cittatus introduxit. Et dominus obtulit se interlocuturum[1] prima iuris. |

[573] **2011.** Honorabilis Nicolaus plebanus de Broszdowcze contra nobilem Stanislaum Szlavynsky constituit suum procuratorem magistrum Nicolaum Harsz ad agendum *etc.*

DCLI. Mercurii VII Novembris (7 listopada 1498) *audiencia presentibus venerabilibus et honorabilibus Iohanne Crowyczky decano, Barnabe canonico, Felice, Adam et Casper eclesie Leopoliensis viccariis, testibus.*

[1] W rkp. interloqutorum.

2012. Discretus Iacobus in Bussko viccarius retulit se citasse de mandato[1] domini providum Stanislaum fabrum Calwm ad instanciam honorabilis Simonis in Lopaczin plebani ad horam presentis diei. Et ibidem accusatus contumax, per dominum pronunciatur. Presentibus.

2013. Honorabilis Simon capelle in Bussko arendarius, Mathias Pr[z]epyorka et Martinus sutor opidani de Bussko, testes per Margaretam Odrzygossczyowa de eadem Bussko inducti, de veritate dicenda in presencia Michaelis procuratoris iuraverunt Presentibus.

DCLII. Veneris nona mensis Novembris (9 listopada 1498) *audiencia coram venerabili dno Stanislao de Trzebochow canonico et officiali Leopoliensi gli tunc hora terciarum pro tribunali sedente, presentibus venerabilibus et honorabilibus Iohanne Crowyczky decano, Barnaba canonico, Adam, Casper et Felice viccariis eclesie Leopoliensis.*

2014. Discretus Vincencius in minoribus clericus protestatur de prima dilacione contra gsum Nicolaum Czassynsky iudicem Haliciensem non probantis (!) suam intencionem. A simili procurator eiusdem iudicis Haliciensis protestatus est, quod ipse iudex per regiam magestatem requisitus mandato regio vocatus ad Suam Magestatem ire coactus est. |

DCLIII. Lune duodecima Novembris (12 listopada 1498) [573v] *audiencia, presentibus venerabilibus et honorabilibus Iohanne Crowyczky decano, Gregorio Barnabe canonico, Felice, Adam, Nicolao et Casper viccariis eclesie Leopoliensis.*

2015. Honorabilis Iohannis in Wyssnyany plebani ex una et nobilis Barbare Bobowska de eadem Wyssnyany heredis partibus ex altera dominus auditis propositis et responsis decrevit, quod dictus Iohannes in Wyssnyany plebanus tempore pacis per se aut suum viccarium curam eclesie sue in Wyssnyany pastoralem gerere debet, ne in administracione spiritualium aliqualis committeretur negligencia, sub penis excomunicacionum in ipsum ipso facto ferendis, et dna Barbara prefata decimas, proventus et redditus eclesie eiusdem in Wyssnyany

[1] W rkp. mandanto.

retentos eidem plebano solvere et restituere debet sub eisdem penis. Presentibus.

2016. Honorabilis Iohannes in Czessky plebanus retulit se citasse de mandato domini nobilem Iacobum Wolczkowsky tanquam testem ad instanciam Martini Garnczarsky contra ingeniosum Iohannem Czysszykowsky clericum ad horam presentis diei, qui ibidem iuravit de dicenda veritate. In presencia procuratoris ex adverso ad hoc legittime cittati, qui protestatus est de dandis interrogatoriis. Presentibus.

2017. Iohannis Czyssykowsky clerici procurator, prout terminus requirit, verbo et generaliter contra excepciones Martini Garnczarsky replicavit, quod dictus Iohannes Czyssykowsky pacificus venit cum bonis hominibus ad thabernam in villa Gay per generum suum petitus et quamcitto sedit ad mensam, nulla rixa prehabita, dictus Martinus Garnczarsky statim proiecit eum cupella et vulneravit. Nec ipse procurator admittere vult contra
[574] suum testem infideles | scismaticos induci, quia ex suo scismate sunt manifesti inimici Czysszykowsky cristiani clerici, petens igitur cognosci et interloqui. In presencia ex adverso Nicolai Harsch Martini procuratoris, qui quamvis unum testem habet cristifidelem, quem induxit, tamen in suplementum alterius testis cristifidelis audet prestare iuramentum super suis vulneribus in suplementum alterius testis, ex quo sibi scismatici non admittuntur, vel ipse Czyssykowsky iuret, quod ipsum non offendit cultro ad caput, et super premissis petens cognosci et interloqui. In presencia ex adverso procuratoris Czyssykowsky, qui triplicando non remittit probacionem unius testis, nec quis in propria causa testis esse potest, offert se tamen Iohannes Czyssykowsky iuraturum, prout sibi defertur, petens cognosci et interloqui.

DCLIV. Mercurii XIIII Novembris (14 listopada 1498) *audiencia, presentibus venerabilibus et honorabilibus Iohanne Crowyczky decano, Gregorio Barnabe canonico, Felice, Adam et Casper viccariis.*

2018. Famosus Iohannes Cochno institor de Leopoli aput acta constitutus constituit in suum procuratorem magistrum Iacobum Sponnar in omnibus suis causis cum quibuscumque personis tam eclesiasticis quam secularibus ad agendum *etc.* Presentibus.

2019. Honorabilis Adam eclesie Leopoliensis viccarius retulit se citasse de mandato domini discretum Nicolaum Slappa in Strzelycze ad instanciam famosi Iohannis Cochno institoris de Leopoli ad horam presentis diei. Et ibidem procurator dicti Iohannis Cochno proposuit contra Nicolaum plebanum prefatum, quod ipse pro necessitate sui fratris recepit de mercimonio eius piper, crocum, zinziber, pepla et alia necessaria pro duabus marcis et sedecim grossis, quam peccuniam diu solvere debuit et non solvit hucusque, petens ipsum dnum plebanum ad solucionem cogi et compelli, | ex quo pro fratre recepit et solucionem pro- [574v]
misit, quia aliter fratri suo non comprestasset res prefatas. In presencia ex adverso Nicolai plebani, qui animo litem legittime contestando, dictum debitum confessus est et obligavit se soluturum ad festum Carnisprivii sub penis excomunicacionum. Presentibus. Pro eodem termino solvet ex decreto domini quinque grossiculos pro impensis sub eisdem excomunicacionum penis.

DCLV. Veneris XVI Novembris (16 listopada 1498) *presentibus venerabilibus et honorabilibus Iohanne Crowyczky decano, Gregorio Barnabe canonico, Felice, Adam et Casper viccariis.*

2020. Honorabilis Adam eclesie Leopoliensis viccarius retulit se citasse de mandato domini Mathiam Nyewyarek et Iacobum Metelsky cives de Leopoli ad instanciam nobilis Ianussii de Malczkowycze ad perhibendum testimonium veritatis ad horam presentis diei, qui ibidem in presencia procuratoris ex adverso iuraverunt de veritate dicenda, procuratore protestante de dandis interrogatoriis.

2021. Honorabilis Adam eclesie Leopoliensis viccarius retulit se citasse de mandato domini Iohannem Sadza opidanum de Rohatin ad instanciam gsi Nicolai Czassynsky tanquam testem, qui ibidem in contumaciam procuratoris ex adverso per dictum Adam cittati iuravit de veritate dicenda. Et ibidem procurator dicti Czassynsky protestatus est, quod testes ceteri per eum inducendi insultu Tartarorum sunt dispersi et eorum habitacio est incognita.

DCLVI. Veneris XXIII Novembris (23 listopada 1498) *audiencia coram venerabili dno Stanislao de Trzebochow canonico et officiali Leopoliensi, presentibus venerabilibus et hono-*

rabilibus Iohanne Crowyczky decano, Gregorio Barnabe canonico, Adam, Felice, Casper et Nicolao viccariis, testibus. |

[575] **2022.** Elizabeth famula dne Czebrowska contra nobilem Milochnam vexiliferam Haliciensem proposuit, quomodo anno presenti dum ipsa vexilifera affectaret eam secum ire in Coczvrow, persuasit sibi in testudine Lazari Armeni deponere cum suis rebus duas *schubkas* pellibus leoporinis (!) subductas et togam, quam in cista sua reclusit, omnia valoris quinque florenorum. Quasquidem res taliter depositas sibi dicta vexilifera retinet et restituere non vult, petens eam ad restitucionem cogi et compelli. In presencia ex adverso Iacobi Sponnar Milochne procuratoris ad VIII deliberantis, qui ibidem respondebit. Presentibus.

DCLVII. Lune XXVI Novembris (26 listopada 1498) *audiencia, presentibus venerabili et honorabilibus Iohanne Crowyczky decano, Adam, Felice, Casper viccariis et Nicolao Camyenyecz in Brosdowcze plebano, testibus ad premissa.*

2023. Magister Nicolaus Harsch nomine procuratorio providorum Michaelis Scholcz et Petri sociorum super probacione dampni et nobilis Luce advocati in Prussy super inducendis testibus reprobatoriis protestatus est per expressum super sedicione et guerra vigentibus, propter quod impedimentum non potest inducere testes super suis intencionibus probandis et reprobandis. Presentibus.

DCLVIII. Mercurii XXVIII Novembris (28 listopada 1498).

2024. Discretus Felix viccarius Leopoliensis retulit se citasse de mandato domini ad instanciam nobilis Martini Garnczarsky quesitum magistrum Iacobum Sponnar Iohannis Czyssykowsky procuratorem ad videndum iurari testem Georgium cittatum per eundem executorem, qui ibidem iuravit in contumaciam partis et procuratoris quesiti et non inventi. Presentibus honorabilibus Felice, Nicolao et Casper viccariis. |

[575v] *DCLIX. Lune tercia mensis Decembris* (3 grudnia 1498).

2025. Honesta Katherina olim Iohannis frenificis coniunx aput acta personaliter constituta[1] constituit in suum procurato-

[1] W rkp. constita.

rem honorabilem Nicolaum Slapa in Strzelycze plebanum in causa, quam movere intendit nobili Iohanni Ląnkoczky in Myrzwycza procuratori, cum potestate substituendi ad agendum *etc.* Presentibus venerabili et honorabilibus Iohanni Crowyczky decano, Michaele et Adam viccariis.

2026. Nobilis Clara Milochna Goldaczowa vexilifera Haliciensis animo litem legittime contestandi ad proposicionem Elizabeth dne Czebrowska famule in contumaciam eius respondit, quod quamvis ad peticionem dicte Elizabeth permisit sibi vesti menta, de quibus vult in proposicione, ad testudinem Lazari Armeni cum suis vestimentis deponere, dummodo secum iret in Coczvrow, ac tamen sibi Elizabeth non cavit pro indemnitate, quia medio tempore, quo pausavit in Coczvrow, prefate Milochna furtive ablate sunt et extracte per fenestram testudinis schube et alie res preciose, prout hoc publicum est et manifestum. Si tunc vestimenta Elizabeth eciam extracta sunt, Milochna ignorat, et ita aliud ei non constat de ipsis vestimentis, petens ab instancia absolvi. Presentibus.

DCLX. Lune XII[1] *mensis Decembris* (10 grudnia 1498).

2027. Nicolaus minister de Szyemyenyowka proponit no mine suo et uxoris sue contra honorabilem Nicolaum de Strzelycze plebanum, quomodo in camera deposuit sacum cum vestimentis et aliis rebus, apperiendo sacum recepit tres camisias in valore trium fertonum, unam restituit et duas apud se retinet, petens ad restitucionem compelli. Item nomine uxoris sue proponit, quod dum uxor sua de rebus receptis cepit querulari, ipsam tanquam gravidam et partui proximam percusit et iugulavit et que timet propter huiusmodi percusionem abortum, quam percusionem et molestacionem renunciat et extimat ad decem florenos. In presencia eiusdem dni Nicolai petentis ad quindenam, et obtinuit. Presentibus discretis Caspar | viccario [576]
eclesie Leopoliensis, Nicolao Harsch procuratore consistorii Leopoliensis et venerabili dno Iohanne Crovyczsky decano et canonico Leopoliensi, testibus ad premissa.

2028. In causa providi Iohannis Kochno actoris ab una et nobilem Andream Herborth executorem testamenti olim Hryczko

[1] Powinno być: X.

Kyerdey ab altera partibus dominus ex certis respectibus, et presertim propter recessum eiusdem Andree Herborth et ad tentandum rem publicam coram regia magestate terminum monicionis prorogavit ad primam iuris post octavas Epifaniarum Domini, alias prima iuris post regressum, si in quantum infra fatalia monicionis egredietur, si non, extunc ipsius monicionis terminus fixus permanebit.

DCLXI. Mercurii XIX Decembris (19 grudnia 1498).

2029. Nobilis Ianuszii procurator inducto teste famoso dno Nicolao Thyczka advocato Leopoliensi in presencia magistri Nicolai Harsch, Michaelis Scholcz et Petri civium Leopoliensium procuratoris, qui pepercit ipsius testis iuramento propter eius condicionem, credens, quod fideliter deponet veritatem, super qua interrogatus fuerit et super quo inducitur. Et ibidem Nicolaus Harsch petivit concludi et sentenciam ferri. Et dominus dicta testium publicavit tanquam negocium emergens et ad principale negocium dependens, et ibidem procuratores contradicant testibus et quod iuris fuerit faciendum.

2030. Honesta Katherina civis de Glyvycze licet absens per suum nunctium per providum Miklasz Bokdal presentem, qui proposuerat actionem super federe matrimoniali et eius impedimentis emergentibus contra providum Iacobum carnificis artis socium, auditis per dominum hincinde parcium propositis et responsis et in miciorem partem iuxta canonicam sanctionem interpretando et lites suscitatas extinguendo et complanando, dicti nunctii Miklasz cum assensu et consensu, et attenta viceversa conversione Iacobi ad primam uxorem et emendacione sui erroris et reformacione impedimenti, quod patraverat, atque quia a secunda uxore Katherina prefata recessit et eam dimisit ibidem in Glyvycze et ad iustam uxorem primam Margaretham rediit, ex huiusmodi amicabili conposicione inter partes, nunctium prefatum et Iacobum reum, inita per medium venerabilis dni
[576v] decani et nobilis | Szveykowsky confirmate, ipse Iacobus reus solvit pro fatigis et expensis sexagenam peccunie receptibilis. Et interim dominus decrevit et admisit liberam licenciam Katherine prefate ad alia vota matrimonii convolandi et sibi virum ducendi iuxta suum beneplacitum et voluntatem. Et ita dicte partes perpetuum silencium inter se tenere et servare tenebun-

tur et debebunt, et hoc sub pena ordinaria ad arbitrium iudicis plectenda. Presentibus ibidem discretis Nicolao, Caspero viccaris et magistro Nicolao Harsch procuratore causarum Leopoliensibus.

2031. Honorabilis dnus Nicolaus Szlapa plebanus in Strzelycze proponit contra Dorotheam consortem Nicolai ministri de Szyemyonowka, quod ipsum verbis turpibus molestavit, invasit et increpavit, obiciendo quasi eidem furtum et malum hominem, quam infamiam extimavit ad viginti florenos. Et ibidem contra Nicolaum ministrum predictum proponit, quomodo in Volkow tempore guerre mandavit sibi ferramenta, vomeres, cussinos et plumaticas, gallos et alia supellectilia domus occulte observare et obstruere, qui istis non attentis omnia pro se recepit et nec quicquam dicto plebano restituit, in valore unius sexagene, petens ipsum in premissis condemnari. In presencia eiusdem ministri petentis ad deliberandum, et obtinuit. Presentibus.

2032. Providus Marthinus Pinguis civis Leopoliensis satisfaciendo pro nobili Petro Boreczsky marcas tres grossos octo venerabili dno Iohanni Myszkowsky, quas eidem dictus Petrus Boreczsky tenebatur, persolvit, quas discretus Casper viccarius nomine eiusdem dni Iohannis Myszkowsky prepositi levavit et cum effectu recepit. Presentibus honorabili Nicolao viccario et Adam.

2033. Providus Iakel de Borbrka (!) nomine sue sororis germane mediam sexagenam pro tricesimis viccariis obtulit, quam in domo canonicorum offerebat, viccarios et sacristianum querendo, illam dnus Gregorius canonicus recepit unacum grossis octo, asserendo se viccariis presentare, prout idem publice et manifeste recognovit sic factum. Dnus vero Gregorius negavit, sed simpliciter sibi ad dispensandum dari per eundem Iakel dixit. Presentibus ibidem dno Iohanne decano. |

2034. [1] ..... *[Ia]*cobum Szponar in *[causa]*, quam habet [577] cum nobili Barbara Zolądzova ad agendum *etc.*

2035. Nobilis Elizabeth Czarowska inherendo [2] .....

[1] Górna część kartki zniszczona.

[2] Zapiska niedokończona, reszta stronicy niezapisana. Na tem kończy się rękopis.

Acta obligacionum et inscripcionum.

1488.

[265] **2036.** Nobilis Thomas Synawydawski constitutus apud acta personaliter obligatur solvere honorabili dno Michaeli eclesie Leopoliensis vicario tres fertones in medio Ieiunii sub censuris eclesiasticis occasione viatici. Presentibus.

DCLXII. Die Saturni XXIII Februarii (23 lutego 1488).

2037. Honestus Iacobus filius Luce de Leopoli per discretum Nicolaum de Camenecz presbiterum recognovit se a gso dno Andrea de Sthanyn marcas duodecim pro sua rata solucionis iuxta obligacionem superius factam recepisse realiter et cum effectu, residuum vero debitum ante festum Pasce proxime instanti prefatus dnus Andreas solvere obligatur. Presentibus discretis Andrea Bochnya, Georgio Dropan plebano in Dawydow, testibus circa premissa.

DCLXIII. Acta obligacionum et inscripcionum coram venerabili dno Stanislao de Trzebochow canonico et officiali eclesie metropolitane Leopoliensis gli secuntur de anno Domini millesimo CCCCLXXX octavo, indicione sexta, pontificatus sanctissimi dni nostri Innocencii pape octavi moderni anno ipsius quarto, die Mercurii V^ta^ mensis Marcii (5 marca 1488).

2038. Gsus dnus Petrus Oleski famoso dno Nicolao Cuchtha civi et institori Leopoliensi marcas decem pecunie communis certi et veri debiti pro dominica Letare sub omnibus censuris eclesiasticis solvere obligatur, pro qua pecunia decem marcarum per discretum Caspar sacristianum est monitus, ut si et in quantum huiusmodi debitum non solveret, extunc prima die iuridica ad videndum et audiendum se sentencias excomunicacionum

incidisse et declarasse coram nobis comparebit. Presentibus ibidem venerabilibus dnis Kiliano, Nicolao Wroblowski, Magno Gregorio eclesie Leopoliensis canonicis, testibus circa premissa.

2039. Gsus dnus Petrus Kassy de Clodzyenyecz heres, [265v] ponendo se principalem debitorem pro gsa dna Elizabeth olim de Smygrod et filio suo Nicolao de Swykow, providis Martino civi de Dunayow et Iohanni de Gologori olim in eadem Dunayow procuratori obligatur viginti septem marcas pecunie communis grossos sedecim pro festo sancti Martini proxime instantis sub excomunicacionum penis solvere se submisit, nullis excepcionibus, dilacionibus aut appellacionibus evadendo, sed mere solucionem de toto paratis pecuniis solvere. Presentibus ibidem venerabilibus et discretis dnis Kiliano, Gregorio Barnabe canonicis, Iohanne cantore, Iohanne Crowyczski scolare, testibus circa premissa.

DCLXIV. Feria quarta post Letare XIX mensis Marcii (19 marca 1488).

2040. Pro dno Bar et sorore eius, germanis de Leopoli. In causa dni Mathie Bar presbiteri ex una et sororis sue Barbare germane partibus ex altera dnus officialis sopiendo inter eos discordiam et paccatis hincinde discordiis et controversiis per veniam inter partes et post reconciliacionem factam decem florenos hungaricales penam vallavit per partem [1] non tenentem concordiam irremissibiliter sub excomunicacionum penis solvendos obligantur, quam concordiam utraque pars emologavit et pro rato habuit. Presentibus venerabili dno Kiliano canonico et me Petro notario, testibus.

2041. Providus Iohannes Vylczek carnifex civis Leopoliensis petens se a sentenciis excomunicacionum ad instanciam venerabilis magistri Georgii rectoris scole Leopoliensis in eundem latis absolvisse, eodem magistro Georgio consenciente, dominus absolucionem decrevit dictusque Iohannes Vylczek prefato magistro Georgio pro dominica Conductus Pasce proxima unam sexagenam pro festo Pentecostes et unam marcam pro festo Margarethe et pro festo Assumcionis extunc immediate sequente duas marcas paratis pecuniis sub omnibus censuris

[1] W rkp. mylnie: septem.

eclesiasticis solvere obligatur, pro quo debito per discretum Nicolaum de Camenecz est monitus. Presentibus venerabili et ingeniosis Georgio(!) Magno canonico, Iohanne magistri Iohannis servitore, Iohanne prepositi scolaribus, testibus circa premissa.

[266] *DCLXV. Feria quinta magna, tercia mensis Aprilis* (3 kwietnia 1488).

2042. Gsus dnus Andreas de Stannyn iuxta primam inscripcionem cum honesto Iacobo Luce cive Leopoliensi occasione suorum debitorum habitam pro sua rata presentis anni viginti marcas cum media altera marca et grossis octo satisfecit, presente dno Nicolao de Camenecz et ab eo dictas pecunias suscipiente et ad huiusmodi recognicionem suscipiente. Presentibus Iohanne prepositi, Simone cive, testibus.

2043. Nobilis Procopius Corawa de Malechow apud acta personaliter constitutus obligatur solvere unam marcam pecunie communis pro festo sancti Georgii anni presentis sub reintrusione pristinarum sentenciarum venerabili dno Stanislao quondam preposito, moderno canonico Leopoliensi, omnibus excepcionibus, dilacionibus procul motis et penitus exclusis. Presentibus dno Gregorio Magno canonico, Iacobo viccario Woyewothka.

2044. Nobilis Iacobus Calynsky de Zubrza inherendo prime obligacioni et inscripcioni apud acta personaliter constitutus recognovit se teneri duas marcas pecunie certi et veri debiti honorabili dno Donato de Zubrza plebano, quas obligatur solvere pro festo Penthecostes proxime venturo sub omnibus censuris eclesiasticis, nullis rebus exquisitis ipsum Donatum evadendo nisi parata pecunia exolvere. Pro quibus quidem duabus marcis et earum solucione per discretum Iacobum est monitus et citatus, si et in quantum huiusmodi debitum solvere neglexerit, extunc prima die iuridica coram nobis comparebit ad videndum et audiendum se sentencias excomunicacionis incidisse declarari. Presentibus venerabilibus et discretis Kiliano, Magno Gregorio canonicis, Michaele viccario, Valentino scolare, testibus.

2045. Nobilis Wladislaus de Wlosnow personaliter constitutus palam recognovit se teneri certi et veri debiti tredecim marcas pecunie communis monete et numeri polonici consueti, marcam in quamlibet quadraginta octo grossos computando, et equum, ita tamen, quod pro prima rata, videlicet pro festo Pen-

thecostes, marcas septem, et pro secunda rata, pro festo sancti Iacobi extunc immediate sequente, unacum consorte sua Zophia manu coniuncti et indivisi solvere obligantur sub reintrusione pristinorum processuum et graviorum, omnibus cautelis dolum in se importantibus procul semotis et penitus exclusis, nisi parata pecunia solvere se submiserunt. Presentibus discretis Martino Romano presbitero notario publico, Iohanne prepositi, testibus circa premissa. |

2046. Nobilis Iacobus Calynski de Zubrza honeste Agnete [266v] Polakowa relicte de Leopoli mediam sexagenam peccuniarum pro festo sancti Adalberti proxime venturo sub omnibus censuris eclesiasticis et reintrusione pristinorum processuum solvere obligatur. Presentibus ibidem venerabilibus Iohanne Pylcziczski, Kiliano canonicis, Casper sacristiano, testibus.

2047. Nobilis Iacobus Calynski prefatus, non compulsus non coactus, sanus mente et corpore existens, provido Iohanni Polak civi Leopoliensi fenum pro media marca *[et]* sexagena pro festo sancti Iacobi dare et solvere obligatur sub omnibus censuris eclesiasticis. Si autem fenum non dabit, extunc pro festo sancti Martini proxime venturo sexagenam peccuniarum cum media marca sub eisdem censuris exolvet aut intromissionem super kmethonem suum bene possessionatum cum omnibus censibus, redditibus, proventibus admittere debet et obligatur. Presentibus.

DCLXVI. Veneris XVIII Aprilis (18 kwietnia 1488).

2048. Famosus Iohannes Cosnar civis Leopoliensis renunciando omni proprietati cessit, donavit quindecim florenos hungaricales honorabili dno Nicolao plebano in Golegori super graduale pro eclesia sua in eadem Golegori pure propter Deum legatos super gso Stanislao Iaryczowski, quos quindecim florenos fatus Stanislaus Iaryczowski sibi Iohanni Cosnar pro stamine panni Macheliensis rubei coloris apud ipsum recepto tenebatur. Presentibus venerabili et honorabilibus Iohanne Pylcziczski canonico, Martino Romano presbitero, Iohanne de Wysnyany plebano, Stanislao de Vhrinow notario publico, testibus. Contra quem dnum Iaryczowsky dictus dnus plebanus magistrum Andream Bochnya in suum verum et legittimum procuratorem

cum omnimoda potestate agendi et defendendi constituit, prout alias in forma meliori. Presentibus.

2049. Nobilis Stanislaus Zawalowski post habitam racionem cum provido Nicolao mercatore de Leopoli obligatur eidem marcas quatuor in octava Corporis Christi pro prima rata sub excomunicacionum penis solvere, et pro festo sancti Michaelis proxime instantis sexagenas duas exolvet, et pro ultima rata festi sancte Agnetis extunc immediate sequenti tres marcas grossos sex cum eisdem censuris et reintrusione pristinorum processuum solvere obligatur, omnibus appellacionibus, dilacionibus procul motis et penitus exclusis, pro quorum complecione
[267] per discretum Michaelem viccarium | est monitus et cittatus, ut si et in quantum pro aliqua rata huiusmodi solucionem facere neglexerit, extunc coram nobis prima die iuris coram nobis comparebit ad videndum et audiendum se huiusmodi sentencias incidisse declarari. Presentibus dnis Michaele et Leonardo de Busko, testibus.

2050. Nobilis Steczko de Hanyowcze quondam iudex castri Zudaczouiensis parendo iam rei iudicate, pro qua sentenciis excomunicacionum et interdicti ad instanciam honorabilis dni Iohannis Thomaschowski plebani eclesie in Zudaczow et tutorum eiusdem eclesie fuit innodatus, et ob spem satisfactionis beneficium absolucionis obtinuit de consensu eorundem, in vim et in effectum earundem sentenciarum, si huiusmodi concordie non pareret, in easdem relapsurus fieret, et primo pro prima rata pro festo Natalis sancti Petri apostoli pro expensis et impensis in lite factis sub penis excomunicacionum prescriptis satisfaciat, demum vero pro alia rata florenos undecim pro festo Exaltacionis sancte Crucis sub eisdem penis excomunicacionum solvere, et pro ultima ac residua decim et octo marcas pecuniarum ad decursum unius anni, videlicet pro feria quinta ante dominicam Iudica, sub reincidencia interdicti successive fulminandas sentencias in se latas solvere se astrinxit et obligatus. Anne vero olim Gabrielis relicte de eadem Zudaczow quadraginta marcas pecunie cum impensis ad feriam sextam proximam in crastino Ascensionis Domini proxime instantem simili modo satisfacere sub excomunicacionum penis solvere est obligatus. Presentibus.

DCLXVII. Die Martis sexta mensis Maii (6 maja 1488).

2051. Famosus Nicolaus Wydawski civis Leopoliensis apud acta personaliter constitutus publice recognovit, quia a discreto Stanislao de Vhrinow castri Leopoliensis notario recepit realiter et cum effectu levavit in mutuum decem florenos hungaricales puri auri et iusti ponderis, quos sibi ad festum sancti Petri apostoli proxime instans sub penis excomunicacionum restituere obligatur. Presentibus ingeniosis Iohanne Crowyczski, Iohanne prepositi scolaribus.

2052. Gsa dna Clichna quondam heres de Brzosdowcza per nobilem Nicolaum nuncium suum et per literas venerabilibus dnis canonicis Kiliano et Gregorio missis(!), ut se pro absolucione ob spem concordie ad honorabilem dnum Petrum plebanum de Chodorowstaw interponerent, et illi instancius petebant, quorum peticionibus prefatus [1] | dnus Petrus acclinatus, [268v] tali modo in beneficium absolucionis consensit infra hinc ad festum sancti Michaelis proxime instans sub reintrusione pristinorum processuum, recedendo ab omnibus appellacionibus, excepcionibus, dolum in se importantibus, et aliis omnibus coloribus procul motis et penitus exclusis, et in evidencius testimonium cittacionem a sede Gnesnensi contra ipsum dnum Petrum emanatam hic Leopoli remansit et in manus dno Kiliano tradidit. Presentibus ibidem venerabilibus et discretis magistro Iohanne, Iohanne Pylcziczsky canonicis, Iacobo viccario, testibus circa premissa.

DCLXVIII. Audiencia die Mercurii VII Maii (7 maja 1488).

2053. Cuchtha — Wydawski. Providus Nicolaus Wydawski negociator civis Leopoliensis apud acta personaliter constitutus, sanus mente et corpore existens, iuxta primam obligacionem superius factam famoso dno Nicolao Cuchta mercatori Leopoliensi medietatem debiti superius descripti sub pena vallata decem sexagenarum pro festo Natalis sancti Petri proxime

[1] Pisarz przez omyłkę opuścił początkowo str. 267v i 268, a dalszy ciąg niniejszej zapiski umieścił na str. 268v. Wpisane później na str. 267v i 268v zapiski podajemy poniżej w porządku chronologicznym (zap. 2058, 2059, 2064—2068).

instantis, eciam a suo foro recedendo, obligatur sub omnibus penis solvere, reliquam vero medietatem sub eisdem penis pro festo Assumcionis Marie eciam nunc instantis similiter solvere, hoc eciam addito et expresso, quod si Deus omnipotens prefatum dnum Wydawski ex permissione Dei aliquo casu infortuito permitteret de hoc mundo migrare, extunc successores et proximiores, qui post eum in bona succederent, obligat et inscribit prefatum debitum dno Cuchtha et ipsius posteris solvendum, omnibus excepcionibus, appellacionibus et dilacionibus procul motis, huiusmodi solucionem debiti quantumcunque restaret solvere sine omni contradictione. Presentibus venerabili et honestis Gregorio de Schąnok canonico, Iohanne de Premislia viccario Leopoliensi et me Petro notario et Bartholomeo nuncio civitatis, testibus circa premissa.

DCLXIX. Die Veneris antepenultima[1] *mensis Maii* (30 maja 1488).

2054. Nobilis dnus Iohannes Rey de Szumsko satisfacionem iuxta priorem obligacionem quatuor boves *warunkowe* pro festo sancti Iohannis Baptiste proxime instanti famoso Iohanni Burza baccalario civi Leopoliensi dare debet, pro quibus honestus Stanislaus de Vhrinow notarius castrensis fideiussit, et octo boves residuos fatus dnus Iohannes Rey pro festo Assumcionis beate Marie Virginis extunc immediate sequenti sibi Iohanni Burza sub reintrusione pristinarum sentenciarum dare et solvere
[269] obligatur. Et item fatus | Iohannes Rey quittacionem regie maiestatis super decem marcas canentem sibi Stanislao notario in eisdem quatuor bobus dedit. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Iohanne Pylcziczski canonico, Andrea de hospitali presbitero, Petro Lynnar consule Leopoliensibus, testibus.

2055. Gsus dnus Stanislaus heres de Szaranczuky recognoscendo debitum triginta duorum florenorum honorabili dno Nicolao in Gologori plebano solvere obligatur, quos super summam piscine empte inscribit, eosdem computando in pecuniam capitalem, quorum omnium summa centum floreni minus quinque est per ipsum dnum Stanislaum percepta et realiter levata. Presentibus nobilibus Andrea Wolczenko, Mathia Gosdz de So-

[1] Powinno być: penultima.

byeczow, Nicolao de Przythyk, testibus circa premissa. Iohannes Pyczkowski notarius publicus manu propria scripsit.

2056. Item honorabilis dnus Nicolaus habita supradicta obligacione palam recegnovit, quod hec summa florenorum superius scripta non est ipsius pecunia et floreni, sed famosi dni Nicolai Cossnar civis Leopoliensis, eatenus si Deus quod absit prefatus dnus Nicolaus mortis articulo de hac luce decederet, prefatus dnus Iohannes Cossnar dictam summam florenorum habebit omnimodam potestatem a dno Stanislao Skarbek levare et recipere absque quovis impedimento. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Iacobo Sthathek, Michaele Convissar, Caspar sacristiano, testibus vocatis et rogatis ad premissa.

2057. Discretus Mathias Gorka notarius publicus vicarius de Stry et altarista recognovit et palam fassus est, quod honesta Dorothea de Colomya tanquam matertera relicta honorabili dno Leonardo in Podhaycze plebano, aduc agens in humanis, omnia bona tam mobilia quam immobilia, stancia et iacencia, pure propter Deum resignavit et cessit, nichil pro se et suis successoribus legittimis penitus reservando, alienando et abdicando et se de eisdem bonis expropriando suosque successores. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Iohanne Skala et Martino presbiteris de Colomya et Matheo de Sczyrzecz, Iohanne de Bobrka, Andrea Bochnya plebanis, Michaele de Strzelcze, testibus circa premissa. |

DCLXX. Die Mercurii XXV Iunii (25 czerwca 1488). [267v]

2058. Honorabilis dnus Iohannes Kalynsky plebanus in Trebowla sopiendo omnes diferencias occasione panni aput dnum Martinum Mayszel empti obligatur eidem dno Martino florenos tres pro Quatuortemporibus in autumpno proxime instans (!) solvere sub obligacionum penis, item mediam sexagenam pro festo sancti Iacobi proxime instante pro dencis in valore medie sexagene similiter obligatur solvere sub penis infrascriptis, reliquos florenos quatuor pro festo sanctorum Symonis et Iude apostolorum extunc immediate sequencium sub excomunicacionum penis solvere, omnibus dilacionibus exclusis. Pro quorum omnium complecione per discretum Iacobum viccarium est monitus, ut si et in quantum pro ratis superius descriptis solucionem cum quocumque modo facere negligeret, extunc prima die iuridica

comparebit ad videndum et audiendum se excomunicacionum sentencias incidisse declarari comparebit. Presentibus honorabilibus Nicolao Brodawka et Bartholomeo presbiteris et provido Stanislao cive de Trebowlya, testibus ad premissa etc.

2059. Honesta dna Czarna olim Iordani Iudei relicta constituta aput acta nostra recognovit se duodecim florenos pro suo debito a gso dno Sigismundo de Pomorzany capitaneo de Trebowla recepisse et levasse, adhuc restant quatuor floreni residui debiti sedecim florenorum in obligacione superius descriptorum, quos prefatus dnus Sigismundus pro festo sancti Iacobi proxime instanti sub excomunicacionum penis peccuniis paratis seu florenis iuxta taxam, que inter mercatores fuerit estimata vel deputata, exceptis sexaginta quinque florenis, quos prefatus dominus dicte dne Czarna ad tempus suprascriptum in obligacione superius contenta est obligatus. Presentibus honorabili dno Iohanne Krowyczsky et nobilibus dnis Iaroslao, Georgio Fredrici, necnon honorabili dno Kiliano canonico, testibus ad premissa etc. |

[269] *DCLXXI. Die Veneris XXVIII*[a] [1] *mensis Iunii ante festum sanctorum Petri et Pauli apostolorum* (27 czerwca 1488). |

[269v] **2060.** Nobilis Katherina de Krznylow cum filio Raphaele obligantur florenos duos pro armis emptis honorabili dno Leonardo plebano in Podhaycze sub reintrusione pristinarum sentenciarum et graviorum infra hinc ad festum sancti Michaelis proxime venturo solvere, nullis coloribus dolum in se importantibus procul motis et penitus exclusis, pro quorum complecione per discretum Michaelem vicarium sunt moniti et citati. Presentibus discretis Nicolao de Camenecz, Michaele vicario, testibus circa premissa.

DCLXXII. Lune ultima mensis Iunii (30 czerwca 1488).

2061. Nobilis dnus Thobias de Syemyonowka eciam recedendo ab omnibus controversiis, pure et simpliciter recognoscendo, quatuordecim florenos in auro nobili dne Dorothee olim dni Stanislai Korythko solvere sub excomunicacionum penis

[1] Mylnie, zamiast: XXVII.

pro festo sancti Martini proxime instanti obligatur. Presentibus venerabilibus Iohanne Pylcziczszky, Kiliano canonicis et honorabili dno Matheo in Sczyrecz plebano.

2062. Nobilis Benassius de Thismencza iuxta priorem obligacionem cum sua consorte obligatur debitum superius scriptum provido Iacobo Szawranyecz civi Leopoliensi pro festo sancti Michaelis proxime instanti sub reincidencia pristinorum processuum solvere, pro quo per discretum Martinum vicarium est monitus, ut si et in quantum pro dicto termino solucionem facere negligeret, extunc prima die iuridica post festum sancti Michaelis comparebit ad videndum et audiendum se pristinis sentenciis reintrudi et alias graviores contra se ferri et promulgari. Presentibus venerabili dno Gregorio canonico, Martino Romano et Iohanne vicedispensatore dnorum canonicorum.

2063. Eodem die. Marzecz — Quartus. Honesta dna Zophia famosi dni Pawlyk consors civis Leopoliensis, sana mente et corpore existens, veri sui debiti triginta sexagenas et tres fertones latorum grossorum monete et numeri terre Camenecensis, zelo pie devocionis accensa, quod eidem gsus dnus Paulus Marzecz de Czemyerowcze tenetur et obligatur, honorabili dno Iohanni sancte Katherine castri inferioris Leopoliensis mansionario pure propter Deum cessit, donavit et se de eisdem pecuniis expropriavit, de eisdem se abdicando et dictarum pecuniarum proprietate, pro suos usus beneplacitos exigendum et extorquendum. Presentibus. |

2064. Gsus dnus Stanislaus Iaryczowsky recognoscendo [268] debitum, quod famoso Iohanni Cossnar civi Leopoliensi tenebatur, et per liberam cessionem honorabili dno Nicolao plebano in Golegori quatuordecim florenorum hungaricalium pro festo sancti Martini proxime instantis sub excomunicacionum penis et interdicti solvere obligatur. Presentibus.

DCLXXIII. Lune ultima mensis Iunii (30 czerwca 1488).

2065. Honorabilis dnus Matheus in Sczyrzecz plebanus ex concordia et amicabili composicione per arbitros facta cum ingenioso Alberto quondam ministro de eadem Sczyrecz obligatur infra quindenam a data presencium omnes proventus per ipsum Albertum deservitos unacum servicio per suum ministrum

exigere et exactos [1] eidem dare, alias si non fuerint exacti, suis propriis pecuniis sub excomunicacionum penis solvere obligatur. Presentibus venerabilibus dnis magistro Iohanne, canonico Kiliano, magistro Georgio rectore scole, testibus.

2066. Gsus dnus Stanislaus Muszylo de Buczacz personaliter apud acta constitutus libere, non coactus, matura deliberacione premissa, recognovit et deposuit se teneri certi et veri debiti viginti florenos cum medio puri auri et iusti ponderis famoso dno Nicolao Cuchtha institori de Leopoli, quos pro festo Purificacionis beate Marie Virginis proxime venturo solvere se astrinxit et sub excomunicacionum penis obligavit, pro quorum complecione solucionis per venerabilem dnum Gregorium canonicum de mandato domini est monitus, ut si et in quantum premissam solucionem quoquo modo facere negligeret, extunc prima die iuris ad videndum et audiendum se sentencias excomunicacionum incidisse declarari compareat ob non paricionem monicionis nostre. Presentibus.

2067. Honorabilis dnus Mathias in Staresyolo plebanus recognoscendo debitum florenos duos cum medio pro stamine *czamlethi* obligatur sub excomunicacionum penissolvere pro festo Nativitatis Domini famoso dno Nicolao Cuchtha institori de Leopoli. Presentibus.

2068. Gsus dnus Andreas de Szwyersz gladifer Leopoliensis personaliter constitutus recognovit se in mutuum apud famosum dnum Nicolaum Domslar civem Leopoliensem septuaginta duos florenos hungaricales et unum talentum croci recepisse, quos florenos pro festo sancte Trinitatis proxime instantis bobus valentibus iuxta taxam proborum hominum aut paratos florenos dare et restituere sub excomunicacionum penis solvere est obligatus. Presentibus dno Kiliano et Wvlkanko testibus [2].

[270] **2069** [3]. ..... presentibus ibidem honorabilibus et discretis dnis Martino Romano, Mathia viccariis notariis publicis, Caspar sacristiano, testibus circa premissa vocatis pariter et rogatis.

---

[1] W rkp. exactor.

[2] Zapiska przekreślona, po niej zanotowano w rkp.: solvit totum et satisfecit.

[3] Początku tej zapiski brak.

DCLXXIV. Die Mercurii XXIII Iulii (23 lipca 1488).

2070. Provido Michaeli [1] Szindlar pellifici cum consorte sua Barbara nobili dne Katherine Theschar.wska decem marcarum pecunie comunis infra hinc ad festum Exaltacionis sancte Crucis proxime venturo(!) terminus solucionis sub eisdem censuris et penis eclesiasticis prorogatur. Presentibus venerabilibus et discretis Kiliano, Gregorio Magno canonicis, Michaele, Iohanne viccariis, testibus circa premissa [2].

2071. Nobilis Iacobus de Zubrza unacum consorte sua obligatur famoso Georgio Raichyurga civi Leopoliensi, prout superius fuerat obligatus, aggerem piscine sippare et suis impensis complere anno presenti, et facta huiusmodi aggeris complecione unum annum dicto Georgio adiecit ultra tenere, et iam pro dicta piscina ipse Iacobus recognovit se a dicto dno Georgio totalem solucionem recepisse et in effectu levasse, et insuper ad aliam demissionem sex marcas pecunie in paratis pro nunc recepisse, et dum piscacio dicte piscine advenerit, extunc residuas sex marcas prefatus Georgius dno Iacobo Kalynsko(!) dabit et eandem piscinam iuxta consuetudinem aliarum piscinarum piscabitur, prout melius et utilius ipsi Georgio videbitur. Presentibus discretis dnis Andrea Bochnya, Iohanne de Sandomiria, Iohanne Convissar viccariis, testibus.

DCLXXV. Die Mercurii sexta mensis Augusti (6 sierpnia 1488).

2072. Gsa dna Katherina heres de Krznylow cum Raphaele filio suo, non compulsa non coacta neque aliquo errore devio seducta, sana mente et corpore existens, occasione testamenti per olim gsum dnum Raphaelem patris(!) sui facti, videlicet quinquaginta marcarum pecunie comunis pro eadem eclesia in Krznylow testamentaliter legatarum, honorabili dno Stanislao de Mosczyska iam de facto in eadem Krznylow plebano marcas quatuor census annui in eisdem quinquaginta marcis inscribit et apropriat exnunc et per singulos annos solvendas obligat, incipiendo anno presenti ad festum Nativitatis Domini proxime

[1] W rkp. Machaeli.
[2] Zapiska przekreślona.

venturum sexagenas duas dare et expost in singulos annos marcas quatuor similiter pro festo Nativitatis Domini dare et solvere sub excomunicacionum penis irrecuse obligantur tam diu, usque pro dictis quinquaginta marcis bona immobilia possent comparari et emi. Item piscinilam sub aggere piscine maioris circa molendinum sitam erigere et fodere et aggerem erigere dicto dno Stanislao et ipsius legittimis successoribus dicta domina donavit perpetue et in evum. Item decimam mensuram grani utriusque similiter dedit et irrevocabiliter donavit. Item singulis diebus feria quarta, sexta et sabbato in suis piscinis pro sua mensa trago piscari admisit et concessit ipsi dno Stanislao et suis le-
[270]ᵛ gittimis | successoribus plebanis. Ligna in silvis sive gayo pro edificiis et calefactione similiter excidere concessit, dedit et donavit eviterne. Item in bonis eisdem equiream equorum et omnia alia peccora et peccudes sine nocumento servare poterit et sui successores plebani. Omnibus appellacionibus, excepcionibus, dilacionibus, dolum in se importantibus, procul motis et penitus exclusis, omnia predicta superius expressa sub excomunicacionum penis servare et inviolabiliter tenere obligatur. Presentibus venerabili et honorabilibus dnis magistro Iohanne de Schamothuly canonico, Mathia notario publico, Michaele [1] de Busko eclesie Leopoliensis viccariis et Nicolao presbitero, testibus circa premissa vocatis et rogatis.

DCLXXVI. Die Saturni nona mensis Augusti (9 sierpnia 1488).

2073. Honesta Margaretha relicta olim Nicolai Missero de Leopoli, sopitis super vadiis et accomodatis pecuniis, constituta personaliter apud acta recognovit se teneri certi et veri debiti duodecim florenos hungaricales puri auri et iusti ponderis honesto Stanislao de Vhrinow notario castrensi Leopoliensi solvere sub penis excomunicacionum tali modo, videlicet pro festo sancti Michaelis proximo sex florenos et residuos sex florenos pro festo sancte Agnetis extunc immediate sequens (!), pro quo per discretum Andream Bochnya est monita. Presentibus venerabilibus et discretis Kiliano, Gregorio Alto canonicis, Nicolao Brodawka, Iacobo viccariis, Nicolao de Camenecz, testibus.

[1] W rkp. Machaele.

2074. Eodem die. Religiosus vir dnus Michael prior conventus Corporis Christi ordinis Predicatorum de Leopoli palam recognovit satisfactionem sibi per honorabilem dnum Nicolaum de Gologori plebanum pro nobili Iacobo Krzywyeczski occasione testamenti per olim nobilem Iohannem Czemyerzynski pro dicto monasterio pro parte sua et suo conventui contingente factam. Et iam prefatus nobilis Iacobus Krzywyeczski prefato honorabili dno Nicolao plebano in Gologori, recognoscendo totalem summam triginta duarum marcarum, partem suam in Krzywczycze contingentem in bonis hereditariis cum omnibus proventibus, redditibus, censibus, fructibus obligavit et modo obligatorio obligat et inscribit. Quamquidem summam triginta duarum marcarum pro festo Natalis sancti Petri proxime tunc instanti solvere sub excomunicacionum penis et interdicti obligat et inscribit et a bello et qualibet expedicione bellica prefatum Nicolaum plebanum et suos successores intercedit et iam intromissionem in eadem bona totalem et realem per Mathiam de Camyonka ministerialem terrestrem Leopoliensem dedit et admisit ita longe, late et circumferencialiter, prout dictam sortem in Krzywczicze solus tenuit ex antiquoque possedit, nichil iuris dominii et proprietatis in eadem sorte bonorum predictorum pro se et suis successoribus penitus reservando, per ipsum Nicolaum plebanum et suos successores tenendum, habendum, utifruendum, obligandum et possidendum a data presencium usque ad plenariam solucionem dictarum triginta et duarum marcarum. Et debet ipsum protegere et tueri et ab omni persona sexus et status condicionis utriusque iuxta modum terrestrem sub reintrusione pristinarum sentenciarum et interdicto, quibus ipsum excomunicabat, | nulla[1] re excogitata ipsum Nicolaum plebanum et suos [271 successores plebanos evadendo, tantum paratis pecuniis solvere. i 272] Presentibus.

DCLXXVII. Die Mercurii XIII mensis Augusti (13 sierpnia 1488).

2075. Gsa dna Dorothea Swynczyna de Pomorzany palam coram acta personaliter constituta iuxta primam obligacionem

[1] Tekst k. 271 i 271ᵛ (A) przepisano w rkp. dosłownie na k. 272 i 272ᵛ (B). Różnice w odpisie podajemy w przypiskach.

superius factam evincendo magnificum dnum Iohannem de Olesko[1] castellanum Malogostinensem tanquam fideiussorem et se iam ponendo principalem pro duodecim marcis pecunie communis, famoso dno Iacobo Luce civi Leopoliensi prefatas duodecim[2] marcas cum rebus, bobus et tritico solvere obligatur. Primo infra hinc in duabus septimanis quatuor iuvencas iuxta valorem et taxam carnificum de Leopoli dare et solvere sub excomunicacionum penis obligatur et expost successive pro festo sancti Michaelis truncos tritici quatuordecim in valore, prout in foro et taxa tunc currenti dabit, si tempus competens triturandi fuerit et solvet, et in eodem tempore boves tres eciam iuxta taxam et valorem, prout carnifices vel alii emptores taxabunt, et in eodem precio dnus Iacobus Luce recipere debet. Post hoc[3] quidquid ultra resultaverit pecuniis paratis, ipsa dna Dorothea aut ipse Iacobus summam resultantem solvere debet. Post omnium et singulorum premissorum per discretum Iacobum viccarium est monita et citata, ut premissam solucionem pro dictis ratis solveret, alias prima die iuridica coram nobis comparebit ad videndum et audiendum se sentencias excomunicacionum incidisse declarari. Presentibus Nicolao de Camenecz presbitero graciali et Iohanne familiare eiusdem dne Dorothee et aliis testibus fidedignis.

2076. Gsus dnus Cristinus de Ostrow diocesis Chelmensis dominicellus, recedendo a suo territorio et foro, petens se a sententiis excomunicacionum, quibus ad instanciam honesti Iacobi Luce civis Leopoliensis extiterat innodatus, absolvisse, quo consenciente eidem dno Iacobo marcas quadraginta[4] pecunie communis de retentis superioris obligacionis obligatur pro Carnisprivio prefatam summam quadraginta marcarum paratis pecuniis solvere sub excomunicacionum penis et interdicto, omnibus appellacionibus, excepcionibus, dilacionibus et quibusvis cautelis dolum in se importantibus procul motis et penitus exclusis. Pro quorum omnium complecione per discretum Mathiam Camenecz eclesie Leopoliensis viccarium est monitus, ut si et in quantum

[1] B: Oleszko.
[2] A: duocim.
[3] A: prost hec.
[4] B: quatuordecim.

premissa complere quocunque modo neglegerit[1], extunc prima die iuridica ad videndum et audiendum se excomunicacionum sentencias coram nobis Leopoli comparebit. Presentibus Kiliano canonico, Nicolao de Camenecz presbitero graciali, testibus circa premissa vocatis et rogatis.

2077. Eodem die[2] gsus dnus Stanislaus heres de Saranczuky[3] recognoscendo debitum triginta tres florenos honorabili dno Nicolao plebano de Gologori obligatur, quos super summam piscine empte inscribit, eosdem computando in pecuniam capitalem[4], | que pecunia est per ipsum Stanislaum recepta et realiter levata coram testibus honorabili Iohanne Snopek plebano de Boscze et Andrea sutore et consule de Gologori[5]. Iohannes Pyszkowsky[6] notarius publicus manu propria scripsit. [271v i272r]

2078. Discretus Stanislaus Struna plebanus de Byelka coram acta personaliter constitutus palam et libere recognovit se teneri certi et veri debiti pro septem ulnis panni Wratislauiensis, ulna quelibet per septem grossos, famoso dno Nicolao Domslar consuli Leopoliensi pro festo sancti Martini proxime instantis sub omnibus censuris eclesiasticis ipsum pannum solvere obligatur. Pro quo panno et solucione pro dicta ratha[7] et termino per magistrum Andream Bochnya procuratorem est monitus et cittatus[8] ex decreto domini, ut si et in quantum pro dicto termino quoquo modo solucionem minime compleret, extune coram nobis prima die iuridica[9] comparebit ad videndum se sentencias excomunicacionum incidisse declarari. Presentibus discretis Iordano procuratore, Bartholomeo presbitero et aliis testibus fidedignis[10].

2079. Famosus dnus Andreas Szocha civis Leopoliensis personaliter apud acta constitutus, non compulsus non coactus, libere resignavit ac cessit omnia et singula debita qualiumcun-

[1] B: negligeret.
[2] A: tych dwóch słów niema.
[3] A: Sarenczvky.
[4] Zob. wyżej zap. 2055.
[5] A: Golegori.
[6] A: Pyskovsky.
[7] B: rata.
[8] B: citatus.
[9] A: iuridica coram nobis.
[10] A: niema tego wyrazu.

que summarum pecuniarum apud quosvis[1] creditores sibi obligatarum et debendarum discreto Stanislao clerico Leopolien sis diocesis legittimo suo nato, renunciando omni iuri, proprietati et utilitati exnunc et in perpetuum[2], similiter cupiens et eundem principalem ponendo dictorum debitorum actorem, factorem et exactorem, premissa donacione mediante. Presentibus venerabilibus et discretis Kiliano, Stanislao antiquo preposito, Andrea de hospitali et aliis testibus.

DCLXXVIII. Die Lune XXV Augusti, prima die iuris post festum sancti Bartholomei[3] (25 sierpnia 1488).

2080. Gsus dnus Andreas Mylowansky[4] personaliter circa acta comparens ex re iudicata et per dominum facto et decreto submisit se eclesiasticis sub censuris in eum ipso facto ferendis solvere realiter et cum effectu adimplere tres florenos et sedecim grossos pecunie comunis honorabili Stanislao Socha[5] clerico Leopoliensis diocesis infra hinc ad festum sancti Michaelis proxime venturum. Casu quo non solveret, extunc post terminum prefixum censuris subiacebit in eum latis. Presentibus honorabilibus et discretis Kiliano canonico, Matheo plebano de Sczyrzecz, Andrea Bochnya testibus.

2081. Honorabilis dnus Iohannes Brzeseczsky de Conyvsky[6] apud acta personaliter constitutus palam recognovit se teneri certi et veri debiti florenos quinque pecunie comunis minus quatuor grossis pro festo Nativitatis Domini proxime instantis provido Alberto opidano de Comarno, quos se sub censuris eclesiasticis solvere obligatur nulla re ipsum Albertum | [273] evadendo nisi paratis pecuniis solvere. Presentibus ibidem venerabilibus et honorabilibus Petro Lyessowsky, Kiliano canonicis, magistro Nicolao Harsch, Andrea Bochnya procuratoribus, testibus ad premissa.

2082. Honorabilis dnus Iohannes de Parznyowycze reverendissimique dni Iohannis Dei gratia archiepiscopi Leopoliensis notarius in presencia gsi dni Aynolphi zupparii Drohobi-

[1] B: quovis.
[2] A: imperpetuum.
[3] A: prima iuris post Bartholomei.
[4] B: Mylovanski.
[5] A: Szocha.
[6] B: Brzeszeczski de Conyvski.

censis recognovit se pro salariis eiusdem dni archiepiscopi in eisdem suppis deputatis in effectu de anno Domini millesimo CCCCLXXX sexto feria sexta proxima post festum sancti Iacobi *(28 lipca 1486)* levasse et percepisse quinquaginta marcas pecunie comunis, prefato suppario eandem summam ab eodem levatam recognoscente, deinde anno quo supra centum et quindecim marcas ipso die sancti Stefani similiter prefatus Iohannes pro dicto dno archiepiscopo levavit et percepit, quam summam idem Aynolphus ab eo receptam recognovit. Expost de anno Domini millesimo CCCCLXXX septimo prefatus Iohannes notarius iuxta obligacionem in actis superius contentam centum marcas pecuniarum a providis Stanislao Radzey et Nicolao Colybaba pro piscina in Rakschin recognovit se recepisse et eodem die marcas[1] XXX septem minus fertone a zuppario Drohobiczensi de proventibus eiusdem dni archiepiscopi levavit, quam summam prefatus Aynolphus per ipsum datam fieri recognovit, et eodem anno a prefato dno suppario de retentis septuaginta septem marcas et unum fertonem prefatus notarius recognovit se recepisse. Item de anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo octavo sexaginta marcas pro Quatuortemporibus sancte Crucis et Lucie a suppario dno Aynolpho recognovit se recepisse, eodem anno quo supra pro binis Quatuortemporibus Cinerum et sancti Spiritus sexaginta marcas recognovit se recepisse, de quibus summis supra descriptis prefatus dnus supparius per ipsum dnum Iohannem notarium quittanciis est quittatus. Presentibus.

2083. Honorabilis Iohannes de Parznyowycze reverendissimi dni Iohannis Dei gratia archiepiscopi Leopoliensis factor recognovit, quod a tenuta honorabilis dni Iohannis Myskowsky factoris thelonei Leopoliensis se duorum annorum, incipiendo a festo sancti Iacobi, excludendo Exaltacionis sancte Crucis Quatuortempora, incipiendo ab anno Domini millesimo CCCCLXXX sexto usque ad annum Domini millesimum CCCCLXXX octavum exclusive, octoginta marcas pecunie totaliter et cum effectu levasse et percipisse. |

2084. Famosus dnus Benedictus Helbasch civis et iuratus [273r] Leopoliensis reverendo magistro Georgio altariste consulum ci-

[1] W rkp. ten wyraz wpisano podwójnie.

vitatis Leopoliensis marcas quatuordecim, quas sibi gsus dnus Aynolphus Italicus Florentinus et supparius Drohobicensis obligatur, cessit eidem magistro Georgio, ac etiam marcas decem super honesta N. Brzeyczuchowa de Grzebyencze pure propter Deum donavit et donacione irrevocabili cessit et de eisdem debitis se abdicavit et expropriavit, renunciando omni iuri et proprietati in eisdem debitis, quam quoquomodo posset habere, ipsum principalem ponendo actorem, factorem, exactorem et pro se exigendum et extorquendum. Presentibus ibidem discretis Nicolao de Camenecz presbitero et Iohanne de Ossyek cantore notario publico, testibus circa premissa.

DCLXXIX. Mercurii XVIII[1] *Septembris* (17 września 1488).

2085. Famosus dnus Petrus Thyczka civis Leopoliensis literas gsorum dnorum Michaelis, Stanislai et Iohannis fratrum germanorum indivisorum de Buczacz tres super bona regalia Snyathyn et Colomya canentes, mille marcas in se continentes, ipsis dnis de Buczacz spectantes, in repositorio thezauri eclesie Leopoliensis in manibus discreti Caspar sacristiani ad servandum reposuit, quas usque ad quadrigenium in sua potestate tenere debet, et quadrigenio expleto, literas prefatas dictis dnis sine quavis contradictione restituere debet, in eum locum tenebitur ea tenere et firmiter observare sub censuris eclesiasticis. Presentibus honorabilibus et discretis Martino Romano et aliis familiaribus quam pluribus testibus et me Petro circa premissa. Insuper expleto quadriennio prefatus dnus Petrus Thiczka theloneum cum omnibus attinenciis iam persolutum annuum cum medio aut sui successores tenebit, obvenciones eiusdem thelonei tollendo realiter et cum effectu, litere vero in repositorio servate post quatuor annos non debent per dnum Petrum Thyczka recipi nisi ex dictis fratribus superius descriptis pronunciatum esset, tunc de manibus sacristiani partibus consencientibus debent recipi.

2086. Eodem die honorabilis dnus Petrus de Thlumacz plebanus circa acta personaliter constitutus venerabili dno Iohanni Crowyczsky decano Leopoliensi decem boves valentes pro privilegio sive iuribus civitatis in Thlumacz per ipsum dnum

[1] Powinno być: XVII.

Crowyczsky apud regiam maiestatem expedito pro festo Penthecostes extunc immediate sequenti sub censuris eclesiasticis et interdicto solvere et dare obligatur, omnibus appellacionibus, dilacionibus et quibusvis coloribus, dolum | in se importantibus, pro [274]
cul motis et penitus exclusis, nisi boves bonos incrassatos et valentes dare. Presentibus venerabilibus et honorabilibus dnis Stanislao antiquo preposito, magistro Iohanne, Gregorio Magno, Kiliano canonicis, Iohanne Quarto mansionario, Paulo Colatha graciali et aliis quampluribus circa premissa testibus.

DCLXXX. Die Mercurii prima Octobris (1 października 1488).

2087. Providi Iohannes Armenus et Nicolaus magistri sutorum de Leopoli, receptis tribus florenis nomine tutorio quarundam orphanarum et puerorum de Zemerstinow, obligantur providum Petrum de Rohathyn de summa percepta in omni iure evincere a qualibet persona sexus utriusque. Et reliquum debitum trium florenorum residuorum pro festo Circumcisionis extunc immediate instans prefatus Petrus sub excomunicacionum penis solvere paratis pecuniis obligatur, in quo termino prefati magistri sutores de totali percepcione pecuniarum ipsum quittabunt et se ponant tanquam principales evictores ipsum Petrum evincendo et ab omni idempnitate securum reddant plenarie et ex toto. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Nicolao Wroblowsky, Kiliano canonicis, Martino Leone mansionario, Nicolao Harsch, Stanislao Szocha notariis publicis, testibus circa premissa.

2088. Iohannes Pyerzynka concivis Leopoliensis, recedendo a termino sibi assignato, recognovit se teneri certi et veri debiti mutuati quindecim grossos cum medio discreto Andree de hospitali eclesie Leopoliensis graciali, quos pro festo sancti Andree apostoli proxime venturo sub excomunicacionum sentenciis se solvere obligatur, pro quorum complecione per discretum Iacobum viccarium de mandato domini est monitus, si et in quantum pro illo termino solucionem non impenderet, extunc prima die iuridica coram nobis comparebit ad videndum se sentencias excomunicacionis incidisse declarari comparebit. Presentibus Andrea Bochnya, Nicolao Harsch procuratoribus, Iohanne de Sandomiria, Michaele de Busko viccariis, testibus Leopoliensibus circa premissa.

2089. Wroblowsky — Supparius. Venerabilis dnus Nicolaus Wroblowsky canonicus et administrator eclesie Leopoliensis palam recognovit se pro Quatuortemporibus Crucis marcas quindecim de salariis reverendissimi dni archiepiscopi Wantrobka Dei gracia a gso dno Aynolpho de Theldaldis zuppario Drohobicensi realiter et cum effectu recepisse, et aduc apud dictum dnum Aynolphum in residuo marce viginti quinque manent de eisdem salariis non solute. Item residuum debiti viginti quinque marcas feria II[a] in vigilia Martini sancti gsus dnus Petrus Morsky unacum dno Iohanne notario levaverunt realiter et cum effectu receperunt, de quibus dictum Aynolphum quittaverunt. |

[274v] **2090.** Gsus dnus Paulus Marzecz de Czemyerzowcze diocesis Camenecensis dominicellus, recedendo a suo foro et districtu Camenecensi, apud acta personaliter constitutus, petendo se a sentenciis excomunicacionum, aggravacionum, reaggravacionum et contra participantes, quibus ad instanciam honorabilis dni Iohannis sancte Katherine castri inferioris Leopoliensis mansionarii extiterat irretitus et innodatus, absolvisse in beneficium absolucionis, et eo consenciente fatus dnus Paulus marcas sex pecunie comunis pro festo sancti Martini proxime venturum(!) sub reintrusione pristinarum sentenciarum ipso dno Iohanni solvere obligatur et in eodem termino pro processibus, fatigis, impensis et expensis satisfaciet. Presentibus honorabilibus et discretis dnis Kiliano canonico, Andrea Bochnya procuratore, Daniele ipsius dni Pauli notario et aliis familiaribus, testibus.

DCLXXXI. Veneris XVII Octobris (17 października 1488).

2091. In causa dni Nicolai de Gologori plebani providus Iacobus Cuncza olim de Gologori nunc vero civis Cameneczensis, recedendo a foro sue diocesis et abdicando se de omni iurisdicione eiusdem, obligatur sub excomunicacionum penis, omnibus appellacionibus et dilacionibus procul motis, evincere prefatum dnum Nicolaum super domo pristina, quam olim pater eius defunctus possidebat, ab omni persona sexus utriusque et intercedere, et presertim a sororibus germanis et fratre iuxta resignacionem in actis civium Gologori factam, quam cum matre sua fecit, et nunc eandem domum resignat et ab omni proprietate se expropriat et abdicat, renunciando omni iuri et ipsius

domus possessioni. Presentibus gsis, nobilibus, venerabilibus dnis Kiliano canonico, Iohanne de Syenno, Andrea de Czernyeyow subdapifero Haliciensi, Bartossio advocato de Camenecz et aliis testibus.

2092. Andreas minister de Zudaczow obligatur ingenioso Martino ministro de Czessybyeszy fertones tres pecunie minus tribus grossis pro servicio convento unacum fatigis et expensis pro festo Assumcionis gloriose Virginis Marie solvere sub omnibus censuris eclesiasticis, omnibus appellacionibus, excepcionibus, dolum in se importantibus, procul motis et penitus exclusis, nisi paratam pecuniam reponere. Presentibus.

DCLXXXII. Veneris VII Novembris (7 listopada 1488).

2093. Laboriosus Martinus tabernator de Wynnyky apud acta personaliter constitutus recognovit se teneri fertones septem pecunie comunis honorabili dno Mathie plebano de Staresyolo, quos infra hinc per quindenam sub excomunicacionum penis solvere obligatur, nullis coloribus dolum in se importantibus ipsum dnum plebanum evadendo, nisi paratis pecuniis solvere. Presentibus venerabilibus dnis Kiliano, Gregorio Barnabe canonicis, testibus circa premissa. |

DCLXXXIII. Lune XVII mensis Novembris ante festum [275]
sancte Elizabeth virginis proxima (17 listopada 1488).

2094. Reverendissimus in Christo pater dominus et dnus Iohannes Wantrobka Dei gratia eclesie Leopoliensis archiepiscopus coram nobis circa acta constitutus libere recognovit, quia piscinam suam maiorem mense archiepiscopalis in Stawczany sitam famosis et providis dnis Iohanni Kynost et Gregorio Kyczula civibus de Leopoli pro octuaginta marcis pecunie comunis monete et numeri polonici consueti, marcam in quamlibet quadraginta octo grossos computando, ad demissionem et episcaturam piscium vendidit et resignavit et iam quadraginta marcas de summa predicta per suum factorem gsum dnum Petrum Morsky levavit et recepit realiter et cum effectu, reliquas vero quadraginta marcas, dum et quando demissionem tocius piscine faciant et aggerem perfodiant, solvere obligantur. Cuius quidem piscine demissio et episcacio piscium fieri debet

in Capite Ieiunii[1] proxime instantis et piscari usque ad aliud Caput Ieiunii, hoc est per decursum unius anni. Quam quidem piscinam tenebunt, possidebunt et piscabuntur tam longe, late et circumferencialiter, prout dicta piscina in se effudit ad omnes partes. Super quam piscinam prefatus dnus archiepiscopus tugurium competens, dum et quando opus et necesse fuerit, circa predictam piscinam tenebitur construere et edificare et unum artomum feni valentem cum quatuor truncis avene, unum truncum avene, alium truncum farine cum una iuvenca in primis dare est obligatus. Et eo casu, quod Deus auferat, quo predictam piscinam contigeret rumpi per undacionem aquarum aut aliqua incircumspectione officialis eiusdem dni archiepiscopi, extunc prefatus dnus archiepiscopus tenebitur predictam piscinam reformare et stabilire propriis sumptibus et impensis, et in dicta piscina rupta residuitatem piscium prefati Iohannes Kynost et Gregorius Kyczula debent piscari et pecunias exinde pro piscibus receptas per medium dividere et memoratus dnus archiepiscopus medietate sua pecuniarum receptarum prefatam piscinam stabilire et dictos piscatores ab eadem piscina non alienare, sed ipsos tanquam proximiores ad ipsam admittere et eos usque ad aliam demissionem per quatuor annos in tenuta huiusmodi tenere usque ad totalem demissionem, alias si hoc facere recusaret, extunc pecunias receptas restituere tenebitur. Et debet ipsos protegere et tueri ab omni persona sexus utriusque et obligatur iuxta modum et consuetudinem aliarum piscinarum tenere et inviolabiliter observare. Et iam huiusmodi piscinam in potestatem ipsorum tradidit ita, quod nec ipse dnus archiepiscopus per se aut suos procuratores sive subditos kmethones iniuriari et in ipsa piscina quoquomodo piscari non debent, et si aliquem in dicta piscina piscantem detinerent, extunc iure cum detento locato, quicquid ius decreverit et sententiatum fuerit, prefatus | dnus archiepiscopus ratum et gratum [275v] habere et tenere debet. Et stante huiusmodi demissione infra aggerem dicti dni Iohannes Kynost et Gregorius Kyczula ita longe et late sub aggere piscari in alia piscina, sicut iactu securis stando in aggere piscine demisse, debent sine omni contradictione. Et hec omnia premissa prefatus dnus archiepisco-

[1] W rkp. iunii.

pus sub excomunicacionum sentenciis tenere et inviolabiliter observare debet et tenebitur. Presentibus ibidem venerabilibus honorabilibus, discretis et nobilibus dnis Alto Gregorio, Gregorio Barnabe, Kyliano canonicis, Iacobo, Martino Romano, Iohanne viccariis, Pawlowsky, Aynolpho zuppario Drohobicensi, Iacobo Bruchnal et aliis quampluribus circa premissa testibus.

DCLXXXIV. Veneris antepenultima Novembris (28 listopada 1488).

2095. Reverendissimus in Christo pater dominus et dnus Iohannes Wantrobka Dei gratia eclesie Leopoliensis archiepiscopus prefatus recognoscendo debitum famosorum Iohannis Kynost et Gregorii Cyczula civium de Leopoli viginti marcarum pecunie comunis numeri polonici consueti, marcam in quamlibet quadraginta octo grossos computando, quod debitum pro piscina maiori in Stawcza*[ny]* empta contraxerant iuxta primam obligacionem, illud persolverunt realiter et cum effectu reposuerunt, de quo ipsos prefatus dnus archiepiscopus quietavit, et aduc in residuo manent viginti marce, quas in Capite Ieiunii obligantur sub censuris eclesiasticis solvere iuxta priorem obligacionem superius factam. Presentibus honorabilibus et discretis Iacobo Bruchnal, Mathia eiusdem dni archiepiscopi presbitero, Petro Morsky, Pawlowsky et aliis quam pluribus testibus fidedignis circa premissa.

DCLXXXV. Mercurii X mensis Decembris (10 grudnia 1488).

2096. Gsus dnus Sigismundus de Pomorzany capitaneus Trebowliensis ponendo se pro principali pro debito decem septem marcarum pecunie comunis receptibilis, exceptis fatigis et impensis, quas circa solucionem principalis pecunie solvere sub excomunicacionum penis et interdicti obligatur, honeste dne Anne medietatem debiti pro dominica Letare sub reintrusione pristinorum processuum, residuum medietatem debiti pro festo Ascensionis Domini in una septimana sub eisdem censuris eclesiasticis pro suo fratruele Sigismundo etiam solvere prefate Anne relicte solvere obligatur. Et iam literas in cisticula prefata dna Anna Hanuskowa nobili Sigismundo de Nyszbork filio Io-

hannis de Podsossnow, quas de manibus dni Iohannis invadiatas habuit, realiter et cum effectu, quantum in reservatis habuit, restituit, nec plus nec minus easdem tradidit. Et eandem dictus
[276] Sigismundus a | qualibet persona sexus utriusque evincere et intercedere obligavit. Presentibus venerabilibus et discretis dnis Kiliano, Alto Gregorio canonicis, Stanislao de Vhrinow, Andrea Bochnya, Nicolao Harsch publicis notariis, Iohanne vicario, magistro Georgio rectore scole.

2097. Providus Adam unacum sua consorte Dorothea de Leopoli, recognoscendo debitum viginti marcarum pecunie comunis receptibilis, honorabili Iacobo de Ianczin plebano obligantur marcas decem a die date presencium infra unum annum sub excomunicacionum penis solvere, reliquas vero decem marcas alio anno extunc immediate sequenti eodem termino et die simili modo sub penis excomunicacionum solvere obligantur. Quod si Deus auferret, morte contingeret predictum Adam de hac luce decedere, extunc prefatus dnus Iacobus primus ad bona domus et predium erit debitum huiusmodi venditis bonis recipere et suum debitum absque quavis contradictione realiter et cum effectu levare et contradictores et huiusmodi vendicionem aut pecuniarum recepcionem impedientes excomunicare. Presentibus honorabilibus et discretis Iohanne Quarto mansionario sancte Katherine, Iohanne vicario Crispo, magistro Thoma, Gregorio Alto canonicis et Georgio de Szambor eclesie Leopoliensis graciali, testibus circa premissa.

DCLXXXVI. Mercurii XXIIII mensis Decembris (24 grudnia 1488).

2098. Nobilis Iohannes Dmytrowsky apud acta personaliter constitutus obligatus est se solvisse marcas tres grossos quindecim cum medio pecuniarum monete et numeri polonici consueti famoso dno Stanislao Menda civi Leopoliensi pro panno griseo apud ipsum recepto infra hinc in duabus septimanis ante Carnisprivium sub excomunicacionum penis in eum ipso facto ferendis, pro quibus per discretum Martinum Romanum vicarium de mandato domini est monitus, ut solveret infra tempus prescriptum. Presentibus discretis dnis Michaele, Iohanne Crispo vicariis, testibus.

2099. Veniens personaliter honorabilis Iohannes Crispus

in Prussy plebanus ad acta presencia marcas tres pecunie comunis receptibilis provido Iohanni doleatori civi Leopoliensi pro vasis apud eundem receptis se teneri recognovit, quas quidem pecunias post octavas Epifaniarum Domini sub censuris eclesiasticis solvere obligatur. Qui plebanus per venerabilem dnum Gregorium Altum canonicum est monitus, ut solveret infra terminum sibi prefixum. Presentibus.

2100. Nobilis Andreas Zaczyrszky alias de Szandecz, recedendo a sua diocesi Cracoviensi et potestate sui diocesani se abdicando, recognoscendo debitum famoso Martino germano dni Arnesti, obligatur marcas sex pro festo sancte Agnetis proxime instantis sub excomunicacionum penis est obligatus solvere. Presentibus honorabilibis Andrea Bochnya, Simone, Iohanne de Sandomiria, testibus circa premissa. |

DCLXXXVII[1]. *Die Lune XXVIII*[2] *mensis Decembris* (29 grudnia 1488). [277v]

2101. Gsus dnus Stanislaus Skarbek, recognoscendo debitum XXII florenos honorabili dno Nicolao plebano Gologorsky, ad priorem summam[3] per eum receptam inscribit, quos iam florenos realiter et cum effectu levavit et recepit. Presente me notario Iohanne Pyskowsky, Marco de Schybalyn, Iohanne Rey de Kvropathnyky, Andrea consule de Golegori. |

1489.

DCLXXXVIII. Acta obligacionum et inscipcionum coram venerabili dno Stanislao de Trzebochow canonico et officiali eclesie Leopoliensis gli secuntur de anno Domini millesimo CCCCLXXX nono, indicione septima, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri dni Innocencii divina providencia pape octavi moderni anno ipsius quinto, die Lune quinta mensis Ianuarii (5 stycznia 1489). [276v]

2102. Clusch – Plebanus. Facta est concordia et amicabilis composicio per nos magistrum Thomam vicarium in spi-

[1] Ten termin z następującą po nim zapiską umieścił pisarz w aktach dopiero po 16 stycznia 1489 r. na k. 277v. Podajemy je tutaj dla utrzymania porządku chronologicznego.

[2] Powinno być: XXIX.

[3] Zob. wyżej zap. 2077.

ritualibus et Altum Gregorium de Schanok eclesie metropolitane Leopoliensis canonicos, magistrum Georgium altaristam Leopoliensem, arbitros et amicabiles compositores inter honorabilem dnum Iohannem de Szosznycza altaristam Leopoliensem et plebanum in Wyssnyany ab una et gsum dnum Iacobum Clusz de eadem Wyssnyany heredem partibus ab altera occasione differenciarum, que infra secuntur. Et primo diffinimus, sentenciamus et declaramus de sex marcis minus uno fertone, quas prefatus dnus Iohannes plebanus dudum in racione eclesie sue in Wyssnyany remansit, de illis, vocatis duobus plebanis presbiteris, faciat coram prefato dno Iacobo herede racionem et quicquid prefatus dnus plebanus in racione remanserit, sub pena infrascripta tenetur resartire et solvere ad novissimum quadrantem. Item diffinimus et sentenciamus et arbitramur sub eadem pena infra contenta pro percussione et sanguinis effusione ipsius dni Iohannis plebani per ipsum dnum Iacobum Clusz facta, dnus Iacobus prefatus heres calicem in valore decem florenorum infra unum annum sub pena vallata infra descripta comparabit. Item tercio diffinimus et sentenciamus, quod dnus heres armentum equorum sive equarum ipsius dni plebani proprium, etiam tam ex decimis equarum proventum et eciam propriis pecuniis comparatum, prefatus dnus Iacobus Clusz sub consciencia et ipsius pastoris proprio iuramento cum quatuor equabus, quas proprio signo dnus heres insignivit sive consignivit, restituere debet, et illud armentum prefatus dnus Iohannes tanquam proprium ubi placet ad usus beneplacitos convertere potest. Item de apibus in orto plebani in Wyssnyany derelictis, que supersunt et modo in orto in alveariis ibidem stant, dnus plebanus ubi placet ad locum securum sine omni nocumento et impedimento reducere potest, sub pena superius descripta. Et occasione dampni apum, que per ipsius plebani absenciam sunt destructe et anichilate, prefatus dnus Iacobus heres unum lapidem cere pro eclesia ibidem in Wyssnyany sub pena infra descripta tenebitur dare. Item omnes obvenciones modo simili arbitrando et diffiniendo, que in privilegio continentur, ut scrofas, peccora et pecudes, a modo et peramplius nichil excipiendo, sed plenarie
[277] et integre prefatus dnus Iacobus | et sui successores plebano et aliis pro tempore existentibus solvere et dare tenebitur et sit astrictus sub pena infra descripta. Item diffinimus et arbitrando

decernimus et pronunciamus marcam ruthenici pagamenti in privilegio contentam, quam dnus Iacobus heres a septem annis retinuit, pro festo sancte Agnetis proxime instantis marcas tres huiusmodi numeri ruthenici consueti prefato dno Iohanni plebano dabit, et quatuor marcas huiusmodi residui debiti retenti pro festo sancti Georgii extunc proxime post festum sancte Agnetis instanti sub eadem pena infra descripta similiter solvere obligatur et dare tenebitur. Item omnes discordias et differencias ac controversias, inter prefatas partes iudicialiter motas et in suis libelliis articulatis deductas, mortificamus, sopimus, abolemus et penitus easdem extinguimus sub pena vallata quingentorum florenorum, per partem non tenentem parti concordiam tenenti medium, et nobis arbitris medium, irremissibiliter solvendam decernimus et declaramus, omnibus appellacionibus, dilacionibus, excepcionibus dolum in se importanibus procul motis et penitus exclusis. Presentibus ibidem honorabilibus et nobilibus dnis Iohanne Szykuczsky graciali, Nicolao Blasz presbiteris, Iacobo Hermanowsky, Paulo Wolkowsky, Simone de Pyothrkowycze ipsius dni Iacobi Clusz familiaribus et me Petro de Ossyek clerico Wladislaviensis diocesis notario sacra imperiali auctoritate publico et aliis quampluribus circa premissa testibus fidedignis.

2103. Eodem die gsus dnus Sigismundus de Pomorzany capitaneus Trebowliensis apud acta personaliter constitutus, recognoscendo debitum certum quatuor marcarum in mutuum a reverendissimo dno Iohanne Dei gracia archiepiscopo Leopoliensi receptarum, illas pro festo Purificacionis beate Marie Virginis sub omnibus censuris eclesiasticis et interdicto solvere obligatur, pro quorum complecione solucionis per discretum Iacobum monitus, quod si et in quantum huiusmodi debitum solvere negligeret, extunc prima die iuridica post festum Purificacionis Marie coram nobis compareat ad videndum et audiendum se sentencias excomunicacionis incidisse declarari personaliter. Presentibus discretis et nobilibus Nicolao de Camenecz, Martino Romano, Caspar clerico, Petro Morsky, Iohanne Syennowsky, Georgio Frelich, testibus [1].

2104. Gsus dnus Aynolphus Thedaldi Italicus de Florencia

[1] Zapiska przekreślona, z boku notatka: solvit totum.

supparius Drohobicensis et theloneator Leopoliensis venerabili dno Kiliano eclesie Leopoliensis canonico recognoscendo debitum quinquaginta sex florenorum hungaricalium puri auri et iusti ponderis, quos obligatur etiam in auro pro festo sancti Georgii proxime instanti et post in una septimana sub omnibus excomunicacionum penis et interdicti solvere, omnibus appellacionibus, dilacionibus, excepcionibus procul motis et penitus
[277v] exclusis. Presentibus | venerabilibus et discretis dnis Alto Gregorio, Gregorio Barnabe canonicis, Iohanne Crispo, Iohanne Convyssar eclesie Leopoliensis vicariis et aliis fidedignis testibus. |

[285v] *DCLXXXIX*[1]. *Die Lune V*[ta] *mensis Ianuarii* (5 stycznia 1489).

2105. Gsa dna Clichna de Sgerz et de Brzoszdowcze, sana mente et corpore existens, apud acta consistorii nostri Leopoliensis personaliter constituta, iuxta primam obligacionem superius factam et scriptam et iterum modo per concordiam innovatam, honorabili dno Petro Wolsky de Chodorowstaw plebano et sue eclesie marcas viginti pecunie comunis monete et numeri polonici consueti, marcam in quamlibet quadraginta octo grossos computando, sub pena vallata centum florenorum et sentenciis excomunicacionum in et contra eam occasione non solucionis ferendarum, ita tamen, quod pro prima rata hoc est pro festo sancti Georgii proxime instanti marcas decem pecunie comunis, et residuas decem marcas pro festo sancti Martini extunc immediate sequenti sub eisdem penis et omnibus sentenciis excomunicacionum solvere obligatur, omnibus appellacionibus, excepcionibus dolum in se importantibus procul motis et penitus exclusis. Presentibus venerabilibus, honorabilibus et gsis dnis magistro Thoma de Drohobycz, Kiliano, Alto Gregorio canonicis Leopoliensibus, Iohanne Malogosky, Petro Olesky, Stanislao Iaryczowsky et aliis quampluribus circa premissa testibus fidedignis. |

[277v] *DCXC. Die Veneris XVI Ianuarii* (16 stycznia 1489).

2106. Honorabilis dnus Nicolaus de Gologori plebanus aput acta personaliter constitutus, ponendo se principalem in

[1] Niniejszy termin wraz z zapiską wpisano w rkp. dopiero później na k. 285v. Dla zachowania porządku chronologicznego podajemy je tutaj.

causa gsi dni Stanislai Skarbek de Szaranczuky, florenos quinquaginta hungaricales puri auri et iusti ponderis honorabili dno Mathie plebano in Rohathyn occasione testamenti olim Iohannis Dambek pro eadem eclesia in Rohathyn legatos et debitos, ita tamen quod prefatus dnus Stanislaus Skarbek incipiendo a festo sancte Agnetis proxime instantis ad aliud festum sequens immediate sancte Agnetis per decursum unius anni bobus, peccoribus et equis iuxta taxam et valorem, prout mercatores taxabunt, solvere debet. Quod si huiusmodi solucionem quinquaginta florenorum prefatus dnus Stanislaus quoquomodo solvere negligeret, extunc honorabilis dnus Nicolaus plebanus in Gologori super demissionem piscine in Szaranczuky site sub excomunicacionum penis, omnibus excepcionibus, appellacionibus, dilacionibus procul motis et penitus exclusis, solvere obligatur. Presentibus honorabilibus et discretis Iohanne Crispo, Michaele de Busko eclesie Leopoliensis vicariis, testibus circa premissa [1].

DCXCI. Veneris XXIII Ianuarii sub anno Nativitatis eiusdem millesimo quadringentesimo octuagesimo nono (23 stycznia 1489).

2107. Ad acta presencia constitutus personaliter gsus dnus Derslaus Wylczek de Boczow heres in Lubyenye Leopoliensis diocesis, non compulsus, non circumventus, nec aliquo ingenio sinistro seductus, quinimmo libere ac de certa sui sciencia et spontanea voluntate, omnibus vi, dolo, metu et fraude cessantibus atque semotis, matura secum deliberacione prehabita, tanquam principalis pro se principaliter ac pro suis heredibus, coheredibus et successoribus fassus est in veritate ac palam et publice recognovit, quomodo consideratis et in animo revolutis beneficiis quam pluribus per olim gsum dnum Iohannem Wylczek de eadem Boczow similiter in Lubyenye heredem eiusdem diocesis germanum suum, genitorem vero venerabilis dni Bernardi Wylczek prepositi | Calissiensis, tam debita nonnulla et [278] quidem gravia pro ipso dno Derslao exolvendo, quam bona et commoditates, necessitates communesque videlicet suas et ipsius dni Derslai domesticas et personales necessitates providendo et

[1] W rkp. po tej zapisce następuje termin DCLXXXVII i zapiska 2101, które podaliśmy wyżej.

promovendo omnesque defectus domesticos et ipsius dni Derslai privatos supplendo peccuniis, sumptibus, fatigis, laboribus et impensis ipsius propriis, sibi adeo affectuose, fraterne, sinceriter et diligenter impensis, quod eciam ipse olim dnus Iohannes Wylczek, velud omnibus in se ipsius principalis dni Derslai debitis et tot oneribus assumptis contractis apud nonnullos homines in magnis peccuniarum summis debitis, morte extinctus est, his ipsis debitorum summis taliter contractis non exolutis, pro quorum quidem debitorum taliter per eundem olim dnum Iohannem Wylczek derelictorum ipse dnus Bernardus prepositus tanquam superstes unicus et legittimus opportunam existimans omnium bonorum per ipsum olim patrem suum derelictorum ad eum devolutorum vendicionem, et utrumque, tam debitorum paternorum solucionem, quam pro eisdem debitis exolvendis bonorum vendicionem futuram, evitare cupiens, quoniam hec ipsa omnia bona paterna sua ipsi dno Derslao patruo in seculari foro resignaverit et de illis sub certis modo et forma ex causa premissa cesserit, propter quod ipse dnus Derslaus tot et tantorum beneficiorum ob respectum, et imprimis fraterne gratitudinis vices per ipsum olim dnum Iohannem Wylczek fratrem suum in eum, ut premittitur, collatas in eo ipso dno Bernardo filio suo digna vicissitudine remonstraturus recompensaturusque, centum quinquaginta marcas peccuniarum monete et numeri polonicalium, quadraginta octo grossos marcam in quamlibet computando, annis tribus singulis solvendum necnon, dum et quando ipsum dnum Bernardum ad bona prescripta, videlicet Lubyenye aut ubi tunc curiam habuerit vel successores sui habuerint, venire contigerit, extunc ipsum providere expensis cum sua familia debet et debebunt. Qui quidem dnus Bernardus feras capere et pisces in piscinis, dum in eisdem bonis permanserit, prandere seu capere pro nutu suo libere debebit, equos eciam tot, quot ipse dnus Bernardus secum habuerit, dierio tali providere, quod super quatuor equis tres mensuras alias *wyerthele* avene, fenum autem quantum opus et necesse fuerit, dare debebit et tenebitur. Item de armento, quantum nunc habet vel impost quoquomodo habere potuerit aut sui successores, ita se submittit, quod ipso dno Bernardo nepoti suo alias *przyplodek* medietatem dare debebit et sui successores debebunt, nec ipsum armentum vendere aut dono cuipiam dare sine ipsius dni

Bernardini speciali consensu et voluntate sub censuris eclesiasticis in eum ipso facto ferendis, prout lacius describetur, debebit ipsi dno Bernardo nepoti suo, quoad vita illi comes fuerit, per ipsum dnum Derslaum et successores ipsius bonorumque infrascriptorum | possessores pro tempore existentes pro festo [278v] sancti Martini anno tercio prout superius descriptum est venienti dandum et solvendum dandosque et solvendos ac danda et solvenda in et super omnibus et singulis villis suis hereditariis, videlicet Magna et Parva Lubyenye Leopoliensis diocesis earumque villarum kmethonibus, agricultoribus[1], ortulanis, tabernatoribus et quibusvis censitis censibus, necnon in prediis, molendinis, emolimentis, piscinis, piscinulis et in piscinarum demissionibus dono inscripsit presentibusque inscribit. Ad cuius quidem census centum et quinquaginta marcarum necnon rerum superius descriptarum solucionem, dacionem reddicionemque eidem dno Bernardo ad tempora duntaxat vite sue extrema faciendam ipse dnus Derslaus se et successores suos legittimos necnon villarum prescriptarum Parva et Magna Lubyenye kmethones, agricolas, ortulanos, tabernatores, censitas et quosvis incolas presentes et in futurum existentes sub excomunicacionum, aggravacionum, reaggravacionum, interdicti sentenciis et aliis censuris eclesiasticis auctoritate ordinaria reverendissimi in Christo patris et domini dni Iohannis Dei gratia eclesie Leopoliensis archiepiscopi et alterius cuiusvis pro tempore existentis et sue paternitatis reverendissime officialis in se et successores suos ac earundem villarum incolas prorogando in solidum summisit et obligavit submittitque et obligat, renuncians omnibus appellacionibus, excepcionibus, dilacionibus necnon machinacionibus doli mali, metus, fraudis, lesionis et quibusvis cautelis, cavillacionibus et iuris remediis, quibus mediantibus contra premissa vel eorum aliqua facere, dicere, venire aut se tueri quovismodo posset aut sui successores possent. Presentibus ibidem honorabilibus, discretis et nobilibus dnis Kilhano, Alto Gregorio eclesie Leopoliensis canonicis, Caspar sacristiano, magistro Nicolao Harsz, Andrea Bochnya, Paulo Geruch consistorii Leopoliensis procuratoribus notariis publicis, Iohanne advocato de Szokolnyky et Nicolao clerico filio eiusdem et aliis.

[1] W rkp. agriculturibus.

DCXCII. Die Mercurii XXVIII Ianuarii[1] *in octava sancte Agnetis virginis* (28 stycznia 1489).

2108. Nobilis Stanislaus Zawalowsky apud acta personaliter constitutus palam et per expressum fassus est, quia apud providum Stanislaum Menda civem Leopoliensem emit pannum pro quinque marcis pecunie comunis receptibilis minus quinque grossis, quas quidem quinque marcas pro nundinibus seu annuali foro in Rohathyn in octava Corporis Christi proxime venturo sive celebrato sub excomunicacionum penis duntaxat parata pecunia solvere obligatur, pro quarum solucione per discretum Leonardum in Podhaycze plebanum est monitus, ut si et in quantum pro dicto termino ipsi Stanislao solucionem fa-
[280] cere negligerit, extunc prima die iuridica extunc[2] | immediate sequenti ad videndum et audiendum se sentencias excomunicacionum incidisse coram nobis comparebit declarari. Presentibus venerabilibus dnis magistro Iohanne de Schamothuly, Gregorio Barnabe eclesie Leopoliensis canonicis, testibus circa premissa.

2109. In causa discreti Martini Albi comendarii in Dunayow et providi Stanislai de Thlumacz dominus palium infra unum mensem dicto Stanislao ipsi Martino presbitero sub excomunicacionum penis restituendum decrevit et in manus honorabilis dni Petri plebani de Thlumacz reponnendum esse. Et cum ipse Martinus ipsum Stanislaum litera sua avisaverit, dnus Petrus cum uno fertone, quem sibi pro servicio tenetur, sub eisdem penis eclesiasticis mittere debet, et expensas, quas dnus Martinus fecit, inter partes dominus complanavit, et a modo pro eisdem ipsum Stanislaum non inquietabit, quia processus perdidit et ipsas docere non potuit. Presentibus honorabilibus et discretis Iacobo, Michaele, Iohanne vicariis, Caspar in Thulyglowy plebano, testibus circa premissa.

2110. Pro eclesia in Podhaycze. Anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo nono die Mercurii XXVIII[a] mensis Ianuarii comparens personaliter honorabilis Leonardus rector parochialis eclesie in Podhaycze nomine eclesie sue debita cum instancia supplicavit, reproduxit eclesie sue privilegium,

[1] W rkp. Ianurii.

[2] Dalszy ciąg zapiski znajduje się na k. 280; cała k. 279 niezapisana.

ne suo frustraretur effectu et ut ad acta presencia in audiencia publica introduci et ingrossari. Et dnus presidens attenta peticione iusta et consona racioni admisit. Cuius quidem privilegii tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis, nil mutando neque addendo etc.[1].

In nomine Domini, amen. Quoniam ea, que in humanis gestis in tempore[2] geruntur, simul cum tempore pretereunt, si durabilitate scripturarum et annotacione testium non fuerint firmata, expedit igitur, ut perpetuitatis signaculis certis et testium culmine roborentur. Nos igitur Iacobus de Buczacz heres in Podhaycze cupientes[3] pietatis operibus diem extremi iudicii prevenire ac terrena in celestia et transitoria in eterna felici comercio conmutare, pro salute predecessorum nostrorum pariter[4] et nostra, universis et singulis presentibus et futuris ad noticiam devenire cupientes tenore presencium significamus, quia eclesiam parochialem in opido nostro Podhaycze hereditatis nostre ad laudem Dei omnipotentis et beate Virginis Marie necnon in honorem sancti Nicolai, sancte Katherine et sancte Barbare ordinavimus et fundavimus presentibusque fundamus et ordinamus, (quam pro clericatura rectoris eiusdem, qui pro tempore fuerit nutrimento dotavimus presentibusque dotamus)[5], hoc videlicet modo: Primo decimam de allodio nostro in Podhaycze de quolibet frumento manipularem eidem eclesie[6] ascribimus. Item de qualibet emissione piscine cuiuslibet ad Podhaycze spectantis[7] unum vas piscium tincarum. Item idem rector predicte eclesie[8], qui pro tempore fuerit, debebit et potens erit locare septem kmethones penes Zachaycze, sicut prius fuerunt. [280v]

[1] Następujący dokument wydrukowano w AGZ. II, nr. 130, str. 232—3 z transumptu, umieszczonego w dokumencie z 30 maja 1490, którego oryginał pergaminowy znajduje się w archiwum konsystorza lwowskiego. Różnice między naszym tekstem a podanym w AGZ. uwidoczniamy w przypiskach.

[2] W AGZ. niema: in tempore.

[3] AGZ: cupiens.

[4] W AGZ. tego wyrazu niema z powodu uszkodzenia oryginału w tem miejscu.

[5] W AGZ. niema ustępu objętego nawiasem.

[6] AGZ.: ecclesie eidem.

[7] W naszym rkp.: spectantem.

[8] W AGZ. niema tego słowa.

Item idem rector habebit de civitate nostra Podhaycze[1] de quolibet cive, qui integrum laneum tenet[2], medium truncum siliginis[3] et medium truncum avene, de medio vero laneo unum quartale avene et aliud siliginis[4] et sic de aliis. Item libere sibi fiat piscari in piscina civili trago alias *wlokyem* et bersa alias *schąkyem*, quam remote in eadem piscina poterit pedester[5] ambulare. Item nulla mensura ab ipsius frumentis molendis, cuiuscumque grani fuerint, nec a braseo in molendino nostro debet recipi. Item quolibet anno unum poledrum alias *lonszcząka* de equirea nostra, quam diu equirea nostra[6] durabit, idem rector a nobis habebit. Item qui non tenent[7] laneos in predicta nostra civitate, isti Quatuortempora solvere plebano eiusdem eclesie[8] tenebuntur[9]. Item ad eandem eclesiam pratum, quod prius ad ipsam[10] spectabat, tenore presencium ascribimus. Item duos laneos, unum retro eclesiam, alium vero[11] retro Zachaycze, rectori eiusdem eclesie pro tempore existenti assignamus et damus[12]. Item piscinam in Byalokvnycze[13] prefate eclesie ascribimus. Ad que omnia[14] premissa sic per nos donata et[15] ascripta successores nostros legitimos observari obligamur[16]. Ad quam eciam eclesiam per prefatum gsum[17] dnum Iacobum Bu-

[1] W AGZ. niema tego wyrazu.
[2] AGZ.: laneum... vel tenet.
[3] AGZ.: sigilinis.
[4] AGZ.: sigilinis.
[5] W AGZ. z powodu uszkodzenia w tem miejscu oryginału podano: ».....et«.
[6] W AGZ. niema tych dwóch wyrazów.
[7] AGZ.: q(ui t)enent.
[8] AGZ.: plebano eiusdem ecclesie solvere.
[9] W AGZ. po tym wyrazie następuje jeszcze ustęp: tumecciam (sic) pro ministro ecclesie omnis (sic) incole clericaturam pro quolibet quartali hospites per medium grossum, inquilini vero per quinque aut per quatuor denarios sol(vere ten)ebuntur.
[10] W AGZ. niema ad ipsam.
[11] W AGZ. niema.
[12] AGZ.: donamus.
[13] AGZ.: Byalo krinycze.
[14] AGZ.: ad omnia.
[15] W AGZ. niema.
[16] AGZ.: observare obligamus.
[17] W AGZ. niema.

czaczsky fundatam ego Iohannes Skarbek de Szeranczugy[1] decimam manipularem post aratrum meum in Szeranczugy[1] de quolibet frumento eviterne et in perpetuum inscribo[2] per me successoresque nostros[3] legittimos fore dandam et reddendam presentibus inscribo et[4] sigillo meo appenso confirmo racione huius, quia gsus dnus Iacobus de Buczacz sepefatus collator et dotator principalis predicte eclesie in Podhaycze in collatorem eiusdem eclesie sue fundacionis me sibi adiunxit[5], solum ad tempora vite mee, post tempora autem vite mee dicta fundacio minime frustrabitur nec ad meos successores debet devolvi, nichilominus utique successores mei legittimi decimam, ut premissum est, rectori dicte eclesie in Podhaycze dare tenebuntur. Ne igitur[6] huius nostri testamenti confirmacio et dotacio per corrosionem aliquorum violaretur, presentem paginam nostro sigillo publice appenso in robur firmitatis fecimus solidari. Actum et datum in Podhaycze feria quarta ipso die sancti Andree Apostoli anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo tercio *(30 listopada 1463)*. Presentibus magnifico, gsis ac nobilibus dnis Michaele de Buczacz capitaneo Podoliensi, Cunrado de Wrathislauia tribuno Haliciensi, Stanislao Zavalowski, Zavissio Hnyleczsky[7], Iohanne Zavalowsky[8], Petro Myskowsky[9], Mathia alias Zoląncz Drzysczowsky[10], Iohanne Szlupsky et aliis quam pluribus circa premissa testibus fidedignis[11].

2111. Georgius Dropan. XXVI mensis Ianuarii honorabilis dnus Georgius Dropan obligatur solvere dno Nicolao Brodawka quindecim grossos cum uno bohemi|cali in medio [281]
Ieiunii, reliquos vero quindecim grossos eciam cum uno grosso[12] bohemicali pro festo sancte Trinitatis etiam debet dare in ma-

[1] AGZ.: Scharanczuky.
[2] W AGZ. niema.
[3] AGZ.: meos.
[4] W AGZ. niema.
[5] AGZ.: in collatorem eiusdem me adiunxit sue fundacionis.
[6] AGZ.: Igitur ne.
[7] W AGZ. niema tych dwóch świadków.
[8] AHZ.: Zarvalowsky.
[9] AGZ.: Milkowsky.
[10] W AGZ. Mathia Zoladz.
[11] AGZ.: quam pluribus testibus circa premissa fide et honore dignis.
[12] W rkp. grossos.

nus dni Nicolai Brodawka tutoris dni Iohannis in hospitali iacentis hanc mediam sexagenam cum duobus grossis bohemicalibus. Et iam est dnus Georgius Dropau monitus est pro predicta summa per honorabilem dnum Georgium sacerdotem gracialem. Presentibus venerabili et discretis Gregorio Barnabe canonico, Iacobo, Mathia, Michaele viccariis, testibus ad premissa.

2112. Nobilis Andreas Czemerzynsky a sentenciis excomunicacionum ad instanciam discreti Leonardi de Busko latis ab ita satisfaccione est absolutus. Presentibus nobilibus Stanislao de Podhorcze necnon Stanislao de Czemerzynczę et Nicolao Szmerekowsky etc.

DCXCIII. Mercurii quarta Februarii (4 lutego 1489).

